fratres propterea se consilium salubre huius penitentie debere contempnere
quia multos forte advertit et novit ad sacramenta altaris ecclesie
accedere quorum talia crimina non ignorat Multi enim corriguntur
ut petrus multi tollerantur ut iudas multi nesciuntur donec veniat
dominus et illuminet abscondita tenebrarum et manifestet cogitationes
cordis Nam plerumque propterea nolunt accusare dum se per illos cupiunt
excusare plerumque boni christiani propterea tacent et sufferunt peccata aliorum
que noverint quia documentis sepe deseruntur et ea que ipsi sciunt
iudicibus ecclesiasticis probare non possunt Quamvis enim vera sint quedam


non tamen iudicia facile credenda sunt nisi certis indiciis demonstrentur
Nos nisi quemque cum communicacione prohibere possimus quamvis hec prohibi-
cio nondum sit mortalis sed medicinalis aut sponte confesso
aut in aliquo sive seculari sive ecclesiastico iudicio misericordia
tum atque convictum Quis enim utrumque audeat sibi assumere ut cuiquam ipse
sit et accusator et iudex Cuiusmodi regulam etiam paulus apostolus
in eadem ad Corinthios epistola breviter insinuasse intelligitur cum quibusdam
talibus commemoratis criminibus ecclesiasticis iudicii forma ad omnia
similia ex quibusdam daret ait Scripsi enim vobis in epistola non commis-
ceri fornicariis huius mundi et avaris et raptoribus aut ydolis ser-
vientibus alioquin debueratis de hoc mundo exire non enim possunt
homines in hoc mundo viventes nisi cum talibus vivere nec eos lucri
facere possunt christo si eorum colloquium convictumque vitaverint unde et
dominus cum publicanis et peccatoribus convescens Non est opus inquit
sanis medicus sed male habentibus Non enim veni vocare iustos sed pec-
catores Et eo sequitur apostolus et adiungit Nunc autem scripsi vobis non
commisceri fornicariis Si quis frater nominetur fornicator aut ydo-
lis serviens aut avarus aut maledicus aut ebriosus aut rapax cum
eiusmodi nec cibum simul sumere Quid enim mihi de hiis qui
foris sunt iudicare nonne de hiis qui intus sunt iudicatis De hiis
autem qui foris sunt deus iudicabit Auferte mala a vobis ipsis
Quibus ostendit verbis satis non temere et quomodolibet sed per iudicium
auferendos malos ab ecclesie communione ut si per iudicium auferri
non possunt tolerentur potius ne perverse malos evitando ab ecclesia ipse
discedens eos quos fugere videtur vincat ad iehennam Et ad hoc sunt no-
bis in scripturis exempla proposita vel in messe ut palea sufferatur
usque ad ultimum ventilabrum vel intra illa recia ubi pisces boni cum
malis usque ad segregacionem que futura sunt in littore hoc in fine seculi
equo animo tollerentur Non enim contrarium est huic loco illud quod
alio dicit apostolus Tu quis es qui iudicas alienum servum suo domino
stat aut cadit Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio
suspicionis vel etiam extraordinario usurpato iudicio sed potius ex lege
dei secundum ordinem ecclesie sive ultro confessum sive accusatum sed convic-
tum Alioquin illud cur dixit Si quis frater nominetur fornicator
aut ydolis serviens et cetera nisi quia eam nominacionem intelligi
voluit que fit in quemquam cum sententia ordine iudiciario atque integritate
profertur Nam si nominacio sufficit multi dampnandi sunt innocentes
Quia sepe falso in quoque crimine nominantur Non ergo illi quos no-
minibus agere penitencias querant sibi querant comites ad supplicium
nec gaudeant quia plures invenerint Non enim propterea minus ardebunt
Non enim ad hec sanitatis certum consilium sed male voluntatis vanum
solacium An forte attendunt multi etiam in ipsis honoribus eccle-
siasticis prepositorum et ministrorum non congruere vitam sermonibus ac sa-
cramentis que per eos populis ministrant O miseri homines qui hos
intuendo christum obliviscuntur qui et tanta predixit ante ut legi
dei potius obtemperet quam imitandi videantur illi que ea que

dicit no fatuit & traditore suu tollerans usq3 infinem eciā ad
evangelisandum cum ceteris misit Tam sunt aut isti absurdi &
pposteri & miseri qui ppositorū malos mores imitari eligunt
qm̄ pcos pdicta dm̄ pcepta suari Cuy si quisq̄ viator emanens
sibi esse existimet mitine cum viderit miliaria lapidea bene ple
nam viam docere & no ambulare Sic eni no pcans si puenire
desiderat tales comites intuet⁹ et sequit qui viam bn̄ demo
strant & in ea psueuerant atq3 alacriter ambulant Qz si isti de
sunt ał potius minus appareant no eni sic querunt homines caute
sunt ał potius minus appareant no eni sic querunt homines caute
studiosa q̄ pdicent ad imitacoz quo querunt inquitate suspiciosa
q̄ minuerent ad deceptacionem partim no inveniendo bonos dic
ipi mali sunt ptim timēdo invenire dum mali se esse volunt
Sed tamen no contedam⁹ no apparere nuc homines dignos &
imitacom Cuiusquis hoc putas mente intueri deum qui homo
factus est ut homines vive doceret Si lmitat pfidem xpiās in in
teriori homine in corde tuo recordare illud quod iohēs ait Qui
se dicit in xpo manē debet quēadmodū ille ambulavit & ipe
ambulare & ita nc tu deerit quē sequaris & cum te aliis
viderit de bonorum inopia conqueri desinet Si eni no nosti
quid sit recte vive diuina pcepta cognoscere fortassis eni multa
recte vivunt ppterea tu ndoct⁹ qm̄ quid sit recte vive ignoras Si
aut nosti age quod nosti ut et tu quod queras heas & aliis q̄ i
mitent⁹ ostendas xpm animo attende aplūs quorum ē novissim⁹
ille qui dicit Imitatores mei estote sicut et ego xpi attende
animo tot ptem merita Cur eni te natalitia eorum cum talibus
celebrare debeant & eorum vitam sequi honestam moribus no delectat
Ibi videbis no solum viros sz et feminas postremo pueros & puellas
nc impudencia decipi nc iniquitate puti nc puili morte frangi nc
seculi amore corrupi Iste te no invenientem qui excusas no solū
pceptorum & inevitabilis rectitudo sed etiā exemplorum innūabilis mul
titudo cōdabit Sed de utilitate & salubritate pnīe ut quod insta
mus aliqui paganus sua de sanitate desperans addens pcta pctis Sic
scriptum est pctor cum venit ad pfundum malorum contempnet no
li contempnē noli desperare Clama etiā de pfundis ad dm̄ et dic
ei de pfundis clamavi ad te dne dne exaudi vocem meam
fiant aures tue intendentes in vocem deprecacionis mee Si ini
quitates observaveris dne dne quis sustinebit Quia apud te ppiciacio
ē. De tali deprofundo in unitate clamaverunt fratribus que est
vaciata comminacio pphete qm̄ humiliacio pnīe Hic fortasse dicis
q̄ ego iā baptisatus in xpo accepto michi omnia pctā pcta dimis
sa sunt vilis factus sum nimis iterans vias & tamen horribilis
oculis dei conspectus ad vomitum sum quo abibo a spu eius & a
facie quo fugiam Quo sit nisi ad eius misericordiam penite
do eius ptatem pcando contempseras Nemo n recte fugit ab illo
nisi ad illum ab eius severitate ad eius bonitatem Cuius eni

locus a te accipiet fugientem ubi presencia eius te inveniet si
ascenderis in celum ibi es si descenderis ad infernum ibi ades Re
cipe ergo penas tuas in directum et habita spe in extrema huius seculi
etenim illuc manus sua deducet te et perducet te dextera sua
Quicquid enim feceris quamdiu peccando adhuc in hac vita
es unde te certo si sanare nollet auferret Cur ergo ignoras quod
paciencia dei ad penitenciam te adducit Cum enim clamando tibi persuasit
ut non recederes parcendo clamat ut redeas Intuere david re
gem iam utique et ipsius illius temporis sacramenta preferebat Jam utique
circumcisus erat quod pro tunc habebant pro baptismo Nam ad hoc hoc
dicit apostolus Accepisse sanctum abraham signaculum fidei iusticie
Jam etiam unctus erat unctione venerabili qua regale sacerdotium
prefigurabantur Iterum repente autem factus est adulterii homicidii
reus non fenestra tamen de terra in ruina et de abrupto profundo
sceleris penitens clamavit ad dominum dicens Averte faciem tuam
a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele Quo tandem merito
nisi quia inde dicit Iniquitatem meam ego cognosco et peccatum meum
contra me est semper Quid autem obtulit domino ut illum propiciaret Si
Quia si voluisses inquit sacrificium dedissem utique holocaustis non
delectaberis Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et
humiliatum deus non spernit Non solum igitur devote obtulit sed
etiam quid offerri oporteat ostendit Non enim sufficit mores in melius
commutare et a factis malis recedere nisi etiam de hiis que facta
sunt satis fiat domino per penitencie dolorem per humilitatis gemitum
per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosinis Beati enim mise
ricordes quoniam ipsorum miserebitur deus Non enim dictum est ut tantum
abstineamus a peccatis sed de preteritis inquit deprecare dominum ut tibi dimit
tantur Et petrus iam erat similiter fidelis iam in christo et alios bap
tizaverat Intuere ergo petrum presumentem accusatum trementem
vulneratum flentem sanatum etiam post adventum de celo spiritus sancti
Quendam symon pecunia voluit eundem spiritum sanctum emere Scele
ratissimum et impium in extimonium cogitat iam baptizatus in christo
et tamen penitencie consilium ab ipso petro correctus non accepit Dicit
etiam apostolus paulus qui utique fidelibus mittebat epistolas ne ite
rum cum venero humiliet me deus apud vos et lugeam multos ex
hiis qui ante peccaverunt et non egerunt penitenciam super inmundicia
et luxuria et fornicacione quam gesserunt circumstant ergo nos non solum
precepta recte faciendi et exempla recte facientium sed etiam peni
tencium ad recipiendam salutem que fuerat amissa peccando Sed
fac incertum esse utrum ut ignoscat deus Quid perdit cum
supplicat deo qui salutem perdere non dubitavit cum offenderit
deum Cuius enim certus est etiam quod imperator ignoscat et tamen
pecuniam funditur maria transeuntur procellarum incerta subeuntur
et pene ut mortem evitet mortem ipsam suscipitur et supplicatur De
inde pro hominibus homini sine dubitacione fit istud tamen sit dubium
quo fine perveniat et tamen increpatores claves ecclesie quod corda

regnum quibus clavibus quodcumque in terra solvitur etiam in celo
solui permittitur Et multum honestior est humilitas qua se quis
humiliat etiam et labor maior imponitur Et nullo temporalis mortis
periculo mors eterna vitatur etc.

Explicit liber Augustini beati
de penitencie medicina



Smones quaz Pro defunctis · · ex erudimeto doctrine fris Umbti ·
ad eos qui dolent pter amicos mortuos ·

Omnes morimur et quasi aqua dilabimur in terraz que non revertuntur
i R xiiii In ubis ppositis nota diffinitiva moriendi s(entenci)a cum dicitur omnes
mortis presencia cu dr morimur mortuoru dra cu dicitur et q aqua et
Quantu ad pmu dicit diffitiva s(enten)ciam moriendi ipa em mors s(enten)cia est
gnalis quis est em homo qui vivet et non videbit mortem Moritur em do
ctus et indoctus eccles v et ideo eccl ix gonez mortis scito Est em mortis iudiciu
omni carni a dno eccl xli Terra transit cu one suo transit ad heredes et nos ex debito
pmoru parentu efficimur carnis susceptiones mortales quibus dictum est a domino in ada
in quacumque die comederis ex eo morte morieris Gen 2 necati mortis et tu et tua
posteritas subiacebis omnes impares nascim sed omnes equales morim nisi quia for
te gravius fetent illa corpora que in sius luxuriis et deliciis sunt educata Est ecia ista
s(enten)cia penetralis quia in morte confligunt ela solutur corpus et aie armonia caro re
solvitur in putredine pmi R xv Sicutine separat amara mors Unde mors ab ama
ritudine nome accepit et electi aliqn durius moriuntur quia in coru morte dolor in
tenditur per que venialia resecantur sic purgatus lazarus in via moritur et ab an
gelis in sinu abrahe deportatur Et licet dolor sit in carne tn consolatio intus e
in anima qa sperat iustus in morte sua Prov xiiii Dives aut moriens sepultus
in inferno Luce xvi Crue totu occupat mortis amaritudo Eccl xli O mors qz
amara est memoria tua homi s iniusto et sp in deliciis enutrito O mors bonum
est iudicium tuu homi indigenti et ideo iusti morientes plangendi no sunt qz hic in
morte purgantur et purgati regnu ingrediuntur quia bti mortui qui in dno moriuntur
Apoc xiiii Est ecia ista s(enten)cia racionabilis quia per unu hoiem pctm intravit in
mundu et per pctm mors Ro v Ita in omnes hoies mors transiuit in quo omnes
peccaverunt ergo per illud omnes supplicia susceperunt Tota em humana natura in pri
mis parentibus fuit et in eis creatori suo contumelia facit Si em in semine tota arbor
ergo in vicio seminis dicitur viciu arboris fluvius inicia in fonte et fructus in semine po
steritas in origine Et sic pro crimine lese maiestatis tota progenies punitur Ita
in proposito pro pcto parentu omnes morimur Est ecia s(enten)cia medicinalis quia p mor
tem xpi liberati sumus a reatu orig mali ut sic unius delicto regnat mors p unu
multomagis vita regnet p unu iesum christu prout dicit apls Mortis ecia s(enten)cia
nos cohibet a mortali culpa quia em mortem timemus et ea que sequuntur post morte
abstinemus ne perpetremus multociens iniquitate Unde aie sancte sp cogitant de mor
te et eterna damnacone psalmus Circumdederunt me dolores mortis et peri inve me
Unde quida sapiens precepit famulo suo ut quocienscumque comederet diceret ei morieris
morieris Consideracio em mortis cautela est cautele et circumspeccionis ut nobis pro
videamus et domui nostre disponamus Isai xxxviii Dispone domui tue qm morie
ris infirmitates em et tribulaciones quas patimur sunt qi citacio dilatoria mortis
aut citacio peremptoria Prov xvi Indignatio d regis nuncii mortis et si placeret
statim aie morientis videamus ut ad medicinam quam inducit mortis timor hoc est
ad primam nos properemus Anima em peccatrix cu a vinculis carnis incipit solui
timore concutitur stimulatur consciencia remordente recolit vetita que comisit et precepta
que negligenter impleuit Videt retro se vitam preteritam defecisse deflet qz in tercia breve
spaciu potuit acquirere gaudium eternum quod perdidit propter breve delectacionis mome
tum Ante se respicit et infinite perhennitatis spacia deprehendit in quibus singulis
momentis cruciabitur Ita qz in quolibet momento aliud durius morte corporali patietur
Aspicit supra se videt gaudium quod perdidit respicit infra se videt nihil esse qd amavit
fugit intra se ut lateat et oia cogitata verba facta que comisit reducuntur ei oia ad
memoriam perhibencia ei testimonium qz in consorcio demonum patietur pena eterna Videt
hinc demones assistentes illinc angelos recedentes maxime vult exire compellitur re
cuperare vellet perdita nec auditur precipitanter invadit et de carnis ergastulo qi piscis
de gurgustio eicitur ut ad eterna supplicia cu amaritudine protrahatur Tunc desperat
finaliter implens illud sermonem pessimus fedus cu morte et cu inferno fecimus
pactu Isa xxviii O si pme tpus obtine posset qm dure conversacionis iter arriperet
quanta se facturum promitteret et in remanendo obligaret tunc oculi contabescunt pectus
palpitat guttur raucum anhelat dentes nigrescunt ora palescunt membra rigescunt
et exeuntem aiam legiones demonum secum ferunt Sed vir sanctus cuius anniversarium
celebramus ante oculos nobis ponitur Iustus fuit et timoratus circumspectus in vita
sua Ita diem istud semper ante oculos mentis habuit et ita se pparavit ut mortis
ictum secure posset expectare et iudicia suo veniendi occurrere et quia Eccles iiii
scribitur laudavi magis mortuos qm viventes secure post morte eum laudare
possumus et ei testimonium perhibere qz corde contritus de omnibus pctis suis no

Diffinitiva moriendi s(enten)cia
Generalis
Penalis
Racionabilis
Medicinalis
per totum

semel sed pluries confessionem fecit et ad mandatum ecclesie satisfacere se promisit et sacra
mentorum medicamenta deuote suscepit et largis elemosinis peccata sua redemit et omnibus
cum quibus querelam aut causam habuit sincere corde dimisit testamentum prudenter
ordinauit pauperibus viduis orphanis locis religiosis de bonis suis copiose reliquit
corpus et sanguinem cum lacrimis recepit Vnde amici eius accelerare debent operibus mi
sericordie insistendo et missas celebrari faciendo et alijs orationibus insistendo et ea que
in suo testamento reliquit integre persoluendo ne arguantur de proditione coram summo

Exemplum de milite

iudice Recitatur de quodam milite qui iuit in Hyspaniam contra Sarracenos cum Karolo impera
tore et equum suum cum alijs rebus pauperibus reliquit in testamento erogandum per
manum cuiusdam militis consanguinei sui qui cupiditate victus retinuit dextrarium Alia
vero defuncti post dies octo apparens ei dixit Ego de te confidebam et fidei tue res
meas commisi tu sicut infidelis et proditor equum retinuisti Ego de te conquestus sum
summo iudici quia tu meam liberacionem a purgatorio retardasti et ego iam liberatus vado
ad regionem viuorum tu vero cras ista hora penas tante iniquitatis exolues Miser ille
rei euentum expectauit et cite hora quam mortuus ei predixerat coruini nigri cum rapi
entes in aera eleuauerunt et eo dimisso super rupem exalto decidens confractis cer
uicibus miserabiliter expirauit. Sepe autem contingit quod hij qui fraudem faciunt in alienis
testamentis etiam fraudentur in suis.

Mortis presentia

Omnes morimur etc. Post mortis diffinitiuam sententiam subiungit mortis presenciam
dicens morimur scilicet de presenti quia media vita in morte sumus quotidie maior ut
dicit apostolus I Corinthiorum XV Mors enim quotidie porcionem aliquotam vite tollit Nam
si crescimus vita decrescit nam quicquid viximus vsque ad momentum quo loqui
mur quod etiam cum morte diuidimus mors occupauit et aboleuit et sicut clepse
dra per quam stillicidia exhauriunt dolium Ita et nos inmutatim descendimus in mor
tem et sicut exhausto per interualla dolio dimus ipsum dimus in vltima stilla vacuum sic
exhausta inmutatim vita quasi per quedam dierum stillicidia postremo vite mo
mento dicimus hominem mortuum Consideremus ergo mortis presenciam momentis
omnibus medicamenta meditandam locis omnibus expectandam votis omnibus ex

Votis omnibus meditanda

optandam modis omnibus tollerandam Est ergo mors momentis omnibus meditanda
quia momentis omnibus carpimur a morte mortem igitur meditare si morte
volueris timore Ecclesiastici XIIII memor esto quoniam mors non tardabit Viator cum
videt nocte appropinquare cicius vadit sed quia mali illud nolunt aduertere impletur
in eis quod dicitur Job XXXIIII subito morientur et in media nocte turbabuntur populi et per
transibunt mali quantumcumque enim diu mali viuant subito moriuntur quia finem suum pro
gitando non vident et media nocte quantumcumque sit in meridie quia sunt in mentis
cecitate sic ergo informet animum mortis meditatio tamquam deuenerimus ad extremam
et sic vita nostra non remanebit imperfecta nichil ex ea differatur in posterum omne
crede diem tibi diluxisse supremum non differat vitam suam emendare considerando
suam iuuentutem quia mors non attendit etatem Audiui de quodam iuuene nobili

Exemplum de iuvene

vnigenito patris sui qui religionem intrauit de quo pater multum doluit et commi
natus est quod monachos et abbaciam combureret nisi filium redderet Sed pater ascen
dens equum venit ad filium obsecrantem ut rediret et succederet patri in hereditatem
Et filius patri inquit Quedam periculosa consuetudo est in terra nostra propter quam mo
nachalem habitum accepi et pater ego amouebo eam Hec est inquit filius consue
tudo quam timeo quod ita cito uel cicius diuites moriuntur sicut iuuenes sicut senex Nam
quod promittitis me futurum heredem vestrum cum non sim certus quod debeam plus viuere
nisi ergo hanc amoueris non reuertar vobiscum et pater respondens quod non posset auferre
quod deus introduxit compunctus cum filio habitum monachalem suscepit Est etiam

Locis omnibus expectanda

mortis presentia locis omnibus expectanda Rushfeldiensis locus enim a morte tutus est
nulla ciuitas nullum castrum illa nos locis omnibus expectat Sicut si nos sapimus et nos
ipsam videat fenerator et creditor nisi debitorem compelleret quod debemus parati
sumus vbique reddere mors necesse est quod referat vbicumque moriamur vna est via venie
di ad mortem nec propinquior celo aut regno celesti vna terra quam alia nec grauior
sompnus est siue domi siue foris siue domi obrepat Vnde gaudent sancti viri quia
sciunt se morituros et vbique et semper mortem expectant ymo et prouocant Job iij
Expectant mortem et non venit gaudent quod vehementer cum inuenerint sepulcrum
habent enim mortem potius quam diuites negligentes qui toti pendent ex futuro
habent post tergum Vnde ille diues dicebat Luce XII Destruam horrea mea et maiora
faciam et illuc congregabo que nata sunt michi et ecce repentina mors irruit
Audiuit enim Stulte repetant animam tuam que hac nocte que autem parasti cuius erunt
Sic est qui sibi thezaurizat et non est in deum diues Non reprehendit ille diues
quod terram coluerit quod fructus congregauerit Sed omnem vite sue fiduciam in re
rum suarum abundancia posuerit nec pauperibus erogauit Sed fomentis
sue in futurum luxurie reseruare studuerit Stulte inquit hac nocte etc. In

morte aufertur anima que est in cecitate cordis que noluit lumen consideracionis ha
bere ut qd' poti previderet Non est go stultus sed in dives qui pauperibus possessa di
stribuit ps9 Thesaurisat et ignorat cui congregat ea et sequit Substancia mea
apud te est Vere stulta vanitas coru qui cupiut peritoria et transitoria custodire
Mors go ut patuit non differt loco vel tempori vel statui nec etati et ubicunqz fuit
homo habitat in sepulcro corpus em sepultru est anime Ro: ix Infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mortis Est em mortis pntia votis omnibus exoptanda — Votis oibus exoptanda
phi: pmo Michi vivere cristus et mori lucrum. Boni em in morte sua hoc est in fine
luctantur ludum quem mali perdut Mors est humani generis terminus in quo por
tus ad quem libent tendere debemus Ille mori timeat qui ex aqua et spiritu sancto
non renascitur qui cristi morte non eripitur cui vita longior confertur ut cruciia
tus eternus eidem interim differat Nos aut non sic qui credimus qd iesus mortuus
est et resurrexit et eos qui dormierunt in cristo adducet cu eo quid nos inter demonum
laqueos hominum gladios et dentes detractoros et tortosinos carnis motus illiatos
remanere delectat nisi quotidie mundus labitur reatus augetur virtus minuit cor9
dissolvit ruinosu est domiciliu corporis in quo vivit procellosum e mundi pella
gus in quo navigamus periculosum est quicquid terrenu intelligimus pp hoc helias
petivit anime sue ut moreretur Tercij Regum xix° Sic videntes pulcru sompnium
molestius excitant sic suavitate capti pntium mortem cu tristicia meditantur
quod non faciut sed magis optant mori qui christu desiderant intueri no possu9 — Modis oibus
carne vestiri Est eciam mortis pntia modis omnibus tollerancia Can: viii fortis — tollerāda
ut mors dilectio qm nec fluctus obruit nec ignis extinguit sed paciencia tolerat
qm paulus dicit se fuisse in mortibus frequent et marties configurati morti xpi
equibus unus gloriosissima morte magis qm odibilem vita amplectens volu
tarie preibat ad suppliciu nec dum xpm incarnatu ij machab: vi° Hic em fuit
Eleazarus Cogitet go quilibet dicens levis est mors si ferre possum brevis
est si ferre non possum Ut capiamus de brevitate remediu valde et diu simul dolere
non possumus Nullam go mortem tunc debemus cu cristus pro nobis morte tur
pissima mortuus est Sapie ij° morte turpissima comprehendemus eum phi: ij°
Cristus factus est pro nobis obediens usqz ad morte mortem autem crucis Sed dicis
Ille vivens mortuus est et ego dico non querimonia agas quia minus vixit si
non gaudeas quia citius enavigavit et ad portu venit Sed sepultus mortuus est
vel non qualem habuit sepulcru Et ego dico non anima sepulcro clauditur
sed quiete perfruit non corpus mortuu et insensibile delectat Si sepulturam
preciosam habeat nec consi contristat si careat sut em sepulcra corporu vere
ptacula non avarum sicut in apporisi hodie hesdre legimus Cu venerit iudicij dies
reddet tra corpora defunctoru et pulvis reddet eas que in tumulis requiescunt re
liquias mortuoru utinam go sic vivamus ut securitatem hntes ex puritate con
scie mortem non timeamus Sicut btus hylarion moriens dicebat egredere aia
quid times lxx annis xpo et mori times go p mentis memoria suspiremus
ad supernam venire patria ad quam nos perducat 2c

Omnes morimur et qs aque dilabimur que non revertut Post diffinitiam — Mortuor
moriendi formam et mortis pntiam subiugit mortuoru dram sub simi — est siliter
litudine aque em dilabentes in terra modo colligut in fonte modo — Differenc..
colate per terre viscera purificantur in flumine mo cursu tam cito feru
tur in mare modo vtute caloris et subtilitatis evaporant in aere Hec est
quadruplex mortuoru dra iustoru in hoc exilio purificandoru in purgatorio
reproboru in inferno beatoru in celo Iusti aut sicut aqua fontis puritate hnt
in sepsis et extinguit sitim et ardorem libidinis per bonu exemplu in proxis — Iusti
et hauriut aque de fontibus salvatoris Ysaye xij purificandi per ignem et aqua
purgatoriu transeuntes pro qualitate criminu purificant et sic transeut ad consorciu
electoru Transivimus per aquam et ignem ps9 Et reduxisti nos in refrigeriu — Purificandi
Sic em aqua fluens per terra montiu retardata obstaculis calefit et digerit
et in fluviu tandem purificata recipit effecta potabilis pg effectacom cu amari
tudinem deposuerit nalem Sic moyses pcussit petra et fluxerut aque et abie
runt in sicco flumina quia soluto culpe debito qs concussa petre duricia de pur
gatorio transit ad regna sic Elizeus sanavit aquas amaras ut non esset in — Reprobi
eis neqz mors neqz sterilitas iiij Regum v° Reprobi vo dum solutis corporibus
pperant ad inferiora tre velut aque festinant ad mare ps9 In spiritu furoris

Beati

tu congregate sunt aque hoc est mare mortuum Ad quod descendere legitur pars aquarum Josue iii° Beati uero dum per gratiam et liberum arbitrium ad celum empireum

Iusti

exaltantur velut aque in aere evaporant Jeremie x° Dat multitudinem aquarum in celo elevat nebulas ab extremitatibus terre Moriuntur ergo iusti in via per gratiam dum se mortificant et abiciunt a se culpam Ro 4 vi Qui mortui sumus peccato quo adhuc vivemus in illo Si ergo temptaris ex diviciis deliciis honoribus meditare gratiam tibi factam detestare culpam esto providus ad cautelam ingratitudinis offensam incurris scilicet quasi porcus in volutabro luti iterum volutaris propter hoc enim Christus peccata nostra in corpore suo pertulit super lignum ut peccatis mortui iusticie vivamus j Petri ii° Augustinus Sicut mors violenter separat animam a corpore ita dilectio dei a

2.

Purificandi

mundano et carnali amore Moriuntur eciam purificandi impurgandi in purgatorio dum ab eis immundicia et scoria separatur et elemosinis et orationibus subveniuntur Tho. iiii° Elemosina ab omni peccato et a morte liberat et non patietur animam ire in tenebras scilicet infernales bene enim dicitur mors non est in purgatorio ubi est durissima afflictio tum sicut ferrum eruginatum mittitur in flamam et per vehemenciam ardoris ignitum exuit immundiciam ex vetustate contractam sic est in proposito de illis qui sunt in purgatorio Hec est illa scoria contra quam elemosina habet effectum que remanserat in anima post peccatum Beatus ergo qui intelligit super egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus In die mala hoc est in angustiis constitutum dominus clamantes et orantes pro tali qui bene pauperibus exaudiet qui exaudiunt pauperem ad clamantem audiet Hec avarus non advertens illud Eccl xi quod tempus ipsum precedat et mors appropinquat et relinquet omnia alienis et morietur effunde liberaliter quod cupide congregasti reseres horrea tua pauperum relevando miseriam nisi ut vendas carius aut comodes ad usuram sicut Amos dicit Deficere facitis egenos terre dicentes quando transibit opulencia et venundabimus frumentum ut possideamus in argento egenos et vendamus quisquilias frumenti Moriuntur eciam reprobi dum separantur a gloria

Reprobi.

Psalmus Sicut oves in inferno positi sunt mors depascet eos sicut enim oves lane sue amissione iugiter perseverant sic peccatores in inferno positos sine deminucione sue substancie semper inveniet pena quod puniat Depascere enim a iumentis tractum est que herbas non radicitus evellunt sed abscindunt herbarum summitates et sic nulla est contra lupos defensio nec sic damnatorum est a lupis infernalibus liberacio Psalmus Mors peccatorum pessima mala propter ignem sensibilem exurentem peior propter vermem interius corrodentem pessima propter amissam dei beatificam visionem Ubi enim iuxta qualitatem gaudii inordinati retribuitur mensura tormenti ubi ignis non extinguitur nec vermis consciencie moritur nec est ibi lucis iocunditas sed tenebra que palpatur Sunt medullas mundane dulcedinis sorbemus ut illius amaritudinis ignem carnis et anime penetrantis infima senciamus Rodet eciam vermis conscienciam qui de levi potuerat declinasse culpam et evasisse gehennam Magna enim pena est hominem bonis illis carere que in eius posita sunt potestate sed penam omnem superat divine carencia visionis que Job x° dicitur umbra mortis quia reprobus quisque dum eterno igne succenditur carenciam divine visionis patitur et interno lumine tenebratur Job x° Terra miserie et tenebrarum ubi umbra mortis etc Timeamus ergo illud odorem sulfureum fumum putrem aquas nimium ardorem igneum morsus vermium visionis beate carenciam demonum presenciam ubi nunc dentibus strident qui crapulis et ebrietatibus servire solent Moriuntur eciam electi et a suppliciis separantur quia preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius quos nullus attingit de ceteris cruciatibus bene preciosa quia sanguine Christi quasi precio operata Unde et mortuus Christo gratias agit Convertere inquit anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi qui eripuit animam de morte oculos meos a lacrimis pedes meos a lapsu Requiem inquit tuam que data est ei per gloriam quam adquisivit per gratiam non per liberum arbitrium quia tamen eripuit animam etc quod dicitur eripuit beneficium est divine virtutis quia nisi per eius potentiam non potuisset a morte perpetua liberari sim isto seculo constituti iusti mortem anime et assidue lacrimas fundunt et lubrica est peccatum et nos fragiles est ad peccandum qui pedes suos

Electi

fent

mor … iusti … mortis … [illegible]

x°

iusti non cedunt a lapsu nullatenus. Alios quamdiu luctamur in hac vita sed in
patria omnia secura sunt et quieta. Apoc. xiiii. Beati mortui qui in domino moriuntur. Ita
quidem dicit spiritus ut requiescant in laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Sed
sequuntur illuc a tergo quod non videant. Illa enim fugient in quibus spes modo ponitur,
non sequitur pecunia que liberet dominus, non sciencia que cautelis, non eloquencia que verbis
excusat, non amicicia simulata que in necessitate preteriat, sed opera non relinquent
in domino morientem donec eundem induxerint ad quietem ingredietur ad convivium
nupciale et visurus dominum facie ad faciem, angelorum choris meretur interesse ad
quorum consorcium nos perducat etc.

Mortuo non prohibeas graciam. Eccli. vii°. Pauperibus creditoribus debent divites
reddere quod tenentur. Pauperes sunt mortui qui sunt in purgatorio quia se iuva
re non possunt et in magna necessitate positi sunt. Nos autem divites et debi
tores sumus et in statu merendi et bonis eorum successimus, nos liberare
possumus et debemus. Ruth ii°. Eandem graciam quam prebuit vivis servavit et mor
tuis. Et hec est magna gracia liberare de carcere vinctos et ad vitam eternam revoca
re crudelibus tormentis additos. Gen. xii°. Vivat anima mea ob graciam tui. Quatuor
autem debemus mortuis: naturalem affectionem, in affectione moderacionem, in moderacione consolacionem,
in consolacione subieccionem. De primo Eccli. xxii°. Super mortuum plora, defecit enim lux eius.
Super fatuum plora, defecit enim sensus. Concedit flere super mortuum naturali compassione sed
longe plus plorare debemus super illos qui peccando incurrunt mortem anime. Fatuus enim
est qui magis luget alienum mortuum quam proprium, qui relinquit mortuum suum in propria do
mo et vadit plorare alienum mortuum in vico. De secundo Eccli. xxii°. Modicum plora super
mortuum quoniam requievit. Requievit enim a laboribus et a tentacionibus. Et unde speramus
quod iustus fuerit et tunc requiescit a laboribus, concedit ergo moderatus luctus propter scanda
lum ne videamur gaudere de mortuo. Unde Seneca: nec sicci sunt oculi amico amisso nec
fluant immoderate, scilicet michi amicorum defunctorum recordacio dulcis est, sicut illos tamquam
amissurus amissi tamquam habeam. Et de Catone legimus quod quibusdam nunciantibus ei quod filius
eius mortuus fuisset, respondit: memini me genuisse mortalem. Ad hec intravit ut exiret.
Non autem dolere immoderate debemus sed magis agere gracias si quod mutavit dominus, voluit
recipere. Ieronimus: Nemo dolere debet cum aliquid reddit alienum. Et nichil aliud decet quam cre
atori suo gracias agere mutuantem. In veteri testamento quod omnes ad infernum descendebant
magis liciti erat flere mortuos quam in novo cum iam sit aperta ianua paradisi. Unde
moriens Moyses plangitur, Ihesus autem sine funere et lacrimis in morte sepelitur. Moy
ses enim tenet typum morienciam in veteri testamento, Ihesus autem i. Iosue morienciam in
novo quibus competit Eccles. vii°. Melior est dies mortis quam nativitatis. Talis enim
mors transitoria et corporalis finis est exilii nostri et peregrinacionis portus navigacionis
deposicio veteris vestis et gravis deposicio ponderis destruccio carceris solucio debiti vel ad

De iii° ii. Regum xii°. Mortuo filio suo David venit in domum et comedit et ait famulis
suis qui mortuus est puer quid ieiunio. Numquid potero ego eum revocare amplius.
Ego ad eum ibo, ille non revertetur ad me. Et consolatus est uxorem suam. Sic enim magni
duces vultum in adversis hilaritate de industria simulant et adversitates eorum obumbra
ta leticia abscondunt ne militum animi frangantur si duces sui viderint animum esse
fractum. Sic in proposito faciendum est ut induamus vultum animo nostro dissimilem
et si non possumus omnem dolorem prorsus abicere saltem introrsus abscondamus ne appa
reat quia non poterimus aliorum esse consolatores si dolori nostro nimis indulserimus.
Consolacio magna est quod fideles mortui sunt in fide et non moriuntur morte gehen
ne. Iohannis xi. Omnis qui vivit et credit in me non morietur in eternum. Confundi autem
possunt qui mortuos suos nimis plangunt nec consolacionem recipiunt. Primi et vii
primicie sunt et pluvia eterne iocunditatis que sunt signa magis gaudii et solacii quam
merroris. Unde Crisostomus super Epistolam ad Hebreos: cum quis aut mulier aut vir crucifixum
se tristo dicat et eorum alius capillus dissipat, illa vero ululat, quid hac re confusi
bilius credite michi si sicut oportebat fieret multo tempore debebant huius ab ecclesie limine
prohiberi. Sed iudei et gentiles tristiciam falsi. Isti sunt de quibus nulla est consolacio
et ideo non est mirum si tales mortales in peccato mortali viventes plangant mortu
os suos iam in inferno existentes. Math. viii°. Dimitte mortuos iam sepelire mor
tuos suos. Iam sepulti sunt enim in inferno nec resurgent ut remunerentur

Naturalis affectio

Moderacio

Consolacio

gaudio sempiterno Prov. xi mortuo homine impio nulla erit ultra spes Unde sicut
dicit Ambrosius in libro de morte satiri quid absurdius quam quod scitis omnibus prescriptum
est quasi speciale deplores / et ut ait ille laudatus poeta Pallida mors equo pulsat
pede pauperum tabernas regumque turres iuste summa brevis omnibus manet una mors
/ Addit etiam ad consolacionem divina voluntas in mortuis quos eximere placuit ei de ter
ris Et secundum iusticie legem unumquodque quod suum est recipit. celum animam. terra pulue
rem. Eccl. xvi Tu es domine qui vite et mortis habes potestatem / Ex morte etiam
aliorum ammonemur ut idem de nobis cogitemus et nobis provideamus Nam tua res
agitur paries cum proximus ardet Si enim Noe centum annis archam fabricavit
in qua se ad horam a morte temporali salvaret / quanto magis archam id est animam toto tempore
vite sue debes fabricare et preparare ut mortem eternam possis evitare Vita enim nostra est
quasi naufragium. esse nostrum momentaneum / mundus exilium mors instat / et ideo in hoc
corpore nunquam debemus esse securi / maxime cum horam ultimam nesciamus ut omnis hora
sit nobis suspecta et semper timeamus Sicut si tibi apponerentur plures panes et in uno
illorum venenum esse scires et quis esset ignorares quilibet illorum tibi suspectus esset
Unde Augustinus latet ultimus dies ut absolvantur omnes / quod non curant divites adulteri
sed delicate viventes rapiuntur subitanea morte sicut pisces in flumine Exo. vii Pi
sces qui erant in flumine elevata virga mortui sunt Nos levius umbra sumus nos acutius
turbine fumus Nos agri fenum primum caro post ea fenum / Addidit etiam ad consola
cionem quia mors non est finis nature sed culpe mors est sepultura viciorum et su
scitatio virtutum Impius quamdiu vivit semper peccatum auget / si vero moritur peccare
desinit Unde super eorum damnacio tumulatur / sed electi ante mortem securitatem future
retribucionis quandam presenciunt et dyabolum non timent / sicut dicitur vi Moralium De quarto
Subvencio n. Mach xv Judas xii milia dragmas argenti misit Ierosolimis offerre ea ibi pro
peccatis mortuorum iuste et religiose cogitans / quam enim mundis manibus adheret macu
la et pulvis pedibus / et cum caritate repiuntur venalia quid superest nisi supplicacio
pro defunctis ut offeramus / ostias et elemosinas et sacrificia pietatis n. Mach xii
Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret superfluum et vanum videretur ora
re pro mortuis / repromissiones enim non sunt oraciones vivorum sicut nec prodest ceco
ut aliquis oret solem ut illuminet terram. Bonis autem prodest qui propriam insufficienciam
confitentes rogaverunt vivos ut iuvarent eos sicut Dionisius in libro de celesti ierar
chia vii Illis enim prosunt suffragia post mortem qui sibi hec meruerunt dum viverent Fru
stra post mortem post hoc corpus inquirit quod in hoc corpore comparare neglexit sicut dicitur in libro
de civitate dei Mortui autem quibus exhibentur suffragia cum fuerint liberati tunc nobis
adiutorium impetrabunt Nam in caritate quam habuerunt ad nos hinc recedentes
adhuc iugiter perseverant Unde beatus Gregorius in libro Moralium no. dicit bona dum petunt quos ip
sa re implere noverunt unde quod petendo esuriunt prescienda saciantur / discordarent enim
a voluntate conditoris si que vident eum velle non peterent et voluntate eius minus
inhererent / Dicit enim illud Baruch iii Domine deus omnipotens audi nunc oracionem mortuorum
compassionem Israel cum affectu cordium velut clamat ad quemlibet nostrum illud primo Reg. xii Ora pro
Duricia servis tuis ad dominum ut non moriamur Et in eodem Erue nos de manu inimicorum
nostrorum et serviemus tibi / Sed proch dolor compassionem tollit duricia / mode
racionem stulticia / consolacionem tristicia / subvencionem nequicia Eccl. xxxviii Fili in
mortuum produc lacrimas / et quasi dira passus incipe plorare / et secundum iudicium conte
ge corpus illius et non despicias sepulturam illius / et hoc propter naturalem compassionem
et aliorum detraccionem / sed quidam sunt duri cordis qui nulla pietate commoventur / si
miles pharaoni qui videbat primogenita egipti mortua / sed tamen nulla pietate mo
vebatur sed induratum est cor eius nec voluit filios Israel de captivitate liberari Exo.
xi Durum autem cor est illud quod compunctione non scinditur nec pietate mollitur pre
teritorum obliviscens presencium negligens futura non providens / quod nec deum timet nec
hominem / et licet plaga recens dolore non careat cum cordis duricia reddidit eos ita
stupidos quod nichil doloris senciunt ymo et gaudent super morte amicorum Cum tamen
non sit gaudendum super morte inimicorum Eccl. viii Noli de mortuo inimico tuo gau
dere omnes enim morimur et in gaudium volumus venire / quis enim vellet quod inimicus suus
gaudeat de morte sua. hoc etiam in herode patuit qui cum prognosceret iudeos gau
visuros de morte sua precepit sorori sue quod cum exalaret animam faceret interfici

nobiliores iudeos non quos tenebat captos dato precio multo militibus qui eos
interfecturi erant ut essent qui deflerent vel viderentur deflere eum sic tenetat egre
sippus. Stultitia eneruat et tollit moderacionem. Vnde prophetus le. xix Non incidetis super
mortuos carnes vestras Et infra x° eiusdem Capita vestra nolite nudare et vestimenta
nolite scindere ne forte moriamini hoc est nolite immoderate dolere et luctum exhibere
gentilem. Unde ibidem dicitur quod aaron in ipsa morte duorum filiorum suorum Agnoscimus
lacrimas sed modum querimus in dolore. Ieronimus in Epistola ad paulam de dormicione blesil
le detestande sunt iste lacrime plene sacrilegio crudeli vlulas et exclamas et quasi
quibusdam facibus accensa quantum in te est tui homicida es quid ploras animam viuen
tem non est enim mortua puella sed dormit. Item v ad mortem nati sumus ut ma
neamus eternum Abraham pater noster mortuus est et prophete mortui sunt et apostoli et dei fi
lius quia domini exitus et nos indignamur aliquid exire de corpore et immoderate dolemus
O stultitia dolor immoderatus nec tibi prodest nec mortuus ymo nulli nimis gratus est
quam et tu impendis doloris officium enim torqueri te ille non vult qui non intelligit si
nichil sentit mortuus dolor immoderatus superuacuus est si sentit ingratus est
Ille desiderio tibi esse vult et amore amicus non tormento Unde Seneca in Epistola ad
polibium de morte fratris Si nullus defunctis sensus est super est euasit omnia vite
incommoda Expers omnis mali nichil cupit nichil timet nichil patitur quid ergo
iste est furor pro eo me nunquam desinere dolere qui nunquam doliturus si aliquis defunctis
sensus nunc animus fratris emissus carcere carnis omnia humana ex loco superiore
despiciat. Diuina vero quorum racionem tam diu frustra quesierat propius intuetur quid ergo
eius desiderium maceror qui aut beatus aut nullus est beatum deflere inuidia est nullum
deflere stultitia est. omnis vita supplicium est In hoc procelloso mari et in omnes
tempestates exposito malis nauigantibus nullus portus nisi mortis est. ne in
uideas ergo fratri iam tenenti portum quietis et pacis illud nobis quod est iter Sapiencie
v. Visi sunt oculis insipiencium mori illi autem sunt in pace. pro nunc parcamus lacrimis
nichil proficientibus facilius enim nos iste dolor mortuis adijciet quam illos ad nos
reducat Dolemusque quia mundum relinquerunt ipsi vero condolent sorti nostre quos ad
huc seculi carcer includit quos quotidie in acie pugnantes nunc ira nunc auaricia
nunc variorum incentiua viciorum protrahunt ad ruinam et hic solacio erigamur
quia in breui visuri sumus eos quos dolemus absentes. Tristicia tollit consolacionem
quidam enim nimia absorbentur tristicia in corde suo pro morte amicorum Ecci xxxviii
Tristiciam longe a te expelle multos enim occidit tristicia et non est utilitas in ea immo
maxime detrimentum Nam sic ibidem dicitur A tristicia festinabit mors Ideo i Thess iiij° no
lumus vos ignorare de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent
dormientes appellat defunctorum fidelium animas in christo quiescentes qui cum tali fide et ca
ritate ab hoc seculo recesserunt de quarum salute certam spem habemus et in hac spe co
solamur ne contristemur. Alii multo contristantur qui de salute male viuencium spem non
habent Jeremie xxii Nolite flere plangite eum qui egreditur nec videbit terram na
tiuitatis sue q. d. plangendus est impius qui ab hac vita egreditur quod non ad regionem
supernam nec ad deum qui fecit illum reuertitur Et in legenda beate Agnetis dicitur quod ipsa
mortua parentes eius penitus tristicia carentes corpus eius cum gaudio sepelierunt Ne
quicia tollit subuencionem et oracionem Vnde mortuus potest dicere Obliuioni datus sum
tanquam mortuus a corde. simul enim recedit et a corde memoria et ab oculo sepultura
et ab aure sonitus campane quia periit memoria eorum cum sonitu Vnde magna nequi
cia est cum posset eis per beneficium oracionis subuenire nec elemosinas nec oraciones exhibet
pro defunctis. i Iohannis v qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat et da
bitur ei vita peccanti non ad mortem. peccatum enim ad mortem hoc est usque ad mortem pro
quo prohibemur rogare sic sequitur ibidem est peccatum ad mortem non pro illo dico ut roget
ut roget quis hoc est peccatum mortale quod in hac vita non corrigitur de quo frustra post
mortem venia postulatur. ii tales sunt mortui de quibus memoriam agimus ut officium
celebramus ut pie credimus. et tunc potest fieri commendacio mortuorum secundum diuersas me
ritorum et statum. Alii enim commendandi sunt prelati seculares clerici aliter

Moderacio
Stulticia
Consolacio
tristicia
Subvencio
Nequicia
petat

Religiosi aliter milites aliter Cives aliter matrone et sic de alijs / Roge go

Sacerdos

Q uoniam in morte solent mortuum recomendari ut instancius oretur pro eis
potest fieri recomendacio et testimonium prelatorum sub hac forma Venerabilis
pater talis prelatus vel sacerdos quem firmiter in deum credidit fide ope
rante per dileccionem notum est eis qui noverunt eum ut enim verbis utar gregorij beati / stu
dio castitatis extitit mundus / abstinencie robore validus / doctrine dapibus refectus
paciencie longanimitate humilis / auctoritate fortitudinis erectus / pietatis gracia be
nignus / iusticie semitate districtus / cogitacionum mundus / accionum perspicuus / districtus in
silencio / utilis in verbo singulis compassione permotus / contemplacione suspensus
beneagentibus / per humilitate socius / contra delinquencium vicia per zelum iusticie
erectus / interiorum curam inter in exteriorum occupacione non minuens / exteriorum prudenciam
interiorum sollicitudine non relinquens / cibo corporali et spirituali verbo scilicet et exemplo et
sacris gregem sibi commissum sollicite pascens / gratis eciam cuncta sacra ministrans horas
canonicas omni die deo attente et devote reddens in meditacionibus sanctis inte
tus et circumspectus In leccione subtilis et districtus / in oracione devotus in iudicando
iustus in consilijs fidelis et districtus / in agendis strenuus / in expediendis nego
cijs industrius in hospitate hilaris et letus gaudens cum gaudentibus lugens

Religiosus

cum lugentibus omnibus omnia factus / omni virtutum genere decenter ornatus Iste
religiosus qui defunctus hic iacet deo devote et religiose servivit religionis
sancta et regulare disciplinam custodivit fuit in eius actibus gravitas in vultu
hilaritas in vultu vilitas vel in habitu In incessu maturitas in prosperis humi
litas, mitis corde dulcis ore suavis opere ebrius caritate sibi austerus alijs
misericors et benignus maioribus reverenciam et obedienciam exhibens operibus se
subiciens minoribus se coequans requirentibus facile videns contendentibus
facile cedens parcus in cibo verecundus in verbo purus mente castus corpore pre
laudans parvus vituperans compositus ad mores probatus ad sermonem probatus
ad obedienciam mansuetus ad pacem subiectus ad disciplinam rigidus ad censura
bona pro malis reddens bonis meliora videns discordes ad pacem reducens
errantibus viam rectitudinis ostendens afflictos verbo et consolacione intelle
ctus contumelie sagittas clipeo pacie frangens iniuriarum iacula muro tol
lerantie repellens fide constans spe gaudens caritate fervens pendes contra
insidias fortis contra molestias temperans contra delicias iustus contra proximorum
miserias relevandas spiritu timoris cautus et circumspectus spiritu pietatis compa
ciens et mansuetus spiritu sciencie districtus spiritu fortitudinis firmus spiritu consilij prudens

Miles

et maturus spiritu intellectus subtilis et perspicuus spiritu sapiencie devotus et ad super
na suspensus et elevatus Iste miles nobilis qui nuper diem clausit extremum
non elatus de generis nobilitate ~~deditus et~~ dignitatibus fortitudine preditus et pom
non inter delicias dissollutus inter magnas rerum copias non superbus in uber
tate modestus inter mulieres castus inter varia fercula parans inter superbos
humilis inter invidos et maliciosos benignus inter iracundos paciens et ma
suetus Inter accidiosos et pigros spiritu fervens et devotus inter avaros largus
Inter gulosos sobrius inter luxuriosos continens et honestus Inter leones
agnus Inter accipitres columbus Inter homines prave et perverse nacionis est
laudabiliter conversatus refugium oppressorum advocatus pauperum spes miserorum
tutor pupillorum Iudex viduarum oculus cecorum lingua mutorum baculus
senum ultor scelerum malleus tyrannorum novit parcere subiectis et debellare superbos
magnatis caput humilians prelatis suis humiliter obediens doctrinis eciam eorum
adquiescens viros religiosos honorans iura ecclesie potenter defendens tirang
heticas sismaticas paganos et alijs fidei christi inimicis fideliter se opponens fures
predones homicidas proditores feneratores adulteros publicas meretrices
deciorum lusores histriones et alios pestiferos homines de terra sua extirmans
pauperibus affabilis humilibus mitis afflictis et egenis misericors crudelibus

crudelis · rebellibus rebellis veniam petentibus se misericordem exhibuit sciens quod
gloriosum genus vindicte est ignoscere gloriosa magnanimitas que cum iniuriam habet in potestate
vindicteque indicat vindicare potuisse Est piger ad penas princeps ad premia velox cuiusque
dolet quotiens cogitur esse ferox Iste burgensis qui hodie viam universe carnis in
gressus est bonam vitam laudabili morte conclusit honorabilem et thorum immacu
latum custodivit filios et familiam in timore dei erudivit Ecclesiam dei frequentavit hono
ravit et muneribus ornavit decimas omnium bonorum suorum et alia iura ecclesie sine
querimonia et diminucione reddidit verba salutifere predicacionis libenter audiens et au
dita opere implens vicinos suos discordes reconcilians · omnibus liberalem et amabi
lem exhibuit / omnes avaricie sordes a domo sua eliminans usuras fraudes et rapi
nas abhorrens de proprio patrimonio et labore manuum se et familiam suam honeste susten
tans de bonis suis pauperibus abundanter tribuit Job xxxi · foris non mansit pere
grinus ubi multum de hac materia Non letatus est ad ruinam eius qui eum oderat nec
et erit maledictus a deo qui exaspeat matre Ciconie parentes senectute deficie
tes proprijs plumis calefaciut et in volando supportant nec est eis graue quia
debitu est nature ad quod lex nalis astruit ut dt Ambros' in exam [exameron] licet quida
non acquiescentes ei que sedm pietatem est doctne/ I thi vi/ morte pntum desidant
eos in senectute despiciunt nec in paupertate prouident Sic de quoda legit² cui
pater totam sbam sua dederat et senex et paup factus rogauit filiu ut daret ei
potu non habeo inquit filius nisi qinqz folia in celario meo/ da michi inquit
de pmo tu filius mustu est non dabo tibi/ Da inquit de scdo/ rosatu est inquit
non dabo tibi/ da de tercio ferratu est non dabo/ da de qrto vinu vetus e non
dabo Quinto aut vinu erat debile et tamis resparsum et patri sitienti noluit
ministrare Ecci viij° Non spnas hoiem in senectute sua etem ex nobis senescut
et ex infirmitate condicionis que omibz est cois Tercio docendi sut pueri de
pudicicia Eze xliiij populu meu docebut quid sit int sctm et pollutu/ hoc est
puritate que est in pudicicia et vilitate que est in luxuria ut florem pudicicie
et vginitatis caute conseruent tanqz preciosu thezauru in vase vitreo colloca
tum Flos em ille marcescit de facili Macula em cito apparet in ueste candi
da et gutta sanguinis in niue et macula turpitudinis cito deprehendit² in v
gine et iuuene/ hc aut pudicicie doctna consistit in quatuor in cordis affectu
oculi aspectu/ oris affatu/ corporis tactu/ De pmo leuit xv/ docebitis filios isrl
ut caueant inmundicia et ne moriant² in sordibz suis cum polluerit taberna
culum meum quod est inter eos Moritur peccato mortali qui concupiscit

Exhibeant parentibz corporalem sustentacionem

Cuculus mazega Ciconia

Pudicicia quo ad sex

cordis affectu

mulierem in corde suo et seipsum polluit affectu cordis immundo Si ergo illi tabernaculo
in quo sanguis hominum et ovium fundebat a sordibus precabat quanto magis illi loco descen
dum in quo dominus secretissime conversat Caveat ergo ne vacent concupiscencijs et
a predonibus infernalibus dependens qui hostes sunt castitatis Et iste tezaurus si semel
perdatur recuperari non potest Sed anima prius sponsa cristi sit efficitur cluaca dyaboli de rosa acu
ta de lilio cardinis de turtur corvus de columba bufo de sacrario cristi prostibulum dyaboli
et sic dicitur de melotis quod dentibus et unguibus in rupe domum facit Est enim animal hoc mun
dissimum et fetorem sustinere non potest vulpes autem dolosa conquinat eius fossam et ita taxus
vel melota dimittit domum illam quam vulpes inhitat Ita deus animam quam creavit
pro qua redimenda multum laboravit cum inquinata fuit per peccatum maxime luxurie ipsam
inhitatori dyabolo relinquit De oculi aspectu Apocalipsis ijo Balaam docebat balach mittere
scandalum coram filijs israel scilicet edere de sacrificijs idolorum et fornicari ornaverunt
enim se filie moab et in earum aspectu decepti sunt filij israel et fornicati sunt cum eis ignee
enim nature est oculus ideo est tante mobilitatis unde sanctus augustinus libro iiijo super genesim ad litteram
ostendit quod ignis dominatur in visu et ideo radij igniti emittuntur ab oculis qui rem visam
offendunt et quodammodo attrahunt Et sic mulieres oculis suis iuvenes capiunt et ipse
eciam capiuntur per affectum illicitum ij petri ijo oculos habentes plenos adulterio unde Seneca Epistola
lxx Impudicam ostendit flexus oculus Et beatus basilius in regula sua vide ne te seducat
cat corporis pulcritudo et decorem anime amittes nec improbo oculo intueri debes speciem
mulieris ne intret mors in animam tuam per fenestras tuas De oris affatu
primus consilium autem eos virum in servum venundatus est ioseph de quo sequitur constituit eum
dominum domus sue ut erudiret principes eius sic semetipsum et senes eius prudenciam doceret
ante ipsum patriarcho descendens in egiptum ioseph premissus est qui fuit vir et multa
viriliter pro castitate servanda sustinuit venundatus accusatus incarceratus tandem
absolutus super regnum egipti exaltatus qui prudenter docet senes et iuvenes ne
insistant cum mulierum sermonibus Fugit enim cum mulier ipsum de stupro sollicitaret
vet unde beatus basilius in regula sua ne accomodes aures tuas ad percipienda
verba mulieris ne concipias nequiciam in anima tua Et ieronimus in epistola quid sibi
volunt sola et privata colloquia et arbitros fugientes oculi femine nomen tuum
non noverint vultum nesciant hospiciolum tuum numquam vel raro pedes mulierum terant
V De corporis tactu deuteronomij xxo De civitatibus que dabuntur tibi nullum omnino permittas vivere
sed interficies in ore gladij ne forte doceant nos facere cunctas abhominaciones quas
operati sunt et separari debemus ab eis qui fornicantur et ut nos trahant ad simile
Apocalipsis ijo habes et tu tenentes doctrinam
nicolaitarum de qua Apocalipsis ijo habes et tu tenentes doctrinam
nicolaitarum Nicholaus iste unus fuit de dyaconibus electis ab apostolis et ordinatus
sed ceteris permanentibus in ministerio sancto ipse recessit ab eorum fide et doctrina qui cum
tulpacte eo quod haberet pulcherrimam mulierem et nimio amore zelaretur eam ut se ex
cusaret ab hac suspicione induxit non esse in re quid faciat qui volt utatur illa
unde et transivit in communem usum quod factum ceperunt multi sectatores eius imi
tari dicentes comessacionibus et mulieribus vacandum esse et hec est doctrina quam
oderunt sancti Basilius ubi supra memento cum dedicasti membra tua ne commisce
as illa meretricibus reflecte amorem tuum ab amore mulierum ne te ab amore
dei excludat et in tua carne mulieris ne tangas ne per tactum eius inflametur
cor tuum et spiritu tuo labaris in precipicium Sic enim fenum proximans igni comburitur
ita qui tangit mulieris carnem non evadet sine damno anime sue et licet cor
pore castus evadet mente tamen et corde corruptus abscedet Item docendi sunt pueri
de verecundia que maxime est eorum ornamentum Sicut enim in senibus gravitas in
iuvenibus alacritas ita in adolescentibus verecundia commendatur Eccli xxio

Oculi aspectu

Oris affatu

Corporis tactu

Verecundia

Ornamentum aureum prudenti doctrina / Consistit aut doctrina verecundie in quatuor
in quibus in oracione locucione compositione pcti declinacione Cum enim accedimus ad oracionem mul
tum nobis gratie adquirimus apud deum / quando verecundantes fuerimus pro nostris prevaricacione
nostra et nos simpliciter exponimus ad faciendum dei voluntatem psalmus Doce me iustifica
ciones tuas quia deus meus es tu / Sic oravit manue cum verecundia et timore / Iudic xiii
Obsecro domine ut vir iste quem misisti iterum veniat et doceat nos quid debeamus facere
de puero qui nasciturus est / Sic verecunde orabat publicanus qui non audebat oculos leva
re in celum et iustificatus abscessit / non sic phariseus cuius oracionem presumptio deformavit
Luc xviii^o / ut non glicet peccatoris oracio sed que colore pudoris obducta quanto plus
habet verecundie tanto plus meretur et gratie / De verecundia in locucione patet in Jeremia cum dixit
primo et moyse Exo iii^o / Quam verecunde se excusabant quia verecundia hoc facit ne pre
sumptuose loquamur ne modum loquendi progrediamur ne aliquid indecorum in sermone
nostro audiatur / quia speculum mentis in verbis refulget Prov xvii^o Qui moderatur sermo
nes suos prudens et doctus / talis enim novit quando loquendum quando tacendum / hec virtus pa
tuit in beata virgine que sola erat in cubiculo salutata ab angelo tacuit / mota est
in introitu eius et ad viri sexus speciem verecundata est / nec salutante resalutavit ubi
de suscipienda domini generatione cognovit / ut qualitate effectus disceret / ad hanc doctri
nam pertinet ut sic nullum verbum inhonestum debemus loqui sicut nec audire / quia quem
delectat audire provocat ad loquendum Unde est quod sancti viri membra illa que abscon
denda accepimus que natura occultavit ne visum oculorum offenderent aut ad libidinem
concitarent / putant indecorum esse ipsa suis nominibus appellare / licet aliqui pueri
inverecundius coram aliis se denudent qui virga et disciplina erudiri debent / quia
Eccli xxii^o Confusio patris est filius de filio indisciplinato / De verecundia in corporis
composicione dicendum est / in motu in gestu in incessu in vultu et in omni corporis statu
Disciplina enim interiorum nec bene custoditur sine disciplina seminum exteriorum / quos mo
dificant verecundie / hominem commendabilem omnibus reddit et amabilem efficiat / Sapi
encie viii^o / Doctrix operum illius / et sequitur / sobrietatem enim et prudenciam et iusti
ciam et virtutem docet quibus nichil est utilius hominibus / Anima enim verecunda
sobrietatem ostendit et in comestione / prudenciam in sermone / iusticiam in operacione
virtutem hoc est fortitudinem in temptacione / et ex habitu mentis procedit ordinacio et
composicio corporis / unde motus corporis est quedam vox mentis / Si et ille inordi
naciones que apparent in aliis et displicent nobis / debent magis displicere ut non
sint in nobis / De pcti declinacione patet / solum enim peccatum erubescere est bona et ordi
natam habere / et illa verecundia est laudabilis que oritur ex peccati odio / non que oritur
ex fame detrimento et maxime que oritur ex actu libidinoso / Quoniam verecundia docet
preliari contra inimicos et demones vilitatem et discrete / psalmus Benedictus deus meus qui
docet manus meas ad prelium et digitos meos ad bellum etc.

Stulticia colligata est in corde pueri virga discipline fugabit eam / pueros
stulticie deditos sine castigacione necesse est disciplina iuvenili castigari
et ad rectitudinis viam quodam rigore perduci Notantur ergo tria in verbo propo
sito innocencia puerilis cum dicitur pueri / stulticia actualis cum dicitur stulticia etc. / dilige
ncia magistralis cum dicitur virga discipline etc. et bene / Iam informatur anima pueri per
innocenciam / deformatur per stulticiam / reformatur per diligenciam Nota ergo primo quod
innocencia puerilis vel iuvenilis que debet esse in pueris / Luc xviii^o / Sinite pueros
venire ad me talium enim est regnum celorum Amen dico vobis quicunque non acceperit
verbum dei sicut puer non intrabit in regnum celorum / Glosa / bene dicitur talium non
istorum ut ostendat non etatem regnare sed mores et his qui similem haberent
innocenciam premium repromitti / hanc aut innocenciam quatuor sequuntur castitas
quantum ad seipsum / concordia caritatis quantum ad proximum / gratia maturitatis quantum

Mudicia Castitatis

ad mudiu obediencia humilitatis qntu ad magistrum De mundicia castitatis Dan primo
introducti sut coram rege pueri in quibus nulla erat macula / et ido sequitur quod pueris illis
dedit deus sciam et disciplina in omni libro et sapiam / sapiens enim homo non ponit libenter
bonum lectuarium in vase immundo / nec deus sapiam in corde luxurioso Sed pueros qui di
ligunt castitate et seruant suam virginitate deus docet veritatem / sic apparuit in samuele
de quo primo Regum ii° Puer Samuel ministrabat ante faciem domini accinctus ephot lineo. hic
est veste munda et candida hoc est carne munda et casta / Et ista vestis debet munda teneri
qua dyabolus procurat auferri vel sordidari / sed apoc xvi beatus qui custodit vestimenta
sua ne nudus ambulet et videant turpitudine eius / Dyabolus enim numquam dormit sed se
insidiatur appetit cibos delicatos deuorare scilicet innocentes pueros sic pharao precepit pueros
masculos et herodes interficit pueros innocentes / sic enim qui mordet in pomo non in parte pu
trida sed in parte saniori dentes figit / sic dyabolus animas sanas puerorum non putridas peccatorum
concupiscit / De concordia caritatis quantum ad proximum Luc. xviii° Quicumque non acceperit re
gnum dei sic puer non intrabit in illud / sic puer dicat / quia pueri diligunt pueros non perseuerat
innocens est puer in iracundia / non lesus meminit / non videns pulcra mulierem delectatur / Innocens est
non cogitat aliud nec aliud loquitur / sic nos nisi talem habuerimus innocencia et carita
tem non intrabimus in regnum dei / De gra maturitatis Tho i Cum esset minor thobias
omnibus de tribu neptalim nichil tamen puerile gessit in opere / et cum irent omnes ad vitu
los aureos quos jeroboam fecerat hic solus fugiebat consortia omnium et pergebat in
ierusalem ad templum domini et ibi adorabat dominum / et sequitur hec et his similia pueru
lus secundum legem dei obseruabat / Valde mature se debent gerere pueri et fugere consorcia
puerorum puerorum qui eos incitant ad malum / sic enim deus putridus arbore tollitur ab ore
ne alii corrumpantur / ita debent ipsi ab eorum consorcio excludere qui volunt eos ad peccatum
inducere / et ita ciuitas eorum custodire / non vadat ad specula intuenda sed ad ecclesiam et ad
ecclesiastica officia frequentanda / non se mature gerunt qui verecunda membra aliis ostendunt qui
mulieres osculantur qui iurant periurant et blasfemant unde narrat gregorius de quodam puero
quinquenni qui maiestate dei blasfemare consueuerat et parentes non castigabant eum. Du
pater eius eum in sinum egrotante in finem tenuit malignis spiritibus aduenientibus puer
tremens clamare cepit obsta pater nigri homines venerunt qui me tollere volunt / illis
autem instantibus puer more solito nomen dei blasfemare cepit / et statim animam in manibus demo
num reddidit nec est excusatus propter puericiam malicia supplente etate / ideo prima Corinth. xiiii°
Nolite pueri effici sensibus sed malicia paruuli estote sensibus autem perfecti estis / hinc quod
alibi dicitur xvi° ad Ro. Volo vos sapientes esse in bono simplices in malo / De obediencia
humilitatis quantum ad magistrum Exemplum habemus in samuele qui puer dormiebat in tem
plo et surgens abiit ad hely credebat enim se vocatum ab ipso Exemplum eciam habemus humilis
obediencie in Jeremia qui humiliter se excusabat eius primo. Ecce puer sum et nescio loqui / nec
tamen obedienciam recusabat / Debet enim puer subiectus esse magistro docilis ingenio attentus
exercicio beniuolus animo / anima enim pueri carni recenter infusa contraxit ex carnis corru
ptione caligine ignorantie in intellectu et putredine concupiscentie in affectu / et huius
medicina est sciencia liberalis que intellectum illustrat et regit affectum et magistris obedire
et adherere debent qui in scripturis eos docent / Ieronimus / ama sciam scripturarum et vicia
carnis non amabis Sed prochdolor castitas degenerat et eliminatur per inmundiciam luxurie
Caritas per discordiam iracundie / maturitas per ignominiam lascivie / humilitas per protec
uiam superbie / et sic scilicet deformatur anima per abundanciam stulticie / De primo nota Ro. ii°
Duo vicii laceraverunt pueros / et quia pueriles et carnales lacerantur a luxuria et gula
que sunt duo vicii diligentia dulcia / quia enim virginitas est bonum compensabile quia
in voto virginitatis et continencie non consueuit eciam summus pontifex dispensare et
bonum incomparabile quia virgines sequuntur sponsum. hinc aureolam quantum ad capitis or
namentum et vestem byssinam quantum ad corporis indumentum / et dicunt nouum canticum /
et est bonum inenarrabile / cuius dulcedo nequit exprimi sermone / et est bonum irrecupa
bile quia siquis non amittat de celo non recuperat / quia si cecidit virgo israel amplius non
adiciat ut resurgat / et ideo dignitas ista a pueris diligenter est seruanda ad eo quod boni
pueri nec videre mulieres nec videri a mulieribus volunt / quantominus tangere eas vel

Concordia caritatis

Gra maturitatis

Obediencia humilitatis

ab eis tangi / ymo etiã debent pueri ꝑcurare ut lateant soli et ꝑm qd' sustinere possunt
late in femoralibꝫ ul camisys suis · et obdormire in aliqua bona cogitacion uel in
donũca oron / sic salon impetrauit sapiam quam dominꝰ infudit ei dormiendo
Ego inqt sum puer paruulꝰ et ignorans egressũ et introitũ meũ dabis ergo ꝑuo
2 tuo cor delectabile / iij re iijo / Caritas circa͛ per discordiã iacundie ysa xl: defici
ent pueri et laborabũt et in infirmitate sua cadent / Deficiunt pũi iacũdia sua
innocen̄ uel iniur' ꝑnt sustinere pre impacia · et laborant pro sumenda vindicta
et ita cadunt a grã / vñ frequẽt cũ pugnãt int' se et involuunt͛ excõicacon qd' satis
est piculosũ · q͛a multi excoicati sũt et non faciunt se absolui sed irregulares fiunt
cũ se promoueri faciunt ysai iijo / Tumultuabitur puer con̄ senem et ignobilis con̄
nobilem / quia sepe litigant con̄ suos supiores et credunt se esse meliores qui sunt
3 gñe nobiliores / Maturitas eneruat͛ per ignominiã lasciuie Ecc͛s x · ve tibi terra
cuiꝰ rex puer est et cuiꝰ pncipes mane comedunt / Rex mane manducans ẽ puer
lasciuie uacans qui mane sue iuuentutis exponit delicijs et lasciuijs / In cuiꝰ fi
gura filij iob mortui sũt cũ essent in conuiuio · sap xijo / Tanqꝫ pueris insensatis
iudiciũ in derisum dedisti / Ex hac lasciuia uacant ocio / adiscunt ludere ad talos
intrant tabnas et prostibula que parentibꝫ nõ corrigentibꝫ sũt imputanda / sic de
filijs hely legimꝰ · Re ijo · Cum dormiebãt cũ mulieribꝫ venientibꝫ ad tabnaculũ
et q͛a gulosi erant et delicati ꝯ carnes sacrificiorũ attractaq' decoquebant / j regũ ijo /
4 Erat pctm grande nimis puerorũ coram dño / Humilitas eneruat͛ ꝑ proteruiã supbie
volunt enĩ mali pũi facere voluntatẽ suã ꝯtempnunt parentes et ꝑfos doctores / sed sic
dicit͛ prou xxixo / Puer qui relinq͛ ꝑpe voluntati confundit matrẽ suã · nolunt sub
ici sed euagari / Et si corrigant͛ proterue et supbe rndent · fugiunt scolas nolunt adi
scẽ ꝑmanent illrati dant inge̅ris suis et obtinent remediũ ul licenciã euaga
cõis · usus suos dato pcio faciunt fabricari / In eadẽ aũt dampnacon sũt et qui
fabricant et qui fabricari faciunt · et qui euagaconis causa munera dant et qui
munera accipiunt ymo plus peccant ingri qui cupiditatibꝫ corrupti ꝑmittunt
pueros viuere put eorũ placet voluntati per quos debent corripi et corrigi / quanto enĩ tpe
puer puulus est nichil differt a seruo sed est sub ~~tela~~ tutela ut humiliter exequa͛
doctorũ et supiorũ suorũ ꝓpria monimenta Gal iiijo / In his ergo deforma͛ puerilis
innocencia et appãet stulticia per quã despiciunt sapiam / prou jo / Sapiam atq' disci
plinã stulti despiciunt et sequunt͛ inepta luxurias Ecc͛s Sapienciũ cor ubi tristicia
et stultorũ ubi leticia / habent enĩ mentis inconstãciã Ecc͛i xxvij / Homo sctus per
manet in sapia sic sol / Nam stultꝰ sic luna mutat͛ / perdunt eternã gliam · pariter
simul insipiens et stultꝰ ꝑibunt / luc xijo / Stulte hac nocte repetent aiam tuã
Tercio reforma͛ puerilis innocen̄ ꝑ integralem diligenciã / vnde dr̃ virga disciplme
fugabit eam / pueri enĩ virga sũt disciplinandi ne remaneant indocti et stulti pu:
xxijo / Noli subtrahere a pueris disciplinã si ꝑcusseris eũ virga non morie͛ · tu virga
pcuties eũ et aiam eius de inferno liberabis / Ad hac aũt disciplinã quatuor pti
nent / Erudicio legendorũ / Emendacio morũ · Exortacio uborũ / Inflictio vbbꝫ
Erudicio Legendorum — De erudicon legendorũ · sic patet disciplia / dr̃ a discendo · ubi requir͛ ordo in legen
do / pariter disciplina tua ipa me docebit / primo ergo doceant͛ regule artis gramatice
in construccionibꝫ barbarissimis et solecismis Tropis et scematibus accentibꝫ
que sunt sciarũ omniũ fundamenta et assimila͛ materie ad uersificandũ non de
fabulis sed de hystorijs veridicis / multũ etiã confert reddere corde teneq' Eplas hil
berti Cenomanen̄ Epi vrbana ciuitate dictatis magri petri blesen̄ legisse eas
que sũt stephani Epi tornacen̄ non transire statim ad gratiã / et antequam etiã
fundet͛ in gratica quidã volare volunt subtiles et difficiles ad questiones et vbales
hilarius dũ ellatꝰ iuuenili etate fertur in celũ volando fluctibꝫ marinis im
mergit͛ / et isti dũ se in artibꝫ eleuant cadunt · sed pueri potius audiunt fabulas
quã discant reglas ꝓponunt nouia et delectant eos magis in virgilio equus li
gneus plenꝰ armatis Troye incendiũ atq' ipius umbra transire: libri etiã in qbꝫ
continen͛ flagicia deorũ mali sũt et ꝯtinent excusacones / vicioꝝ quia aliqs

Excusat de fornicatione qua iuvenis legitur hoc fecisse sic dicit Aug. li. de conf. Non accu
sa mecum verba quasi electa sed vinum erroris quod in eis nobis propinabat et nisi biberemus ce
debamur. Virgilius in bucol. Qui legitis flores et humi nascencia fraga frigidus o
pueri fugite hinc latet anguis in herba. Bene in pueritia utilius discerent aliqua
moralia quam ista flagitia / timor enim domini disciplina est Sap. xv. pri. et Eccli. pri.
Sapientia et disciplina timor domini. De emendacione morum sic patet / peccant enim multipliciter
pueri quare oportet eos emendari per disciplinam ne dicatur de eis illud Baruch iii. viam di
sciplinae nescierunt propter ea perierunt. et Ephes. vi. vos patres nolite ad iracundiam provocare fi
lios vestros sed educate illos in disciplina et correctione / peccant enim frequenter contra precepta
parentum et magistrorum agentes peccant in appetitu laudis mendaciis pravis consorciis sim
bolis ludis iniuriis pugnis inobedienciis furtis furantur de domibus parentum de cel
lariis granariis mensis iurant nominant dyabolum frangunt poma iactant se frequenter
fecisse quod non fecerunt ne reputentur inter socios viliores eo quod fuerint castiores et sicut
dicit Aug. Et crescunt vepres libidinum et nulla invenientur eradicans manus vel parentum
vel magistrorum. De amonicione verborum sic patet virge disciplina debet precedere cominatio
et exortacio / sic exercitacionis formam precedit amonitio que multum valet in pueris
ingeniis et moribus generosis / generosus enim ad facilius ducitur quam trahatur Eccli. xxxii.
cum interrogatione manifestat parabit verbum et sic deprecatus exaudietur et conservabit
disciplinam. Ille enim discrete et dulciter exhortatur proponendo suam questionem parat verbum
ad erudicionem et exaudietur a discipulo quem deprecatus est exhortando et sic disciplinam
conservat. Ovidius de arte Ingenium celeste suis velocius annis surgit / sic eciam cre
bra exhortando. licet enim in principio non videatur doctor proficere tamen non debet ab hortacione
cessare, quia ut ait Ovidius pri. de arte, tempore difficiles veniunt ad aratra iuvenci
Tempore lata pati frena docentur equi. ferreus assidue consumitur anulus usu interit
et assidua vomer aduncus humo / licet de quibusdam dicatur illud Jerem. xvii. dura
verunt cervicem suam ne audirent me ne acciperent disciplinam. De inflictione verberum
sic patet sicut ignis purgat metallum in puritatem et virga segregat de tritico paleam
et lima rubiginem ita virga disciplinae et ictus verberum tollunt a pueris pravitatem
Pro. x. via vite custodiente disciplinam qui autem increpaciones relinquit errat. Infli
gantur autem hec verba ex dilectione non ex ira vel furore et moderate et loco et tempore sicut
dictum est in tercia parte huius operis de forma docendi. Tamquam asinini sunt aculeo et cal
caribus indigent Eccli. xxxiii. Cibaria et virga asino et onus panis et disciplina
et opus servo. Debent eciam hec verba sine murmure recipi, quia Eccli. xi. vir prudens
et disciplinatus non murmurabit correptus. testa vacua ad ignem crepat plena non
crepat. Aqua parietem luteum dissolvit marmoreum lavat et pulcriorem reddit
Ita mali sub virga murmurant maledicunt obdurantur et calcitrant Jerem. v. percussi
sti eos et non doluerunt attrivisti eos et noluerunt accipere disciplinam et sic patet totum

Dirigatur domine oracio mea sicut incensum in conspectu tuo. Cum igno
remus quid agere debeamus in necessitate constituti fidelem nuncium mittimus
ad dominum nostrum Christum ut succurrat nobis in angustia constitutis
quod facimus ad deum in frequentia orationis. Unde clamat ad deum clamore cordis quilibet
fidelis dicens Dirigatur domine oratio mea etc. In quo verbo tria notantur. Orantis
affectus cum dicitur oratio mea. Est enim oratio pius affectus mentis in deum directus.
Orationis modus cum dicitur sicut incensum / quod est odoriferi pigmenti suavis adu
stio que carbonibus concremata gratissimum fumum porrigit ad superna et odo
rantes delectabili suavitate permulcet. sic sanctorum oratio igne caritatis incensa
divinis aspectibus ingeritur in qua celestis curia delectatur Apoc. viii. ascendit fumus incensorum
in conspectu dei ut dicit super altare de orationibus sanctorum quod est ante dominum. Tercio notatur
orationis effectus, cum dicitur dirigatur in conspectu tuo, hoc est directe veniat ad presentiam illius
ad quem mittitur, quia si invenerit effectus sequitur. Psalmus Intret oratio mea in conspectu tuo, Psalmus
Confirmasti me in conspectu tuo. Circa primum ad primum notatur orantis affectus cum dicitur
oratio etc. Est enim oratio viri iusti sicut nuncius preparatus ad procedendum, expeditus ad ac
celerandum, discretus ad petendum. solicitus ad impetrandum. Est ergo preparatus ad

Emenda[tio] mor[um]

Amonitio verbor[um]

Inflictio verber[um]

Orantis affectus

procedendū Eccī xviii°. ante orōm p̄para aīam tuam et noli esse quasi homo qui ten
tat deum / sic enī nūcius processurus p̄parat aīam suā et confert quid ipe sit dicturꝰ
ita ante orōm debemꝰ p̄parare aīam nr̄am / quales enī orantes volumꝰ inveniri tales
nos ante orōnis tp̄us p̄parare debemꝰ / quid enī an orōnis tp̄us aīa nr̄a concepit
necce est ut ignorantibꝫ nobis p̄ ingestionē recordacōnis occurrat et uel ut ante oculos
nr̄os quedā imago plodat Inde est q̄ aliqn̄ in orōn letīm aut tristīm aut ri
demꝰ quia cor nostrū ante orōm non purificamꝰ nec p̄paramꝰ. p̄ma thīo ii° nolo
vos orare in omī loco levantes puras manꝰ sine deceptione ad deū in orōne / Est eciā
iste nūcius expeditꝰ ad accelerandū / tūc aūt expeditus est tū nullo onē peccatorū gra
uatus ē Eccī iii° Qui diligit deū exorabit pro pctīs et continebit se ab illis et
in orōne dierū exaudiet / Oratio enī exhonoranda est a pctīs sublevanda meritis
continuanda desideriis et tūc exaudit tp̄e suo / ps̄ mg ad te orabit oīs sctūs in
tp̄e opportuno / sed pro nichilo orant quorū opera plena sūt pctīs et corda impie
tate male voluntatis usure et rapacitatis ysa p̄mo / Cum multiplicaveris orōnes
non exaudiam te Manꝰ enī vr̄e sanguine plene sūt / sed nō est ita preciosū ferculū
quod placeat dnō suo si offeratur in vase inmundo Crisoꝰ Qui orat deū et pec
cat. non orat deū sed deludit eū / Est eciā iste nūcius discretꝰ ad petendū. p̄ma
pet̄ iiii° / Estote prudentes et vigilate in orōnibꝫ / prudentes ut nūciꝰ nō petat quod
dnō suo displiceat / q̄a si petet / dnōꝰ nō exaudiet Tren̄ iii° Cū clamavero et
oravero exclusit orōm meā / Ideo nō exaudiūtur qui orant ut inimici eorū confū
dantur Marci xi. Cum stabitis ad orandū dimittite / si tm̄ p̄m. sed voluntatē et odiū
et rancorē Mt̄ v. Orate pro p̄sequentibꝫ et calumpniantibꝫ vos ut sitis filii patris vri
Sicut et ipe pro crucifixoribꝫ oravit dicens / pat̄ dimitte eis q̄a nesciūt quid faciūt / Nec
eciā exaudiūtur illi qui petūt tēporalē potenciā vel pecuniā Vn̄ nō fuit exau
dita mat̄ filiorū zebedei pro filiis Mt xx / Sed salomō qui petivit sapiam in orōn
exauditꝰ est / iii Reg iii° / Est eciā sollicitꝰ ad impetrandū / assistit enī continue o
rando ne interrumpant suū negociū luc xv Oportet sp̄ orare et deficere / non enī
debetur bravium currenti sed p̄severanti et pervenienti Act v. Erant oēs apli
p̄severantes in orōn / ostendit eciā cū lacrimis cordis desideriū Tho xii / Cū ora
bas cū lacrimis ego obtuli orōm tuā corā dnō Puer eciā qn̄ vult aliquid
impetrare a patre lacrimatur et lacrimando orat et impetrat / sic fecit Anna
6 mater Samuelis / i Reg i / Oravit Anna flens largit̄ / consumat eciā negociū
suū erogando aliqꝰ exenium bonis offerens de bonis tp̄alibꝫ elēōas / de corpalibꝫ
ieiuniū / de sp̄ualibꝫ orōm / Tho x. bona ē orō cū ieiunio et elēōna / Licet q̄dā
mali nūcii recedant anteq̄ fiat negociū / cōn̄ illud Col iiii° / orationi instare

Oronis modus

Secundo notatur orōnis modus / cū dicitur / sic incensū / ps̄ mg holocausta medul
lata offeram tibi cū incenso et arietibꝫ / ut dicit alia lr̄a / holocausta medulla
ta sūt desideria inflamata amore divino quorū medulla est intrinseca devotio
ut pinguedo ne sit aridū et vacuū quod offertur an dnōm que ad instar incensi
ascendit / et sic arietes qui sūt duces gregis / exemplū bone vite secum pro
ferunt Nota ergo q̄ sic fumꝰ incensi. p̄mo ab igne resolvitur / scdō inflamatus
sublimatur / tercio sublimatꝰ dilatatur / qrto dilatatꝰ p̄ciatꝰ acuitur deficit exinanitur

Inflamatur

Ita se hꝫ cor fidele in orōne / Inflamatur p̄mo per compunccōm dum obsecrat p̄ pctīs
suis / ii° Mach ii° / Oravit moyses ad dnōm et descendit fumꝰ de celo et holo
caustū consumpsit / holocaustū dr̄ qī totū incensū / tota enī cremabantur in alta
ri per que signantur orōnes eorū qui carnis voluptatibꝫ emancipati omēs
affectus suos ad celestia convertūt quecūq / qui ardere dicūtur q̄a celestibꝫ desi
deriis inflamantur Et sic ex igne ardente p̄dūt crepitantes scintille ut
gemitꝰ et suspiria audiūtur in orōn ex inflamato corde Vn̄ Ggꝰ veraciter ora
re est amaros in compunccōn gemitꝰ et non uba composita resonare / Scdō

Sublimatur

sublimatur sive elevatur cū orat pro sp̄ualibꝫ bonis adipiscendis i Tho qrto

Que vere vidua est et desolata est speret et instet orationibus et obsecrationibus die ac no
cte. Hec est anima que se reputat viduam et a sponso suo christo divisam propter con
solationis spiritualis carentiam que instat humiliter obsecrando et spem suam in deo po
nendo nocte ac die perseverando tu enim deus in oratione non queritur citius autem orando
lassatur. Sed qui eterna orando postulat non cito lassatur quia illa que petit quodammodo
degustatur iam et in eis se oblectat. Unde conquerebatur ille sanctus illucescente que
qui impediebat orationem suam. De hoc ascensu cant. iii. Que est ista que ascendit
per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et universi pulveris
pigmentarii. Ascendit fidelis anima per desertum cum bene memoriam mortis ante cordis oculum
considerans quod omnia desertum sunt que attingit corporalis sensus nichil nobiscum
portatur nec bona vel mala que hic cogimus illi sola inventa reconditam (?) prima mito
bu et inseruimus nec in hoc sibi provident nec reminiscuntur illius deserti propter quod sunt in
terra promissionis construitur si tamen construitur magno virgula aut fumi gracile sed ma
gno impetu in sublime tendente duo faciunt intus vigor ignis et turibuli fo
ramen angustum. Turibula nostra sunt corda foraminis angustia modica celestium
secretorum quamdiu vivimus notitia et utinam sit ignis multum sacri scilicet desiderii ar
dor immensus ut in anima eo amplius intus fuerat quo minimum invenit viam foris eu
pat. Tertio dilatatur dum orat pro proximis Col. i. Non cessamus pro vobis oran Dilatatur
tes. Membra enim debent sibi invicem compati et subsistere. Sic aaron Sap. xviii.
properans homo sine querela deprecari pro populis proferens servitutis sue scutum orationem et per
incensum deprecationem allegans resistit ire et finem imposuit necessitati. Sic moyses
Exo. viii. oravit dominum et proiecit locustas in mare. Sic onyas secundum amator
et populi israel qui multum orat pro populo et universa sancta civitate iherusalem. Ieremias propheta
dei. Et tanto citius exaudimur pro nobis quanto ferventius oramus pro aliis. Oratio
enim que succensa non fuerit nescit recto itinere ad deum ire. Et cum de corde frigi
do expressa fuerit subito relabitur et non fuit dilatata non est multum grata sed quando
dilatatur ad proximum tunc se diffundit et ad celestes replet regiones et domus repleta est
ex odore unguenti Jo. xii. Tertio serenatur acuitur et exinanitur. Cum assurgimus deo Serenatur
per gratiarum actiones pro beneficiis suis Eccli. li. laudabo nomen tuum assidue et
collaudabo illud in confessione et exaudita est oratio mea. Deus non potest laudari
a nobis diffinitione demonstratione comprehensione potest tamen laudari religione et gratiarum
actione. Divina etiam gloria tanta est in se ut nec alieno beneficio potest augeri nec
aliena laude amplius commendari. Nec tamen a laude divina cessare debemus quia et si
non illi proficimus tamen ex illa proficimus. Unde est quod omnis ierarchia angelica
ad laudandum deum est ordinata et qui amplius laudat sublimius remuneratur
secundum hu: vel in cogitatione vel oratione amore summum. Officium enim angelorum est deum lau
dare. Et sic fumus multum elevatus serenatur extenuatur et deficit sic anima multum
elevata in deum serenatur in se et laudando in verbis deficit et qui minus loquitur
magis afficitur et citius exauditur. Multum enim habet acuminis huius oratio. Rara
frequenter voce erumpit oratio vehemens nec verbis utitur nec eget que purio et pleno
fertur affectu. Amor enim in auribus domini solus obstrepens corporalium verborum strepi
tus dedignatur que verba sunt sicut excitamenta inchoanti sic impedita solent
esse perfecte oranti. Et hoc est quod Luc. primo dicitur Zacharias exiit ut poneret incensum
ingressus in templum domini et omnis multitudo populi erat orans foris hora incen
si. Incensum in sancta sanctorum a pontifice deferri expectante omni populo foris templum
precepit ex lege moysi quod fantasmata et omnium terrenorum sollicitudo et memoria deficiat
in anima perfecte orante et soli deo vacante. Tertio notatur effectus orantis cum dirigitur Orationis
in conspectu tuo. Dirigatur ne deviet deviet in conspectu tuo domine ut tibi pla effectus
ceat. Pro qua directione orabat Judith xii. Judith orabat dominum deum israel ut dirigeret
viam eius ad liberationem populi sui. Demones enim insidiantur orationibus nostris et

Venia pctorum

Suffia temporum

Gratia spualium donorum

Gloria celestium premiorum

vt impediant eas ne ad conspectu domini veniant ut ibi exaudiantur Act x. Ille centu
rio asseruat cornelii oro exaudita est tua et elemosine tue comendate sunt in con
spectu domini Effectus aut orationis est quod ipa impetrat venia pctorum / sufficienciam
temporum / gram spiritualium donorum / glam celestium premiorum / De primo Jacobi quinto
Oratio fidei sanabit infirmum et si in pctis est dimittentur ei / Aliquando ex pcto amne
sequitur infirmitas in corpore vel fidelis oro vtrumque purgat et mentis iniquitate
et corporis infirmitate / De tercio orationis exauditionis signa beati Anthonij ista est, non
est inquit perfecta oro in qua monachus vel hic ipm quod orat intelligit / et ut dicitur
in collationibus patrum cum orantes nos nulla interpellauit hesitatio et fiduciam
petitionis nre nulla desperatio ne deiecerit sed optinuisse nos in ipa orationis
effusione quod postimus senserimus non ambigamus preces ad deum efficaciter pene
trasse Unde dominus quecumque orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis /
De scdo Jacobi vltimo Helias homo erat similis nobis passibilis et oratione orauit
vt non plueret sup terram et non pluit annos tres et menses vj et rursum orauit et
celum dedit pluuiam et terra dedit fructum / non est orandum pro principaliter pro temporalibus
sed ut corpus sustentetur ex eis in seruicio dei / si pctis nris exigentibus grauit sterili
tas terre et pestilencie / Terra enim cum bonis pferri debemus ad impiorum penas
conuertitur ut in quibus ad necessitates concessis et indultis ingrati fuimus in his ipsius
penas luamus et agnoscamus virtute eorum per que supplicia quorum gram non
cognouimus ex beneficijs / Sterilitas est terris sterilitas et vastatio fructuum maxime
cum in horreis recondenda sunt cito quod messis immatura sublata est, et agricole
flentes velut carorum suorum mortuus assident cadaueribus quod terra dilaniatis et
diuulsis fructibus vel planicis ornatu suo priuatur / Sterilia sunt hec dum sola cogitamus
que sunt in presenti sed non dum gapimus futurorum metum que enim nobis nunc inse
runtur que sunt inicia cogitationum, vel ut prolis adhuc lactentibus nobis illa fumus
quidam incendie dei hic ignis exurens a minoribus incipit et ad maiora procedit
Si enim prouocauimus non diu flagellatur nos flagellis egiptiorum / remedijs remedi
is usus est propter quod ad orationem recognoscentes pcta nra / sic de Manasse legitur
quod egit penitenciam et obsecrauit deum intente et exauditur orationem eius, et nos offe
ramus nosmetipsos in holocaustum ut ira dei mitigemus et cum simus qua
statim ut fuerimus conuersi desinet irasci quia irascatur contra naturam suam et misereri
secundum naturam suam / Irasci enim a nobis compellitur misereri uero naturaliter insest enim
non peccare enim proprium est dei. pro peccare et non remedium consequi fuit in ange
lis malis / sed peccare et iniuriam consequi est hominis / terribile est plaga pati
sed terribilius est castigatum non emendari / sed forte conqueritur aliquis quare
confusa sunt horrea plangunt agricole pascua pecoribus defuerunt aratura est
decor suus terris omnis anni spes in sola remansit stipula / racio est quia
decepimus pauperes / usuras exegimus / deo qui frugum copiam prestitit inhumani
fuimus nec decimas reddidimus nec pauperibus compassi sumus / De iiijo phi primo
hoc oro ut caritas nra magis ac magis abundet / Hoc est ut caritas abundet
in proximis et orans repleatur celestibus donis iijo Pal xix, Cunctique orauit
In loco isto exaudi de habitaculo tuo et propiciare et Dona enim spiritualia in illa
celesti curia impetrantur per que diabolus reprimitur et arcetur Mt xxvi 26 Vigilate
et orate ut non intretis in temptationem De quarto Jo xvj petite et accipietis vt gau
dium vestrum plenum sit quod fiet quando dabitur filijs dei hereditas et eis qui reuiuiscunt quam
quotidie petunt in oratione, psalmus Tu deus exaudisti orationem meam dedisti hereditatem
timentibus nomen tuum / Ad quam hereditatem nos perducat qui viuit et regnat etc

Jerusalem que edificatur ut ciuitas cuius participatio eius etc Sicut ab ini
cio xlme suspendimus organa letitie ut significaretur amaritudo pe
nitencie Ita hodie incitamur ad effectum letitie ex consideratione gaudij
celestis patrie qui ciues ecclesie militantis iungit et conuentum vnum fa
ciunt cum ciuibus triumphantis ecclesie Unde in principio misse Letare Jerusalem

et conuentu facite Nota go q christus h3 ciuitates quatuor in quibus habitare vo
luit btam virgine Eccl xxiiii° In ciuitate sctificata requieui ubi enim potuit req
escere securius ubi nunquam inquietatus fuit neq3 p originale post sctificacionem neq3 p mor
tale neq3 per veniale Secunda fuit vel est aia fidelis in qua inhitat per gratiam deus
qn ornata e virtutibus parata recipere regem Isa lxi° Indue uestimentis glie tue
Ierlm ciuitas scta Tercia est Eccia triumphans ubi maxime glia dei innotescat ps 9
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei bene gloriosa ubi luminositas sine occasu copio
sitas sine defectu iocunditas sine fletu securitas sine metu Quarta e eccia
militans que ad modum ecclie triumphantis ordinata est Apoc xxi Vidi ciuitatem sctam
Ierusalem descendentem de celo Hec ciuitas h3 fundatorem edificiorum distinccionem ci
uium platorum signorum condicionem De prima Eze xl ductus est ppha sup montem
excelsum nimis sup quem erat edificium ciuitatis vergentis ad austrum quia eccia fun
data est sup xpm qui ducit nos ad padisum et io licet procelle seuiant non corruit
ciuitas que solido innititur fundamento Mt v Non potest ciuitas abscondi sup mon
tem posita Nota de tribulacionibus quas sustinuit eccia et tn stetit virtute funda
menti ut tu erubescas qui ad solum aspectum vanitatis corruis Isa xxvi° attrita
est ciuitas vanitatis In fundamento aut huius ciuitatis positi sunt lapides vivi et
preciosi qui sunt sicut gemme coruscantes respectu illorum qui sunt lapides rudes sz
peccatores et ligna plana sine aliqua deformitate et talis viua colligati sz in
vicem feruentissima caritate ps cxviii° fcat qui adiuuatur a fratre qr ciuitas firma
De scdo petit psalmista ut edificentur muri Ierlm Sunt aut minor edificia huius ciuita
tis suburbium in laicis num xxxv Suburbana assignantur pecoribus et iumentis
ex muros ciuitatis ubi pascuntur in ubis qa laici qui nesciunt mistia scripturarum
nec intrant ad secreta earum hy saluantur in simplicitate eorum et fide aliorum Porte
clias per quas aly ingrediuntur in ciuitatem Apoc xxi Per portas intrant homines
ciuitatem h3 in muris vigiles platos sz3 qui vigilant et circuiunt ciuitatem di
ligenter ne aliquod peccatum subintret per dyali fallaciam Can v Inuenerunt me vigi
les qui custodiunt ciuitatem percusserunt me arguendo vulneraverunt amore illicitum
a cordibus dissoluendo tulerunt pallium ignorancia amouendo h3 templum
in religiosis Ierme xxx Edificabitur ciuitas in excelso et templum iuxta ordinem
suum fundabitur egredietur laus vox q3 laudancium hy sunt religiosi qui debent esse
eleuati in contemplacione et viuere ordinate deum laudare et orare De iiii° Eccl xviii°
Populus tn est multus + in ciuitate hac populus huius ciuitatis debet conformari
dno suo Eccl x qualis est rector ciuitatis tales sunt inhitantes in ea Sicut
enim homines regum portant signum regis sic et in istis debet esse conuersacio xpi
quorum vita debet esse deo deuota in se honesta proximis proficua quis enim non
honoret et in gratiarum acciones erumpat recogitans eum a quo nobis tanta largitas
indeficienter emanat Cuius eciam considerans dignitatem in qua aia condita est
se a vilitate peti non exuat et honestatem induat Cuius eciam considerans so
cietatem qua inuicem socy sumus et conciues proximo suo humilitatem et utilitatem non
seruat Ex talibus ciuibus populatur hec ciuitas De quarto Luc xxiiii° Sedete in ci
uitate quo adusq3 induamini virtute ex alto sic enim indumenta et ornamenta sunt
signa per que recognoscuntur illi qui sunt de una familia Ita illi qui sunt de ci
uitate dei habent signum sue ciuilitatis in diuersis sacramentis sic enim distinguuntur
oues signis ppriis ab alienis Hec aut signa visibilia sacra sunt quibus fideles ab
infidelibus discernendi sunt Et sic dignitas militaris confertur accinccione gladii
ciuitas ciuilitas corona tradicione pennile vel uestis hereditas tradicione anuli re
gnum imposicione corone Ita per ista sacra visibilia ostenditur quod ipi sunt milites xpo
ciues padisi coheredes xpi reges celi Ephes Iam non estis hospites et adue
ne sed estis ciues sctorum etc Et sub istis signis visibilibus dantur eis diuersa gra
ciarum ut per visibilia cognoscat inuisibilia sic dando anulum investio alicui
de hereditate simul cum anulo possidenda Scdo ut p huius tradicionem magis ad
moneamur in deum per graciarum accionem Tercio ut magis humiliemur qui tanta

fundator
Edificiorum distinctio
Ciuium plaro
Signorum conditio
Ephes 2

De Septem Sacramentis

Gratia sine nostris meritis recipimus / Quarto ut inde roborem magis quis enim se
munitum in regem recolat et non in vilissima servitute peccati abhorreat / Volentes autem in
gredi hanc civilitatem / primo oportet habere cum domino suo amicitiam et custodire civilitatis
legem Deut. xx Si accesserit ad expugnandam civitatem offerens ei primum pacem. si receperit
et aperuerit tibi portas cunctus populus qui in ea est salvabitur et serviet tibi sub tri
buto Si autem noluerit expugnabis civitatem et percuties in ore gladii / quod in baptisa
tis qui ingrediuntur civitatem istam qui fuerunt prius inimici modo facti sunt amici et in
dicitur eis ut custodiant legem huius civitatis Unde queritur ab eis. Credis in deum re
dent patrem credo / abrenuntias sathane. abrenuntio / hoc est vis esse xpianus et le
gem xpianitatis custodire / et in signum huius subiectionis quod capta est civitas et
subiecta domino suo imprimitur signum regis in fronte sic in portarum summitate et
insignum reconciliationis perfecte de panno regio induitur ei candida vestis innocentie
et quis est de numero civium datur ei arma cum signo regis ut iniungitur ut fortiter
dimicet more pugilum. habes ergo sacramentum baptismatis et confirmationis / et quia debita
annona rex providet militibus ne propriis militent stipendiis. datur eis cibus et refe
ctio mense regie ne deficiant in via. sed saciantur spirituali pinguedine quod fit in sa
cramento eucaristie / et ne deficiat numerus datur matrimonii sacramentum ut multiplicetur
populus ad dei cultum et multiplicatione perfecta transferatur ad consorcium angelorum / et quia
ubi non est clientele ordo multum turpatur hospicii pulcritudo / Ideo necesse est in
hac civitate reperire ministros per quorum providenciam bona spiritualia que fluunt a
domino dispensentur et aliis magis aliis minus pro gratia et meritis conferantur. hos mi
nistros necesse est esse discretos qui habent in manibus bona domini sui qui repellent
a curia regis familiam et revocent prout expedire viderint iam repulsam / et quia in
tanta fragilitate mentis et corporis multiplicia contingunt morborum contagia
morborum necessaria sunt in hac civitate prime medicina / quam notare possumus ungue
ta vel emplastra / et quia post laborem civium et eorum probacionem egressuri de
prelio vocantur ad regem extrema eis impenduntur unctionem et si quid ex manibus aut
pedibus inhesit pulveris Et quo inquinati sunt quotidianis et venialibus peccatis
remittantur in extrema unctione que est complementum prime Non enim sponsa ad
sponsum sine ablucione et apparatu ingreditur / Unde antiquitus sponse ingressure ad
sponsos ungebantur ut decor induceretur ad sponsam / quod per oleum signatur. Et quia hec
omnia sacramenta perficiuntur per benedictionem sacerdotalem et induant quandam leticiam spiritua
lem. quam si forte non sentis timeas tibi de infectione prelati spiritualis aut de peccato
ingratitudinis aut forte tibi reservatur in posterum aut forte negatur tibi ut magis hu
milieris / ideo dicitur thobie xiii° Jerusalem civitas dei letaberis in filiis tuis qui
omnes benedicentur.

Spiritus dei ferebatur super aquas / Gen. primo / sic in exordio mundi deus
creavit celum et terram. sic in regeneratione spirituali deus producit corpus
et animam / et sic tunc spiritus sanctus operabatur super aquam conferendo ei virtutem
generativam / Ita et nunc spiritus sanctus operatur super aquam in sacro baptismi conferendo
ei virtutem regenerativam / quos enim aqua mundat spiritus vivificat Notatur ergo baptismi
materia cum dicitur aquas et forma cum dicitur dei hec patris et filii et spiritus sancti
Nam pater est deus. filius est deus. spiritus sanctus est deus / et efficacia cum dicitur
spiritus / quia confert ibi spiritualis virtus. et institucio / quia hec facta sunt in mundi exor
dio Unde et baptismus principium sacramentorum est / et prima vite regeneratio / Primo
notandum quod institucio baptismi est propter peccatum originale / et hoc est sacramentum primum
in spiritualem civilitatem ingredientium / certum enim est quod per peccatum ade incurrimus ori
ginalem culpam et concupiscentiam sic enim frequenter peccant parentes et tamen ipsi eliminantur
a patria quin eorum soboles utputa in crimine lese maiestatis / sic etiam lepra in patre ma
nifestatur in prole / sic aqua toxicatur in fonte / et tamen eadem infectio sentitur in rivo fluminis
defluente / sapit surculus radicem / aqua fontem. vinum dolii corruptionem. pasta

De Baptismo

modica fermenti fermentacionis filius patris egritudinem et maxime in gutt/ que dicitur
mossate quinimo Et si granum sine palea purissimum seminetur retinet tamen prima originem
ut cum palearum arista nascatur Hec omnia de originali peccato fidem faciunt et ipsum esse astru
unt Si uero de concupiscencia dubitas inde quod error petitus exterioris quo appetuntur carbo
nes et cineres pro cibo et naturali cibo indicat errorem et egritudinem corporis / sic error appeti
tiue interioris quo appetuntur omnia contraria et nociua pro necessario et naturali cibo salutis
indicat egritudinem mentis Cum enim quod amarum est dulce sapit malam dispositionem cor
poris faciliter intelligit. sic ales et brutales nascimur Ita quod ratio sepulta et sopita
est in nobis. odimus enim correctiones et vindictas et disciplinas et amamus volupta
tes et delicias Inde procedit quod caro concupiscit adversus spiritum et oritur bellum intesti
num ut videamus quod bonum est et non agamus quod volumus et approbamus. Propter hoc
est medicina baptismatis in aquis Psalmus Transiuimus per ignem et aquam et eduxit nos
in refrigerium In aqua enim extinguitur illud pruriensissimi ardoris concupiscentialis incen
dium. in igne spirituali soluitur illud mortifere frigiditatis gelicidium / ardentes enim
nascuntur filii ade igne amoris prauis. et illo quidem operto et clauso flammis nequissimorum
desideriorum erumpere non valentibus tempore scilicet infancie. tamen in etate pubertatis velut
ingenti fornace et camino conflagrantur Unde igne et aqua intelligimus spiritus sancti
gratiam qua ad ea que sursum sunt amore et desiderio ardemus. ab eis que necdumque deor
sum sunt frigemus Gratia uero baptismi est in aqua. cuius septem sunt proprietates effe
ctus baptismatis congruentes Est enim aqua mundatiua sordium / sicut enim aqua mundat mundatiua
sordes corporis sic gratia spiritualis maculas mentis Ezechielis xxxvi Effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris ab omnibus tam spiritualibus
originalibus quam actualibus Est etiam aqua extinctiua ignium quia aqua est frigida extinctiua
et sic innuitur quod refrigeat et extinguit concupiscencie incentiua Ecclesiastici iii^o Ignem
ardentem extinguit aqua Licet enim totus ardor concupiscencie in aqua ista non tollatur
tamen multum diminuitur / tolli enim ex toto non debuit ut homo exerceatur quamdiu viuit
et humilietur Est etiam aqua animalium suffocatiua seu submersiua sicut in mari rubro suffocatiua
submersus est pharao et exercitus eius / sic uiciis demonum confringitur et suffocatur
in his aquis vehementibus: et in psalmis Contribulasti capita draconum in aquis / Hoc est
capitalia peccata in quibus consistit tota potestas dyaboli quam exercent in homine / animalitas
enim et brutalitas cum qua nascimur hic enutritur Unde in peccatoribus hanc brutalitatem
ymo monstruositatem videmus. aliqui utuntur latratu canino / dum utuntur rugitu leoni
no dum comminantur aut conuiciantur / garritu vulpino dum simulatione uel deceptione ap
plaudunt Sibilatu serpentino dum mala suggerunt / Hec autem monstruositas est in veteri
homine complicata et inuoluta est potencialiter / sed processu temporis euoluitur actualiter
dum homo se canem exhibet latratu religioso. vulpem fraudulencia asinum stoliditate
te / equum impetuositate precipiti / buffonem malignitate. serpentem venenosa mordaci
tate leonem iracundia animositate. auem inquieta instabilitate. lupum insidiosa rapacitate
aprum indomabili feritate / et istius monstruositatis capita in aquis tribulantur sicut
super fusione aque putride pictura delentur / hic autem pharao cum suo exercitu subingitur
Est etiam aqua productiua siue generatiua viuencium. fit enim ex aquis generatio Unde generatiua
pluuias et inundationes aquarum sata desiderant et expectant ut fructificent na
scantur et crescant Ecclesiastici xxxix Initium necessarie vite rei aqua. quia in baptismum aqua
quod est sacramentum necessitatis infunditur gratia prima sicut anime vita / Hec est aqua in quam
inmittebatur cinis vitule ruffe et purificabat legis contagia leui et numeri / quia ex vir
tute passionis christi ymolati pro nobis procedit efficacia huius sacramenti Ipse enim
est puteus aquarum viuencium que fluunt impetu de libano scilicet christi corpore mun renouatiua
dissimo et purissimo Est aqua etiam renouatiua germinantium Unde salices
aride iuxta aquas plantate renouantur / sic homines ex vetustate primi hominis in no
uitate gratie renouantur Job xiiii^o Si senuerit in terra radix est et in puluere mor
tuus fuerit truncus eius ad odorem aque germinabit et faciet comam quasi cum primum

plantata est Ysa xliiii^o Effundam aquam super sicientem et fluenti sup aridam effu
dam spm meum super semen tuum et benedictionem meam sup stirpem tuam germinabunt
inter herbas qui salices iuxta preterfluentes aquas et ideo hoc sacrm vocat lauacrum regnationis et renouacionis ad titum Est etiam aqua conglutinatiua et

Coagulatiua

vnitiua partium decidencium. puluis enim nisi conspersus fuit aqua non cohet nec
aliquam capitis nec vniunt nisi aqua baptismatis perfundantur nec ad fructificandum
aptant sed ad modum stilis et sine fructu efficiunt. psalmus Impij sunt sicut
puluis quem proicit ventus a facie terre Gen. p^o Congregentur aque que sub celo
sunt in locum vnum et appareat arida, cum enim omnes conuenerint in vnitate sacramentum tunc
se ondit terra corporum nostrorum ad fructificandum ydoneum. ps Congregans sicut in

Mollificatiua

vtre aquas maris Est etiam aqua mollitiua ad recipiendum imagines rerum
formabilium Terra enim sicut indurata ad suffusionem aque demollitur et ad im
pressiones et formas vasorum et scripturas apta efficitur Sic cor humanum ab origi
aridite duratum est. superfusione aque mollitur et in eo veritatis forma recipitur et caracter domini inscribitur. Eze xvi Ingressus sum in pactum tecum ait dominus et
facta es mihi et laui te aqua et emundaui sanguinem tuum ex te et vnxi te oleo
et vestiui te discoloribus confederatur a baptismate christo qui promittit ei vitam eternam
et illa abrenunciacionem sathane et pompis eius facta est eius proprietas per impressi
onem caractaris lota autem a culpa emendata a feruente concupiscentia. vncta gracia
vestita innocencia et discoloribus varijs scilicet virtutibus et si non actu tamen habitu Sed dicunt
paruuli baptisantur qui non sunt capaces fidei. quare ergo de fide interrogantur et quare
rndent patrini credo Si enim rndent pro ipsis de fide ipsorum non interrogantur
si pro paruulis tamen ipsi non credant menciuntur Dico quod sicut paruulo non credenti et
nescienti prestantur multa beneficia ministerio parentum ut cibus et potus et vestitus
et que sunt educacionis et nutriture non impedit ista beneficia paruuli ignora
tia Non enim quia ignorat minus panis inuoluitur aut lauatur sic eidem etiam
ignoranti licet sibi ea nesciat adhiberi medicamenta adhibentur et sanitas
acquiritur patres ergo paruuli sunt secundum mater ecclesia medicamenta sacramenta. sanitas
gracia Cum enim Si ministerio parentum carnalium et medicorum patribus et matribus eorum
largitur dei bonitas sanitatem et bona temporalia filijs carnalibus quibus ipsi deum
impugnant multo forcius filijs spiritualibus dat deus matribus et patribus parentum
spiritualium bona quibus deum honorant et laudant et cum queritur aut interrogatur
paruulus de fide cum sciatur animo non credere et rndere non posse. idem est ac si quere
retur de pupillo cuius conuenitur in iudicio cum non intelligit quod ab eo petatur nec
sciat peticionem rndere in quo manifestum est quod tutor debet eum defendere et pro eo rn
dere et totam causam pro eo agere nomine illius prodest ergo pupillo quod tutor pro eo
agit vtiliter et condicionem eius in iudicio meliorem facit in causa sua sic in proposi
to cum autem quod sit tutorem spiritualium patrinum et patronum vnde quod rndet nomine
paruuli credo obligat eum ad conseruacionem fidei que est melioracio sue condicionis
Et sunt aque educacionis spiritualis pro paruulis nutriendis ps Sup aquam re
feccionis educauit me et sanitas spiritualis confertur in eis iiij Re ij^o Sanaui
in aquas istas et non erit vltra in eis neque mors neque sterilitas sanate sunt
ergo aque ille usque ad diem hanc Igitur vij cause congruitatis vocari possunt

N.

his versibus Abluit et extinguit mergit renouat generat quod Conglutinat mol
lit aqua confirmatur imago Est tamen alia causa necessitatis ut nullus excusetur quia
comis est usus aquarum et ideo Jo. iij^o Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto etc.
Forma autem baptismi trahitur ex verbo Mt ultimo Baptisantes eos in nomine patris
et filij et spiritus sancti vnde hec forma obseruatur Ego te baptiso in nomine patris
et filij et s. s. hec enim est forma instituta a domino. dispensata ministerio apostolorum
roborata iure canonico hanc formam deus instituit Mt ult Discipuli vero et
si prius baptisarent in nomine christi ut per assuefactionem nomen christi redderent

Amabile maxime cum baptisatis ab apostolis viderent sensibiliter opera miraculorum triplex modum pie credit quod baptisaverunt in nomine sancte trinitatis expresse / postea vero concilium ex concilio spiritus sancti ordinavit ut trinitas in baptismate exprimeretur / unde hec forma adtenda est a simplicibus nec mutanda cum intencione faciendi illud quod facit ecclesia / Hebr x. abluti corpus aqua munda teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem / hec est enim confessio christiani professio trinitatis in qua speramus per quam salvamur / efficacia autem huius sacramenti est a trinitate deo scilicet patre et filio et spiritu sancto / Matt iii baptisatus iesus confestim ascendit de aqua et ecce aperti sunt celi et vidit spiritum dei descendentem de celo sicut columbam et venientem super se, et vox patris audita est hic est filius meus dilectus Apparuit baptismo christi trinitas sub distinctione personarum, pater in voce. filius in persona ipsa, spiritus sanctus in columba Luc iii Matt iii Marci primo quia baptisatus virtute baptismi. celi ingressus aperitur / spiritus sanctus eis infunditur. heredes patris efficiuntur et coheredes christi efficiuntur aliorum que erat necessitas quod ipso celi aperiebantur qui nunquam ei claudebantur / spiritus sanctus in eum descendit qui spiritu eo plenus fuit / et filius patris dilectus vocaretur qui semper a patre diligebatur et diligitur / et licet a tota sancta trinitate sortiatur baptismatis efficaciam tamen declarata est in baptismo christi quantum ad eius carnem mundissimam ut impleatur illud psalmum vox domini super aquas multas deus maiestatis intonuit / omnes enim aque habent efficaciam regenerandi eo quod christus in aqua baptisatus est tunc autem maxime cum aqua sanctificata per verbum, et hec potencia collata est omnibus aquis Omnis enim aqua alii aque in specie similis est, et sic per contactum carnis propagate per libidinosam concupiscentiam omnis anima contraxit culpe originalis et pene immundiciam / anima conveniens erat ut ex contactu carnis christi mundissime contraheret aqua vim sanctificativam et fomitis repressivam. maxime cum illa caro esset munda ab omni culpa et concupiscencia / In passione autem hec aqua maxime habuit virtutem. quia a passione eius baptismatis virtutem consequitur et ideo de christi latere aperto fluxit aqua et sanguis Joh xix unus militum etc et i Joh quinto tres sunt qui testimonium perhibent in terra. spiritus aqua et sanguis aqua mundicionem signat, spiritus vivificat. sanguis passionem representat / sed quia quidam graciam perdiderunt quam in aqua baptismi perceperunt ideo spiritualiter quodam modo licet non sacramentaliter in aquis lacrimarum baptisandi sunt. prov v. bibe aquam de cisterna tua luge de prius pro peccatis tuis et deriventur fontes tui foras lugendo et compaciendo pro alienis Cum enim pulvis et cinis simus nisi aqua lacrimarum aspersi fuerimus flatus ire et turbo iudicii rapient nos et usque ad infernum exsufflabunt nos, has aquas habebat Job iii° Cum mundantis aque sic rugitus meus. gregorius merroris undas inundantes aquas vocat. per volumina seu revoluciones cogitacionum dum penitens cogitat de ira dei de peccatis quam meruit de pena eterna quam meruit que aque et si amare sunt in principio dum consideramus divinam iusticiam tamen dulces sunt postmodum considerando ipsum unum fontem de quo haurimus in gaudio fiduciam Ysa xii / haurietis aquas in gaudio de fonte salvatoris / quod nobis prestet

Vacillantes confirmaverunt manus tue Job iiii° postquam ingressus est homo dei et milicie et ascriptus eius milicie dat ei dominus arma, et roboratur in confirmacione ut possit adversariis resistere et erroribus et fantasmatibus que procurat dyabolus obviare Nota ergo quod est confirmacio et que eius virtus tantum ad primum quadruplex est confirmacio / una est principalis imo singularis que fuit in eis qui peccare non potuerunt post confirmacionem / sicut illi qui fuerunt sanctificati et in gracia confirmati secundum suas dignitates inter quas excellit confirmacio beate virginis de qua tanta confirmatum est cor virginis etc psalmus Tu confirmasti in virtute tua mare / Maria nomen trahit a mari quia non potest eius effluencia evacuari / sic si luna plena redundat lumine et tunc maxime mare exundat / ita tu ipsa sit divino lumine perfusa semper sua beneficia ad nos derivat / ipsa enim est alterum mare. hospicium omnium aquarum / in periculis refugium / itineris compendium / que confirmata est in virtute / quia tanta est ei datum gracie quantum potuit capere / et quantum decuit dari

peccare

pure creature. Est alia confirmacio eorum qui possunt sed deus eis graciam infudit
qua resistunt psalmus Brachia peccatorum conterentur. Confirmat autem dominus iustos quia gracia
que est in virtutibus hec sufficit, sic enim laborantibus datur panis ne deficiant sic dominus dat
eis graciam ne cadant psalmus panis cor hominis confirmet. Est alia gracia eorum qui
peccare prius potuerunt sed amplius non possunt ut morientes sine peccato mortali finaliter
in prima perfecta ubi confirmatur eis gracia tum qua transeunt ad eterna gaudia sic Hebre
ix Testamentum in mortuis confirmatum est. Nos dominus eripuit misericorditer unde et gracias
agunt deo delectabiliter dicentes illud psalmum Confirmata est super nos misericordia tua et quia nichil
aliud expectat nisi ubi divine veritatis implendum in eis secundum divinum promissum. subdit veritas
domini manet in eternum. Est quarta confirmacio eorum qui consecrantur post baptismum. prima fuit
singularis. secunda specialis. tercia spiritualis. quarta sacramentalis. De qua psalmus Confirma hoc
deus quod operatus es in nobis. Gracia enim que datur in baptismo confirmatur in hoc sacramento
ut infra probabitur. De hac confirmacione ad presens. et quia racione nominis intelligimus ef
Manifestacio iuris — fectum sue virtutis. Ideo potest dici confirmacio manifestacio iuris quod aliquis habet in re ut fine
possideat prout confirmatur alicui hereditas sua ubis vel litteris principis sic papa confir
mavit alicuius electionem canonice factam. Sic in proposito ius celestis hereditatis ad
quod divina vocacione homo est assumptus in baptismo. in confirmacione confirmatur eidem
ut firmius possideat illud ius et immobiliter. sic salomone confirmato in regno regnum
eius adhesit fortius Dan. vi. Rex confirma sentenciam et scribe decretum ut non immutetur
quod statutum est. Sed advertendum quod ipso iure confirmacio inutilis quod non habetur in re nulla est
unde qui renunciaverunt iuri isti scilicet qui arma proprie in baptismo a se reiecerunt et
unccionem qua in reges et sacerdotes in baptismo consecrati sunt. et signaculum securitatis
abraserunt ius suum perdiderunt ymo litteras regias per quas confirmabatur eorum heredi
tas abraserunt et sigillum regis falsificaverunt quia in peccato mortali ceciderunt. donacionem
ergo celestis hereditatis sibi in baptismo factam evacuaverunt. Ideo hortandi sunt ut la
borent ad recuperandum ius istud per medicinam penitudinem et postea firmum vincendi
secundum ecclesie consilium Ysa lx Iusticia illius confirmabit eum. et maxime ad hoc
valet humilitas cum vera contricione cordis. ii Machabeorum xiiii. Contriti sunt in diebus
Corroboracio firmitatis — illis et confirmavit omnes humiles populi sui. Secundo dicitur confirmacio corroboracio firmita
tis sive castelli quod possidetur sicut in almania et lotoringia tempore belli consue
verunt ecclesias et propugnacula ita ecclesias fieri et ecclesie incastellari et informari.
Cum ergo baptisatus sit templum dei consecratum ipsum in sanctificacione baptismatis sacra
mentaliter confirmatus est murus ecclesie castello infortiatur. Can. viii. Si murus est
edificemus super eum propugnacula. In hoc castro cor exaltatum a terra et elevatum
a terra ad superbos ex altitudine nominis xpiani et professionis despiciat opprobria in
signum contra vicia psalmus. sagitte tue infixe sunt in et confirmasti super me manum
tuam. Sagitte tue tribulaciones temptaciones et opprobria que in arce consistens
Robur armorum — despiciat et in sua firmitate consistendo prosternit. Tercio modo dicitur robur et con
firmacio armorum unde datur in hoc sacramento gracia et robur necessarium tempore belli. sic enim
tempore pugne rex gestat galeam ad defensionem et tempore pacis coronam ad gloriam et de
corem et maxime quando est consecratus. Ita in baptismo quilibet xpianus est rex
in unccione sive consecracione coronatus. et in confirmacione rex ad prelium galeatus
psalmus Paratum cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius non commovebitur
donec despiciet inimicos suos. Et propter hoc utrumque sacri signaculum imprimitur in
capite sed sacramentum baptismi in vertice propter apicem regie et sacerdotalis preeminencie
sacramentum vero confirmacionis in fronte propter bellice strenuitatis audaciam. ut non ve
recundetur atleta cristi fidem cristi et opera profiteri. et intelligat se esse pugilem
cristi invictum ad fortiter dimicandum et gestare in fronte crucem cristi scilicet signacu
lum. que quidem crux multis de causis ponitur primo in signum quod civitas ca
pta est sic fit in expugnacione urbium cum in summitate turrium ponitur vexillum
regium. et quia anima liberata est a potestate demonum. peregrini eciam hospitaturi

figunt sua insignia ut illi qui sunt de comitatu ipozu declinent illuc et aly non pre
sumant illud intrare sic anima cruce cristi signata et impressa recipit hospitem
cristu ad que non declinat dyabolus videns vexillu victoriosu sic etia in ortis figitur
expauentaculu volucru et fugiunt aues infnalium tenebrarum et sic in ciuitatibus
fit patibulu eleuatu ad tendos maleficos sic in ciuitate dei fit representatio sui pati
buli ad faciendu iusticia tra motos illiatos et sic cruce signatur homo ut mae
tusceat et domus religiosa ut pcatur eidem ab immundicijs stercoribus et vrinis
sic signu est crux per quod mae mundi tusitur et in supnam iclm itur et anima reli
giosa domus efficitur cruce signatur etia ut memoria sui domini passi reputetur et in corde
habeatur et q passione patibulu infnale per cristi passione euasit cui adiudicatus fuit
et ut etia cognoscat professione sua crucifixu s et crucifixi fidem et legem nec ea
putet opprobrium q portans cruce in oculo sed reputet eam in vertice uel in fronte por
tans in manifesto et sic res aliqua signaculo munitur ut custodiatur et no inuadatur
sic sigillati hoc signo no inuaduntur nec vincuntur a dyabolo Sed ne hiis qui reputant
sue xpianitatis insignia qui flo et mendacit desunt ista signa qui nullu habent
positu pagendo sue pegrinacionis ut diximus nulla memoriq infernalis patibuli ad
quod ducebantur uelatis oculis nec domice passionis nc iusticia faciunt in tra coru
de suis maleficijs sed sunt prostibula demonu volutabra porcoru phana vicioru
in quibus signu crucis est cum ignomia sic cu cruce signatur prostibulu ul cluaca
qd est aperta xpi contumelia Quarto de confirmatio fortitudo membroru per qua
difficiale leduntur onera labores l qz facilit paciuntur baptisati enim qui modo geniti in
fantes non possunt exerceri ad forcia certamina donec virtute confirmacionis induantur
ex alto sic apli in gra confirmati qn spm sctm acceperunt qui prius fuerunt debiles
audaces sine timore facti sunt psalmus liquefacta est tra ego confir col eius prius
erant aridi qu tra liquefiebant sic aqua et pg ca victoriosissima exercuerunt plia
ossa vero et nerui spuales sunt virtutes que de se non sufficiunt ad omne certamen Roboa
aut iis robis sacro confirmationis ne circumferantur omni doctrine vento ne ledatur argu
mentis hereticoru virtus irascibilis ne facile vulneretur iniurijs aut opprobrijs virtus
concupiscibilis sine voluntas ne cadat delicijs amoribus illicitis odijs prauis desi
derijs nc fortitudo castitatis sufficit gnalit ab hiis ad protegendu qui impugnat ca
stitate nc fortitudo ab hiis qui impugnat fidem nisi habeant adiutoriu gre sacra
mentalis confirmacionis Alia enim est fortitudo clipei alia fortitudo manus et
brachij clipeu supportantis et parum prodest fortitudo clipei nisi assit fortitudo bra
chij qua fortiter teneatur nec idem est intensio virtutis et fortitudo eius fortitudo uero
virtutis est difficultas separacionis Intensio vero virtutis est sic robur accidentalis qui
est intensior alio robore nali tn non separatur inseparabilior fortitudo aut confirmatio
sacramentalis est gratia que prestatur confirmatis contra iniurias irrogatas ul irroga
das quas inimur illesi ad religiose viuendu et standu contra pxim inicu cuius vnus
actus est inrastandu contra proxim inicu Cuius vnus actus est in verecundia que fron
tem mentis invulneratam reddit a iaculis opprobrioru Alius aut e fortitudo ad
molestias irrogatas et sic alia fortitudo est qua domus stat ne in se corruat et alia
qua se defendit a flatu ventoru et impetu fluminu alia tn fortitudo alteram
pt adiunare prima fortitudine facit parium ligata et ordinata structura secundam faciunt
noue fulture et amicula Sic in sctificacione baptismi stare pt quis cu sit domus
dei contra ponderositate prie corruptionis sed contra inundacione et impetu persecucio
nu et opprobrioru stat per fortitudine sacramentalis confirmationis pt enim stare per gratiam
baptismale in loco quieto sed per gram confirmationis stat in plio sic domus de
nouo fulta et amiculata resistit vento Et sic vestimenta protegunt a frigore sed no
a sagittis iaculis pluuijs et alijs impressionibus sic per graciam baptismale protegunt
temptaciones a carne a mundo sed ab hostibus non sed armatura est necia sicut
et vestimenta Iste est go et spus principalis de quo in psalmo Spu principali co
firma me Dat enim hoc sacramentum soli apli et exercuerunt et ideo soli Epi qui gerunt
curam gregis debent inferiores in ordine suo constitutere et in certamine confirmare.

Fortitudo membrorum

Et ideo hec duo sacramenta ordo et confirmatio remanserunt apud solos epos cum sit
Eclia quasi acies castrorum ordinata / unde ad petrum dictum est Tu aliquando conversus con
firma fratres tuos luc xxii° / Frustra autem se confirmari faciunt saeculares qui gratiam
corroboracionis despiciunt ut qui debiles sunt et pugnare nolunt et ideo hostibus suis se
subiciunt / Alii autem deterius faciunt qui hostes suos armis suis armant et roborant quia
membra sua arma iniquitatis exhibent peccato / Frustra etiam hec signacula gerunt
qui de viribus propriis confidunt ipse enim dominus est firmamentum nostrum et fortitudo nostra
Judith ix°. Confirma me deus israel in hac hora / Erubescebant etiam qui signum for
titudinis gestant in eminencia frontis et signum regium proiciunt hostibus regis et
in partem hostium se convertunt / Clamat ergo contra te peccator signum crucis te esse proditorem
et reum lese maiestatis / Nam in signum magne fidelitatis et strenuitatis commissum
est tibi signum regis per quod obtinetur victoria in preliis / sic dictum est illi regi ostenso
hoc signo in hac mente / Fit autem hoc signum de crismate quod conficitur ex oleo et
balsamo ut habeat confirmatus splendorem vite et odorem bone fame.

Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita / Johis vi° / ascripto famu
lo dei in militatem et datis eidem armis rex providet eidem de viatico et
de regia mensa datur refectio panis ne deficiat in via / de quo hic panis et
hoc ergo sacramentum altaris in quo ministratur iste panis celestis sacramentum dicitur amoris
quia ex amore spirituali et amicis specialibus hoc sacramentum est datum et in amore maximo

Auctus dantis

reputandum seu recipiendum maxime propter dantis auctoritatem / unde ego dabo non an
gelus sed ego ipse deus et dominus / propter dati bonitatem caro mea est / quod enim preciosius
quam corpus xpi / propter accipientis utilitatem pro mundi vita / Dicit ergo primo panis
quem ego dabo Nam sub specie panis dedit cristus corpus suum discipulis suis / panis
enim est in specie et corpus xpi in veritate cuius species sensibilis informat te ad ea in veritate
videtur enim iste panis similigineus quia de farina triticea purissima per quod amoneris
si eum digne recipis ut habeas puritatem in intencione sine ambicione / Est etiam albus per

Puritas in intencione

quod amoneris de castitate sine corrupcione / Est azimus per quod ammoneris de carita
te sine emulacione et odii infectione / Est integer et rotundus per quod amoneris de veri
tate sine simulacione / De primo exo xvi dicitur de manna plue nobis panem de celo
sic enim est panis qui de celo descendit manna qua pasti sunt filii israel / De quo numeri
xi / Erat sapor illius panis scilicet manna quasi panis oleati et quasi simile cum melle
Simila caro cristi mundissima de virgine purissima oleum illuminans et sanans
a cristi plena veritate et gratia sine ignorancia et culpa / sapor mellis de super desce
dentis dulcedo divinitatis Eze xvi° Similam et mel comedisti et decora facta es
nimis quia virtute sacramenti decoratur anima et fit dei formis pura sine ambiguitate et
ambicione sine furfure cupiditatis terrene leui ii° Si obtuleris sacrificium in clibano
coctum de simila panes sine fermento conspersos oleo scilicet offerre potes / simila in
clibano coquitur et oleo conspergitur Est et sic panis iste deo in sacrificium offertur
quando mens purissima dulcedine devocionis vemente de super impinguata amaritu

Castitas sine corrupcione

dine passionis cristi passio tribulaciones quasi panis in clibano cocti commemorans
hoc pane vescatur / De secundo i re xxi Si mundi sunt manducent pueri / rndit dominus
et quod si de mulieribus agitur continuimus et dedit eis sacerdos panem sanctificatum / si enim
non licebat illum panem dare non sanctificatis et non castis / multominus panem istum
angelorum primus panem angelorum manducavit homo / bonum angelorum ut sit angelicus con
sacionis / sic enim pater filiis pro captu eorum ministrat panem / sed parvulis insorbiti mixtis
et lacte provectis in solido cibo / sic pater celestis angelis ministrat hunc panem in
propria specie panis in sacro illi enim capaces sunt sic comedere panem vite habentes ampli
tudine ventris et oris et dencium spiritualium per cognicionem dilectionem discrecionem / que
tria deficiunt in nobis qui sumus parvuli delicati in pomo vel in nuce sub lacte ma
gis quam in solidis cibis / habemus etiam brachia caritatis ita brevia ut eum ample
cti non valeamus caritate perfecta nec oculum habemus ita perspicacem ut compre
hendere possimus illius lucis splendorem nisi sic nebula tectum solem / et quanto
mundius est hoc sacramentum tanto mundiorem oportet eum esse qui contractat

aut recipit ipm Est go cibus angeloru non porcoru qui mittut in furfure cibus at
est panis qui hoiem nutrit accipitre occidit De tio precipit Exo xiimo vt in pane
asimo comedat agnus pascalis sine fermento caritas go non infla non emula
De go carbus accedentibg ad hanc mensam qui diuidut tunicam domi inconsuti
bilem et rixant admuice cor xv Non est bo nu accipe pane filioru et da ca filys
em suus et amicis spalibg datus est in memoria pfcti me dilcois panem go huc
ore sanguolento recipiut sic canes qui odio sut pp qd dictu est Eze iiii vt pane
pollutu comedent in medio filioru isrl De qrto pnmo homo pacis mee in quo spe
raui qui edebat panes meos magnificauit super me supplantacoz homo iste iudas
erat in quo domin multu confide videba cui domin corpus suu tradidit et tn ipa
nocte qua tradidit eos signat qui indigne cristu accipiut ut amici et sut prodito
res eius In cuius rei signu dedit ei domin pane intinctu nam in hoc signficabat eius
simulacom et duplicitate Debeat etia ei pane veru cu alys aplis sgt corpus suu
Et sm Crisos pmo lauit pedes Est go hostia integra non fracta non viciata sed
rotunda perfcom vite sn simulacon signans Aug9 cibus sine gaudiu Scdo nota Bonitas
dati Bonitas caro mea est Ecce xix vnusquisq carne amici sui in obsidione co dati
medet obsessi sumg ab hostibus nris licet non videamg eos sed ipi vident nos
ideo pane muniendu est castru cordis nri et carnibg sacra s isto qd est panis
in spe et cao xpi in vitate ubi uitute Johis po verbu cao factu est cor iiii No
in solo pane viuit homo sed in omi vbo et vtute em ubi panis in carne xpi
conuertit panis em materialis adueniente dno s qr dignior deferis ei honorem lo
cum suu et reliquit ita qp iam consecton facta non remanet panis conuertit
go panis in carne xpi ut homo cibe ex eo sic homo pane et cibaria sumit pro
necitate pro sanitate p voluptate pro sacietate De pmo Johis vi Patres vri ma Necc tr
ducauerut mana in desto et mortu sut et seq panis verus est qui de celo descet
et dat vitam mudo et in eod Ego sum panis vite et bn uite qa sic non est vi
ta corpalis sine incorpacon cibi couementis ita nec uita aie sine vnicon
amoris Duos em ue amat sit cordi vnit vnicio go istius cibi cognostio
est spualis go et vita que quid vnicio fit pct amorem Johis vi Cum man
ducat me et ipe viuet pp me Item certu est qp panis est instrumentu uite in
qntu viuificu et vnicu caloze inducit hoc ingm amoe scto calefacit Vnde
qntu ad nos amantes reddit intm nos panis iste nutrit Vnde sic deficimus
corpar n nutriam pane ita et nos spualr nisi reficiam caritate De scdo Eccli Sani tr
xlmo Medicina omi infestacon nebule fere oibus infirmis dant nebule et etia
dat medicina sub nebula De qua nebula scptu est in Re viii Domin dixit
qp hitaet in nebula et quotidie fumit insurgit morbus io quotidie sumitur
hec medicina et qtidie celebra missa vn cor vi petimg pane nostru qtidiam Volup tr
da nobis hodie ubi de sbalem sed luc xi qtidianu dicit pe aut subtracto so
le subtrahit tota radiositas eius ita subtracto hc pane subtrahit vniusitas
vtutu et donoru et neccie est aiam spualit nutrie De iiio Sap xvi paratu pane
de celo pstit te Noua placent et domin in cena nobis dedit huc nouu pane ad
delectandu dedit em nobis in cena nouu exm obediencie peptu documentum
sacrm testam vt in nouitate vite ambulemg hic est panis nouus puocans appe
titud in eis qui paciut casu appetity spualis Gen xlix pinguis panis eius dilij
pre regg pp hoc comedebat agnus in lege cu pane asimo et lactucis agresti
bus et in nouo testato uo agno appositu est acetu que omia appetitu irritant
qp si has non sentis delicias in hoc pane tu tibi de infeccon plati spualis uel Sac tr
de ingratitudine et forte tibi hec dulcedo nega ad pns quia tibi tota reseruat
in posteru De iiiio pmi corint xi panis que frangimg in altari nonne cõio 7 dd
de sacrm comunionis volgarit qa vnim cristo et pximo in hoc sacro Vnde
comunio de qr comio eudem cibu comed simul et ideo nobis mutua caritate

et fidelitatem exhibere tenemur. Et nota quod ait frangimus quia frangitur in tres ostia partes
Cedit enim hiis qui in mundo sunt ad graciam, comprehensoribus in celo ad gloriam, defunctis
in purgatorio ad euadendam miseriam. Dan. vlt. panes quos intrat in alueolo du..
ctu angelico transmittitur danieli in lacu leonum, quia panis corporis cristi qui pro
defunctis offertur efficaciam habet ut anime a leonibus inferni cruciate in purgatorio

Vtilitas

liberentur. Tercio tangitur vtilitas cum dicit pro mundi vita. Sic enim dictum est de illo ve
tito quacumque die comederitis morte moriemini, ita dicit de isto Johannis vi. Si quis man
ducat ex hoc pane viuet in eternum. Tunc autem in hoc pane vite efficacia manifestatur
cum ea que post manifestacionem apparent inueniuntur, que sunt quatuor: anhelitus fla
grancia, ciborum grossorum displicencia, laboris tolerancia, manifesta leticia. Primum
est cibum edificacionis, qui enim bonum comedit cibum et bene flagrantem habet anheli
tum quia profert edificacionis non detractionis verbum, apostolus: aliis sumus odor vi
te in vitam aliis quidem mortis in mortem. Eccli. vlt. Cibauit illum dominus pane vite
Secundum est abhorracio peccati et transgressionis. Ruth ii. Comede et tinge buccellam
in aceto, sicut post cibos regios et subtiles fastidio habentur cibi grossi, ita post hunc
cibum peccata. Unde bene dicit intinge buccellam in aceto, quia sicut vini dulcedo non
sapit post acetum, ita nec post memoriam passionis sapit peccatum. Ve ergo filiis israhel
quibus dominus pluebat panes de celo et recubebant ad pepones et alia etc. Tercium
est tolerancia aduersitatis: post comestionem surgit homo forcior ad laborem, psalmus: Cor ho
minis panis confirmet. Quartum est exultacio cordis que sequitur post cibum. Eccli. Co
mede in leticia panem tuum.

1 Joseph inuenit graciam coram domino et ministrabat ei. Gen. xxxix. Consuetudo est
principum secularium quod querunt ministros qui presint familie et dispensent
eis panem et vinum et alia necessaria et reconcilient aliquos domino suo et alios
expellant. Sic fit in ecclesia que est domus dei, et quia iam facti sumus ciues ciuita
tis per graciam baptismalem, habentes arma per graciam confirmacionis et annonam et
viaticum per sacramentum eukaristie, ideo ut dictum est requiruntur ministri qui regant ciuitatem
et ostenditur quales debent esse in persona presbiteri, quia assimilari Joseph in officiis
quia debent ministrare coram domino. De primo inuenit Joseph graciam. De secundo et ministra
bat. Debent ergo esse graciosi quantum ad deum et debent fideliter ministrare quantum ad pro
ximum. prima Corinthiorum iiii. Sic nos existimet homo ut ministros dei et dispensatores mi
steriorum eius id est sacramentorum. Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quisque
inueniatur. Et quoniam Joseph legitur fuisse potentissimus, constituit enim eum pharao
dominum domus sue et principem omnis possessionis. Fuit eciam sapientissimus et ideo constitutus
est ut erudiret pueriles et senes prudenciam. Fuit eciam clementissimus. Quod fratribus
qui eum vendiderunt in mortem reddidit vitam, condonauit offensam. Fuit eciam
equissimus sicut apparet in distractione frumenti. Sic ergo ministri cristi graciosus ut graciam
inueniat apud deum in excellencia dignitatis, noticia veritatis, vita pietatis, iusticia ve

Potencia

ritatis vel seueritatis. De primo i thimo. iiii. Noli negligere graciam que in te est que
data est tibi cum imposicione manuum presbiterii. Magne enim dignitatis gracia datur
eis qui funguntur ministerio sacerdotali. Agitur enim hoc officium in terra, tamen negocium impletur
in celis. nec homo nec angelus nec aliqua creatura sed spiritussanctus munus istud insti
tuit et graciam cum in carne viuentes funguntur ministrare, unde et sacerdote duce ergo

Sapiencia

vitam angelicam et celestem. De secundo Gal. i. Cum placuit ei qui segregauit de vtero
matris mee et vocauit per graciam suam ut reuelaret filium suum in me ut euangelizarem illum
in gentibus continuo non acquieui carni et sanguini. In ministris enim qui vocantur
ad diuina consilia ut ea doceant populum suum, non mediocriter officium, necessaria est sapiencia
que per carnem et sanguinem euacuatur quando gule et luxurie vacatur, que sapiencia tanto
amplius viget quanto mens a corporalibus desideriis et delectacionibus remocior est
ut testatur plato in fedrone. Si quid inquit bona fide scire volumus recedendum est
a corpore, ita enim scire appropinquabimus si nichil aut minimum corpori vtamur nec in socie
tate nisi quantum necesse est animum dimittamus, ita enim minime replebimur viciosa

et turbulenta natuā corpis / sed puri a contagione eius iniquitā facē possimꝰ cūmꝗ
et si ita fecimꝰ incorrupti sinceri q3 digredientes ad omnia incorrupta et sincera venie
mus · ij petri iijo / Crescite in gracia et in cognicon̄ domī nostri iesu cristi / De iijo Clemēcia
pū · iijo Mansuetis dabit graciā Nichil em̄ ita puritatē et aciem mentis obtendit
ut iracundia inordinata et impetuosa / sic em̄ nocturno prelio non discernit oculos
socios ab hostibus et omnibus vno modo vtit̄ sic in iracūdo qui nichil discernit non
cuāt quid agat dū tn̄ voluptatem furoris expleat / fumꝰ em̄ ex ira procedens obscu
rat mentem sacerdotis eciā si fuit in alijs radijs solis splendidior / omēs aut̄ defectus
sacerdotis mendicant qr̄ non sit carne induitus nec hoīm infirmitate teneat̄ / De qrto pū
xxiijo Qui iustos morabit̄ iusticia gracia / ministri em̄ et maxime sacerdotes debent in Justicia
due iusticia ut corripiant et corrigant non adulent̄ et faueant peccatoribꝰ et foueat
culpā · pū xxviijo Qui corripit hoīem graciā pꝰ ea inueniet apud eum / magis
qm̄ ille qui per lingue blandimenta decipit / Ex his q̄dr sequit̄ qualit̄ debent ministre
in officio · q̄d · quadruplex confitiendo / orando / uel predicando / uel exhortando uel ab Confessio
soluendo excomunicando / De pmo · ysa lxi / vos sacerdotes domī vocabimini ministri dei
nri · dicet̄ uobis Sacerdotiū em̄ est confice ex quo magnū honoris gradū aquirunt
Johis xij / Si quis m̄ ministrauit honorificabit eū pater meus / imprimit̄ em̄ eis carac
ter ij honoris sic per sigillū et cū sigillo regio buxtau aliquod datur ita et ipi
grām recipiūt cū ptāte confitiendi et consecrandi Si g° vasa et loca consecrata
dno appant̄ cultui ipius et non transferūt̄ ad alios usus ppr honore diuini multo
forcius necē est istos ministros esse distinctos et discretos ab alijs hoībꝰ sctīte
spāli quā requirit sacrm̄ ipm̄ · supaddita scītati que sufficit in alijs psonis vnde
magis sacrilegiū comittit in contaminacon̄ sui qm̄ in pollucon̄ calicis consecrati
vel templi et maiorē contumeliā deo in suo cultu irrogat qui ministerū eius inf
ficit qm̄ qui vasa ministerij confringit / et tanto sctīores oportet esse ministros apparatos
istis ministerijs qnto illud officiū consecrandi ceteris officijs antecellit / De scdo · j thi
iijo / Tu vero vigila in omnibus labora opus · fac euāgeliste ministeriū tuū imple
Sobrius esto · ministiū tuū imple ut pdices / ores / frequēt̄ celebres et in oron̄ impe Oratio
trata dona dispenses · j pet iiijo / vnusquisqꝫ sicut accepit in alterutrū illū admi
strans tanqꝫ boni dispensatores multiformis gracie dei Nemo em̄ illotus ad
tam venerandam mensā accedē presumat Si em̄ asinū tuū uel · i · corpus tuū
ad presepe suū · i · mensam corpis illotū accedē non sinis sed manum manu
et os pabulis et cibo forcius ad ista sacratissimā mensā accessurus debet lauari
lacrimis / bene aut̄ dicit gracie dei · q̄a munꝰ gracie a solo deo confert̄ · a pplo
cordis deuocon̄ expetit̄ / a sacerdote offert̄ / sacerdos em̄ nuncius est procurator et ad
uocatus / sed nuncius iniquitā defert lrās ex pte eccle / aduocatꝰ iniquitā ppronit
allegacones pro causa ecclie / procurator in qm̄ peticones eius offert et porrigit
Prouidit em̄ princeps reipublice spūalis ut essent in suo consistorio spūales
aduocati qui pro reis interpellant et negocia ppetracent / et sic aduocatus
non iura sua uel statuta allegat · sed aliena et vba eius cui patrimoniū pre
stat in ore gestat · sic sacerdos ex officio publico interpellacōnis porrigit ex pte
ecclie vba · et ordines ipius / et hoc est quod errare facit hereticos circa officium
orandi / q̄a non attendunt qꝛ sacerdos oret uel poret causas ecclie / sed ex merito
de merito ppe iure dicentes / quia deus peccatores non exaudit / Ille aut̄ cu
dit̄ cuiꝰ desideriū implē qd' est ecclia / vnde non dicit sacerdos orem sed ore
mus / sic em̄ peticio aliena in scriptis oblata principi recipit̄ ob graciā eius
ex cuiꝰ nomine offert̄ / qui et in ea loqui petens et supplicans ita et in pposito
Ille exaudit̄ ppe cuiꝰ oro admitti̇ et cuiꝰ desideriū implet̄ Non em̄ princeps
attendit vilitatē cursoris qui ex pte amicorū suorū lrās ei porrigit sed
merita et peticon̄ dirigencium et quid facē doceat attendit / De tercio pū 4. Predicacio

vinio acceptus est regi minister intellectus qui s' ministrat de tezauro ecclie, cum discre
tio proprie nomini vincuiqz cerea couenie. Districtum enim oportet esse sacerdotem in peniten
tys imponendis et criminibus absoluendis, sicut medicum in morbis cognoscendis et cu
randis, ut cognoscat diuersitatem pulsum hoc est cordis desideriorum s. si desiderium
recurrendi ad deum est in penitente forte et validum si calor viuificus multus vel pau
cus quod pertinet ad dilectionem, si sudor lacrimarum ibi sit si plus et alleuiatus, sic e
si omnia membra leuans et deuocione effluens, quod fit cum sigillatim penitens luget
peccata que oculis perpetrauit et omnibus membris si sudor fortis, ita quod radice et causa
expellat morbi spiritualis nec relinquatur aliquod vestigium in corde penitentis. Deinde
sciat de satisfactione congrua, sic est huiusmodi ei apponi debeat dieta. De quarto Ro
Excoīcac̄ mo. Si male feceris time, non enim sine causa gladium portat, dei enim minister est vin
dex in iram ei qui male agit. Iste gladius est excommunicacionis. Gladium enim aliquis ex
erit ad terrendum aliquis ad percuciendum sic patet in excommunicacione que debet procedere
non ex indignacione et furore sed ex zelo et feruore. Hebre. primo. Qui facit angelos
suos spiritus et ministros eius s. flam. ignis, sic enim reges per ballenos suos citant
indignos, ita in proposito. et sic arguuntur et rei sunt qui forbannitum regis accipiunt ita
et qui in casibus prohibitis tocant excommunicatis, licet quidam errant dicentes quod malus
sacerdos excommunicare non potest, sic nec orare pro alys utiliter quod nichil est quia si iudex
precipiat malo ministro quod excommunicet eum vel liget vinculum tenet. Ille facit cuius aucto
ritate fit. Beatus enim dicit non sufficiunt ordines ecclie nisi sacerdos sit iustus. Similis
est dicenti non sufficit armatorum congregatus infinitorum nisi virtute unius pulicis
adiuuentur, non sufficit flagrancia omnium specierum vel suauitas in silicis con
gregatarum nisi medietas aut una particula minima unius gariophili superaddatur.

Confiteatur nomini tuo magno quoniam terribile et sanctum est, et honor regis
iudicium diligit. Monemur ad confessionem que debet fieri secundum iudicij
formam. Confessio quedam est ad inferendam penam ipsi accusato in foro
iudiciali quod fit similiter in foro penitenciali, ubi confessor est officialis accu
sator ipse reus. sententia absolucionis vinculi et culpe et pene eterne quam dictat ipse
deus in contricione et promulgat eam sacerdos sicut os dei in absolucione et restituit
eum possessioni perpetua gratia s. et gratia habenda in patria. in tribunali sedet misericordia
et assistit iusticia, et quicquid contra penitentem inscribit iusticia totum delet misericordia
acumen stili figens in corde penitentis per compunctionem et obtusum eius
ad tabulas cordis obuertens complanat et delet inscripcionem iusticie que est de
1 Cirographum punicione eterna racione culpe et ad melius delendum culpe memoriale dyabolicum ex
primit aquam lacrimarum. hoc est enim cirographum mortis quod de sanguine atra
vel incausto in tabulis cordium scribunt dyabolus peccatores, quod profert dyabolus
accusator ad homines sic suos in futuro iudicio nisi delete fuerint litere per
misericordiam in confessione et tunc non habebit quid dyabolus accusator contra
nos afferre. I. paral. xvi. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius,
bene dicit misericordia eius, quia videtur confitens appellasse a foro iusticie ad forum
misericordie, hoc est a penis futuris que de iusticia sequuntur culpam et per quam
deus est iudicaturus mundum, ad consistorium misericordie tanquam ad maius adiuto
rium et superexaltat misericordia iudicium Ia. ii°. Et iudicium iusticie retractatur quia
dampnatus prius aut dampnandus per iusticiam per misericordiam soluitur. Unde cum
per iusticiam dixisset dominus iudic. x. filys israel non addam ultra ut vos liberem confu
gientes ad misericordiam retinuerunt retenti illam sententiam. sic ninivite Jone iii°. sic Eze
chias Ysay xxxviii°. et achab iii°. Re. Nec mirum est eciam confitens stet pro deo
2 adversarius sibi ipsi Tho. 12. Benedicite deum celi et coram omnibus viuentibus confi
temini illi quia fecit nobiscum misericordiam suam. Est eciam confessio testificacio quedam
testificaō per quam de veritate totius cause et facti informatur iudex sicut per testem qui dili
genter premeditatur ea que confessurus est in iure, et penitens deliberare debet

diligenter que dicturus sit in confessione, propterea dixi confitebor adversum me iniusticiam
meam, domino dixi. hoc est deliberavi contra eos qui non premeditatum veniunt, confitebor
i. totum fatebor, contra eos qui partem dicunt et partem servant, iniusticiam contra eos qui con
fitentur de bonis operibus suis. mea contra eos qui confitentur de alienis peccatis. domino
i. ad honorem domini, contra eos qui non verecundantur sed rident. bruta aut fetorem peccati
in naribus licet actus transierunt sic ebrii post ebrietatem retinent saporem vini et quia
non est testis nisi iuratus. hoc est quod bona fide de tota vilitate peccati instruet iudi
cem non tacendo veritatem nec immiscendo falsitatem, sic penitens ac si deo presente
et audiente totam veritatem tamquam testis productus bona fide instruit sacerdotem
Proverbiorum xiiii° Testis fidelis non mentitur profert mendacium dolosus testis. et sicut
in secularibus causis si perditata fuit causa alterius pro eo quod testimonium tuum veritatem sup
pressisti falsitatem expressisti. teneris restituere quod dolo tuo amissum est. sic et penitens
tenens tenere animam suam deo restituere, et si alias non tenetur eidem et tunc debet
ne puniatur sicut falsus testis. et sicut in iudicio seculari tenetur testis ad interrogata
reddere de eo quod novit et credit defectus super quod testis producitur, sic in proposito ad
interrogationem sacerdotis Caue ergo ne per falsitatem tuam deus amittat causam ne
adiuvet adversarium tuum in morte tua, ne precedentibus viciis addas novam fal
sitatis culpam. Tercio dicitur allegatio quod est officium advocati in quo iudex in — 3 Allegatio
struitur de iure sicut testis instruit cum defectu. hic fit allegatio in circumstantiarum ex
pressionibus que peccata aggravant vel attenuant confitentis. Job xv. Sapien
tes confitentur et non abscondunt patres suos. abscondunt patres qui peccatorum
torum abscondunt radices circumstantias origines. hoc est. quis. quid. ubi. quibus
auxiliis. Cur. quo. quando. hoc modo allegat fidelis advocatus, contra se ut de
bilitatem temptationis frigiditatem complexionis deformitatem mulieris in
qua deformiter et vilissime intulit narrat dei iusticiam ita se infra pa
tientiam etc. [illegible] causa sua infirmetur et pars dei confirmetur. et allega
tiones iste sumuntur ex decreto iuris divini. hoc ex obligationibus et delictis
quibus deo debemus ex tota obediencia que iubet facere que prohibet declinare
ex iure quod est in nobis. ex ratione creationis. conservationis. redemptionis. repa
rationis penalis. promisse glorificationis. et ad primam expectationis. et huiusmodi
et ratione bonorum temporalium naturalium spiritualium celestium et huiusmodi. et pro infi
nitis multis officiis quibus nobis incessanter serviunt et servivit. que exce
dunt nostram ineracionem. et diligenter cogitata nostram devotionem excitant et ag
gravant nostram ingratitudinem. qui tot a gregibus obruuntur beneficiorum et
qui diluvio divine largitatis ex inundat quod etiam potentissimum hostem nostrum
cum potestas omnis terrena est incomparabilis ita ligatum tenet cum toto suo ex
ercitu. hoc est leonibus infernalibus ne temptet nos. super id quod possumus. Hec et
huiusmodi instant materiam advocato multiplicans allegationis que quanto quis melius
videt tanto meliores gratias deo reddet. Unde erubescendum est de adinventionibus
peccatis quid in cor humanum ascendere possunt qui ne aera polluat et pias aures offen
dant et ne mansum in cogitationibus humanam sedeant nunquam loquendum sunt nisi in con
fessione ubi locutio eorum mors est. cum modi sunt flagitia dyabolica que non
abhorrent homines perpetrare. de quibus mirandum est dei clemencia pro eo quod
non statim perpetratores rapiuntur ad eterna tormenta. Hii sunt libri iuris quos
revolvimus unde allegationes sumuntur ex quibus iudex de iure instruitur. Hec sunt
pharetre ex quibus sagitte sumuntur quibus in nobis antiquus hostis occiditur. — 4
Quarto nota recognitio domini iuris. Hec aut fit in iudicio seculari ut causa — Recognitio
perveniatur ad finem litis sine in diffinitivam sententiam et ut relevetur ab onere proba
tionum adversarius iudex vero a tedio et a labore et ut liberet animam suam qui reco
gnovit veritatem quia si per mendacium ius alienum retinere vellet animam perderet

Et licet in hoc litigioso foro condempnetur qui recognoscit ius alienum vel pro
iniurias tamen in hoc foro absolvitur proverbiorum xxviii° Qui abscondit scelera sua non
diriget qui autem confessus fuerit et ea relinquit misericordiam consequetur / et sicut ille qui
feudum domino suo celat aut mittit illud secundum consuetudines seculares / Ita hic ius
divinum in foro penali celavit quantum in se est penalis emendacionis vel satisfactio
nis quam per hanc celacionem effugere intendebat per hanc celacionem se constituit
debitorem Si enim non licet peccatori alicui quod abscondat vel neget ius suum pro
7 Revelacio ximo suo quantominus deo / Septimo dicitur revelacio hoc ignorantie sacerdotalis de
facie cordis eius sublacio / si enim per huius revelacionem sacerdos se videt cum
fide quia turpitudo absconditur qua erubescis / prima Iohannis primo Si confiteamur peccata
nostra fidelis et iustus est ut dimittat peccata nostra nobis et mundet nos ab omni
iniquitate Unde multotiens compertum est quod peccata que cavit dyabolo cognita
prius per confessionem fiebant ei ignota Non ergo exemplo Ade verba malicie ad
excusandas excusaciones in peccatis / nec ad folia arborum curramus quod folia ficus
ut pudenda nostra te velemus Genesis iii° / ne maiorem turpitudinem hoc est de
fensionem peccati turpitudini predicte adiciamus Nam si revelas deus velat
Dicitur enim quam dum dicitur cum te pulcherrimum est coopertmentum culpe / ideo prima ad
Corinthios xi Si nosmetipsos iudicaremus non utique iudicaremur / et sicut in hoc fo
ro penali accusatores cum se testes et advocati etiam veritatis recognitores sive
sui damnatores sunt veri confitentes ad honorem dei / Ita in futuro habebunt
deum et accusatorem testem advocatum / et iusticie eorum coram deo recognitorem
et absolutorem / et pro tormentis penalibus eterne largitorem beatitudinis
Matthei x° Omnis qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego illum coram
patre meo / Et Luce vi Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis
/ Et quia duo sunt disceptacionum genera / cum brutis cum bestiis que racione carent / et cum
cum creaturis racionabilibus / sic cum contumaces indurata contumacia resisten
tes viribus est utendum / vel ad corrigendos vel damnandos vel reprimendos
/ Sed penitentes beluinam pertinaciam et dyaboli contumaciam deposuerunt
ideo iudicio cum eis est disceptandum Et quia in iudicio paritas est observanda
necesse ut penitens videat et audiat iudicem suum / et ea que circa ipsum et pro
ipso fiunt in iudicio eius ergo necesse est ut habeat hominem iudicem suum / quia si peccatis
invisibilis iudicaret inter deum et penitentem non observaretur equitas in iudicio quia
si videretur penitens nec videret iudicem ergo agit deus cum peccatoribus donec nega
do veritatem vel sustinendo falsitatem appareat insuasibilis protervitas / et tunc
agendum viribus vel violencia suppliciorum / hoc est in eis qui viri sacerint no
luerunt / quia obligacione iuris naturalis debemus esse hostes iniusticie / tenemur
cum iniusticiam agere / et tanto districtius cum nostram quanto magis nocet nobis
et quanto plus possumus cum eam quam cum alienam / et si pro christo sive nostro seu suo
commodo vel altius pro quo stetere ea que sunt iudicii ut accusare testificare
etc. quanto magis hoc tenetur facere pro deo / Sed etiam qui ex integro iudicium facit
de se et iustificacionem de suis iniusticiis ultra aliud iudicium perfectum et iusticiam
completam / de omnibus querelis quas deus habebat adversus eum / nichil ab eo ultra
de iure potest deus requirere vel alius pro eo / et ideo omnis culpa deleta est in eo
6 Dampnacio sui / Sexto vocatur dampnatio sui quia proclamat se reum mortis quia per sententiam de
clinat penam et se dignum pena / et tenet ista sententia licet non a iudice lata sit
psalmus Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile et sanctum est et honor regis
Vomitus iudicium diligit / Dicitur etiam vomitus vel nausacio / quia sicut per vomitum evacu
atur venenum qui causatur ex indignacione stomachi et alleviatur totus homo / sic
in confessione per instrumentum oris evacuatur cor a pravis moribus vel humori
bus indignative facta monente / et homo mitior a gravi pondere exoneratur
Ecclesiastici xvii vivus et sanus confiteberis et laudabis deum / Sed nota quod fabrilis
materia continetur in orificio stomachi vel propter eius abhominacionem eius provenit
ad gustum et distenditur os stomachi ad expulsionem eius et reicitur sed quando

facere fructum ubi arbor radices figit inde fructum vite et humorem gracie bibit et ideo
ligna hec que in christo radicem fixerunt perseuerant et non putrescunt. alia vero ligna
paulatim deficiunt et arescunt Johel i. Omnia ligna agri aruerunt. De iiii Eze
xvii Exaltaui lignum humile. quanto enim quis magis humiliatur tanto in contemplacionis
noticia exaltatur sicut ligna libani inferius radicantur et superius expanduntur Impossibile
est autem veram humilitatem habere nisi homo peruenit ad contemptum sui. nolo ergo
ut musca arbitreris solem lucere nisi in cella tua. nullibi esse semen nisi penes
te. nusquam graciam dei operari nisi in consciencia tua. quin pocius si humilis esses teipsum co
gnosceres. et ubique semen nisi apud te esse putares et peius de te quam de aliquo esti
mares. Et hec sunt ligna quadruplata in auctoritate ecclesia que erat in domo domini
i Re vii. Tercio notatur fratrum distinccio in officiis suis quorum aliqui sunt prelati de
signati per columnas argenteas. alii contemplatiui designati per reclinatorium aureum
alii actiui designati per ascensum purpureum. Item columpne argentee prelati sunt
columpne quia in eis innititur tota religio Gal ii. Jacobus et cephas et Johannes dicuntur co
lumpne eciam Gal ii. argentee autem quia sicut sustentare eum qui lapsus est verbo ar
gentum enim electum lingua iusti et sic columpne recte sunt et solide. argentum at
tinnulum et splendidum. prelati qui sunt columpne argentee debent esse recti sine
obliquitate accepcionis personarum ut habeant deum prooculis sic columpna fumi di
recte procedebat in celum Judith xx. Licet quidam magis personas persequuntur personam quam
culpam. deprimunt bonos eleuant familiares suos Job xix. Commouet terram de loco
suo et columpne eius concucientur. Debent eciam esse solidi sine vanitate dilacionis
superbie ut confirmati in bono possint alios confirmare. psalmus Ego confirmaui columpnas
eius. non habent superbiam in animo non in verbo non in facto non in signo. Intime
sciunt enim prelati animo quia tunc respiciant se. sunt subditis superiores seipsos reputant
meliores nescientes esse scriptum quod inter dum dominatur homo homini in malum suum propter
quod quamque cadunt et domum deiciunt domum Judith xvi Corruit domus cum columpnis
Debent eciam esse tinnuli cum affabilitate pie locucionis Eccl xxxvi. Si est curacionis est
et mitigacionis et misericordie et sequitur adiutorium cum illo est et columpna et requies in motibus
repruntur aque dulcissime et prelatum dulcem diligunt omnes qui sunt in eius subieccione
pestifera vis est valens ad nocendum et velut animal noxium tunc prosilieit terre secretum
sed tamquam ad clarum solem procedunt et gaudent pueri. sic inferiores in presencia affabi
lis prelati Debent eciam esse splendidi cum auctoritate correccionis. ut sic in se vincant
concupiscencias suas ut possint cum auctoritate reprehendere alienas apocalipsis iii Qui vicerit faciam
eum columpnam in templo domini mei Justum est enim ut qui vult punire aliquid in alio prius
puniat illud in se. tunc autem potest iuste corripere si seipsum nouit pro subditorum
vero conformare si ea que corrigi nequeunt tolerare si quedam pro correccione
peccatorum tempore si quedam pusillanimitate deposita vindicare etc. i ad thimo iii Scire po
tueris quid opporteat eos in domo dei conuersari que est ecclesia dei viui colum
pna et firmamentum veritatis Sequitur reclinatorium aureum in quo status contemplacionis

declinat alii ad illecebras carnis, alii ad nugas secularis curiositatis, alii ad pompas
transitorie vanitatis, sed ve miseris qui amant huius reclinatoria declinantes in obliga
tiones inclinantes cor suum et reclinantes intus caput suum vel in fovea vulpis vel
in nido volucris vel in luto suis vel in vomitu canis. In quibus contemplatis non invenit
tu Christo ubi caput suum inclinet. Primum non habet reclinatorium tu Christo qui reclinavit in
utero virginis ut contempleris incarnacionis puritatem. Psalmus inclinavit celos et descendit.
Secundo reclinatur in presepio ut contempleris nativitatis eius et incarnacionis humilitatem. Luc. 2º
peperit filium suum et pannis eum involvit et reclinavit eum in presepio quia non erat ei locus
in reclinatorio diversorio. Tercio reclinatur in patibulo et sepulcro ut contempleris passionis
eius utilitatem et pietatem Johannis xx. Johannes venit prior ad monumentum et inclinat
se et in eodem Maria Magdalena cum flet inclinat se et prospexit in monumentum. Quarto
se reclinat in corde humano ut contempleris et experiaris eius familiaritatem. Sicut in
Hester xv Regina colore mutato reclinat super ancillam reclinat caput, quia sapiencia
increata anime condescendit cum se familiariter infundit. Ex his iiii^or surgunt in
anima pure affectiones perfecte abrenunciaciones. secunde graciarum acciones excessive inhi
laciones. Sequitur status actiuorum cum dicitur ascensum purpureum. Non purpureus in ascensu
passionum Christi quedam commendatur est et commendatur habet autem ascensus difficultatem. Purpura
non ex racione nominis a quo imponitur notat puritatem. sed ex re nominis honestatem et
dignitatem. Est enim purpura in vestimentum et in regum ornamentum. Habes quatuor in ascensu
purpureo que activis competunt difficultas que pertinet ad obedienciam, puritas ad continen
honestas ad modestiam, dignitas ad pacienciam. De primo patet magna penitus difficul
tas ascendere seu se subicere propriam sibi voluntatem. Unde antiquitus precipiebant de industria
qui erat aud monachi contraria ipsi aut observabat precepta acsi essent eis divinitus imperata
ymmo ad impossibilia sibi imperata nitebatur acsi essent facillima facto. de hoc ascensu Cant.
vi Capilli tui sicut greges caprarum que descendunt de monte Galaad, capilli subtiles
qui se magis linea exhibent quam supra faciem sive corpus sunt qui nec in mundo appetunt
dilatari nec corpulenciam appetunt terrenorum. crescunt iugiter sed insensibiliter dum se
perficiunt et proficere se ignorant, flexibiles ad obedienciam non rigidi ad pertinenciam
qui non sunt stimuli sed capilli flectuntur vruntur secantur sine molestia sed non
sine sensu doloris avelluntur a capite. que sunt eis omnia tolerabilia dummodo non
separentur a Christo capite sicut grex caprarum. plane duo sunt greges celica et laici et ca
prarum que non in locis pascuntur humectibus ubi cubat leviathan sed in arduis et
saxeis quorum sunt alimenta munda simplicia contra sine difficultate que
ascendunt de monte galaad quod est acervus testimonii cuius obediencia multiplex est testimonium
quia super voluntatem propriam ascenderunt, et ne credas hunc ascensum non esse pur
pureum audi in eodem cantico Coma capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus canalibꝫ
quam pulcra es et quam decora carissima in deliciis, ligatur ut aiunt materia purpure
in canalibus fasciculos ut intingatur multis influente. donec extrahitur in fila
et texitur in regum ornamentum. quam in canalibus suorum conventuum inveniuntur pre
ceptorum vinculis ubi tinguntur precioso muricis sanguine dum se studet per obedienciam
Christo conformari donec extinguntur extenuentur in fila propria voluntate reiecta et te
xantur in veste pulcerrima quam nullus deinceps solis ardor in tribulacione nullius
humoris infuso in dilectione terrena deflectat aut extinguet aut corrumpat. Isti sunt
pulcri propter obedienciam mandatorum decori per toleranciam tormentorum boni et delicati
ti per celestium graciarum et experimentum gaudiorum de secundo scilicet puritate pertinente ad con
tinenciam. Prov. 31 ultimo byssus et purpura indumentum eius, byssus multiplici
labore pervenit ad candorem. purpura semel habita pulcherrimum suum colorem quia continen
ciam oportet cum labore multo adquiri et munde haberi. et hec est vestis in qua nos
oportet domino presentari propter quod iubente rege indutus est Daniel purpura eiusdem
v. De tercio scilicet honestate pertinente ad modestiam. modestos enim eos oportet esse qui
inter homines conversantur ut ex edificacione quam in seipsis exhibent alii edificentur.
unde et Lidia purpuraria civitatis Thiatirenorum mulier colens deum facta est disci
pulina Pauli interpretatur dei edificata vel utilis qui enim diligenter se excolunt

Et edificant alios ad bonum trahut et in signu sctitatis et doctine stola facta ex
auro iacincto et purpua indutus est aaron Eccli xlv de quarto s. de dignitate patie
i Mach x. Misit alexander rex ionathe purpura et coronam ut que nostra sut
sentieis / xpus n. in passione indutus est purpua et caro eius pcioso sangne purpu
rata hoc aut senciut qui paciam hnt in tribulacon et martiriu pro xpo sicut sci
entes q per hanc viam purpurea ascendit ad corona. Vltimo nota mutua
scdm vnio cu dr media caritate constravit pp filias ierlm. media mediante
rma expositom qa mediante caritate omes partes hui ferculi sut conexe. Hm
filias ierlm aias s. deuotissimas que feruentissimo desiderio gestiut et aspirant
sursu ad sinu matris sue que sursum est ierlm libera transferut. Hec est go ca
ritas om viciorum expulsiua pu. x. mo vniusa delicta opit caritas om de
spectiua i Tobie mo perfecta caritas fo: cant xv. bonoru om conciatiua bo
noru i petri mo mutua in nobis caritate gtc hntes Cornit v. Caritas
dei diffusa est animoru connextiua Coll mo Super oia aut caritatem que e
vinculum perfectionis / Salois et domu qua edificat et cibos mese eius et hitacla
Videns regina saba sapiam seruoru et ordies ministrancu vestes qz eoru et pincnas et
holocausta que offrbat in domo dni no hebat vltra spm / iii R. x. / Regina saba q. dr regina
austri cant xii. qa ad austru sita e regio sabbeoru q. venat ab extimis finibg audire
sapiam salois / vn mt terta iniata est in figa aie ctemplatie di sapiam ctemplatis
que cu fecisset oia in sapia sua tand pfecit opus qd s. hom in quo recapitulat oia qa
fudisset sapiam sua in fie tpm vna fecit religiom s. scdm inioru in quo recapitulat ep
pta ad mitoru excellcm in qua sut illa vii / q. inan r regia saba pu. x. ix. Sapia edi
ficat sibi domu excidit columpnas vii et attede in his vii qs religiois status qs religio
pfctis stats religios notifica q. ad eius edifica &c. domu qua edificat salon refirm et ci
bos mise eius et masioz et hitacla huor eius Scdo nota religiosor pfcti sut n. me
ritor scitate ordiati et ornatz ministrancu In officior duisitate distincti. Iaz qda coru
ut pdicatores vertes qz coru. qda plati ut pastores et pincernas. qda ctepla
ut pfcti claustrales et holocausta Primo go in aimacoe cadit domg hui edificio fuit
in paupte edificata et fudata cant vii / Vir sapns fudat domu sua sup petra et de
scen: plu: fla: veti venert flua et irruert in domu illa et no cecidit. fudata eni
erat sup petra soliditas n. paupts resistat pluuie carlis delectatois. fluibz mudane
tetacois. vetis dyace elacois. sed ia domus q. fudata fuit sup pslite aene tpalm cdi
dit Zach mo / manus zorobabel fudat domu istaz et manus eius pficiet ea Scdo fuit edi
ficata in hostiu ccruciu adusitate. sic n. tu edificarer domus di sub Esdra et neemia
domestica mt qs hitabat iudei interupebat opus et adeo vexabat eos ut vna manu
opacint et altra tenent gladiu. dor auxilio regis fis impoitus e opi. hc expone no
indigz sed impletu fuit qn sacdos magnus in vita sua suffulsit domu et in diebg
suis roboauit tplum domus. s. pp. ecci. l. Tercio fuit ampliata in scdm nuosistate
p pal no domus qua edificare cupio magna e nimis et inclita. magna e qa mlt
tiplicati getez et inclita qa magnificasti leticia. baruth mo / O isrl qm magn est domus
dei et ingens locus po: eius. ia dilatatus e locus tetoris pelles extese funiculi logioes addo
ut magn vacae ozt restricio in vtili qz dilatacoi / vt ia edificata domo fiat murus in
circuitu ne effrenata recepcio sit sanguis oracio. deut. xxii. Cu edificaueris domu tua
facies muru in circuitu ne effudar sangis in domo tua Quarto fuit ornata in gstitucoim
honestate. ps Dne dilexi decore domus tue Illa aut statuta ornat domu hac q.
vetustas tpm et nuositas scdm concordiu teneda differt no que paucoru volutas
instituit. Sol n. exaltatus in celo indut inferiori mdo pulcrenez. et statuta sup puitate
regle fudata. sic diuinitus prora scdm in gnalibg capitul pmulgata ornat religione
Eccli xxiii Sicut sol oriens mdo in altissimis dei. sic mlis &c suffict religioi regula et sta
tuta sua ppa no ozt inseri statuta alior. Fe inior et mocho sil esse no puit Eccli xxiii
Qui edificat domu sua stipedys alienis. q qui collit lapid in hieme tale
edificiu cito labit gga. n. lapidu nc cemeto forti colligat nec decorar ex seipso n.
colore linit alieno Jere. xxii. / scdm alia lram edificasti domu puulaz cenacula
pflatilia distincta fenestris gtiguata cedro et lita sinopide Scdo aimata e cibos
mese. qs no mirc qn sn laboe nro munificen diuina nobis cibos misit ad necu te
de mensa alimonie malis / na catelli edut de micis que cadut d mensa dni sui

hij catelli sc̄ fr̄es mioes al odoratu sagacim lig e tr̄tu efficaciam laitu dc̄rimu affitu fidelim q̄ tot
ircuit ꝯfectoria qt hospita lig q̄da submi̅nuaue̅it et mle locuti sut de deo nuq̄ potit ds pare
mēsaȝ in deserto et qd̄ potes potit q̄ filijs isrl̄ nō laborātibꝫ ī aratro minist̄ ministrat etiā ci
bos ad vtilitez d̄ mēsa sapie spualis pu̅ xx Posuit sapiā mēsaȝ suā et misit ut vocaret
ad arce zc̄ Si q̄s ē puulus veniat ad me et comedat panē meū et bibite vinū meū q̄d
ministrauī vobis hꝫ n̄ sapiā ut dt bt̄s dyo9 dux alimtū lig de ꝑ imꝑfc̄os q̄r mt̄us oīa
tūs̄tce tāȝ scipos q̄ ꝯsilia radio diuine vit̄ vnitꝫ ibi puuli dicūt q̄ religios edificauit vn
scptū ē Si q̄s ē puulꝫ veniat ad me lig m̄ h mēsa in aliq̄bꝫ videā ꝯspc̄ta malis v mēsa
dni ꝯspc̄ta ē hoē n a mlt̄ ꝯspici lc̄tis offim nauseat hoies sup cibo ꝑ ꝑ abūdā e
fastidiū et ī ꝑdicon̄ et ī ꝯfessioibꝫ tiend̄ est qd̄ absit ne forte q̄dā minꝫ instituti euom
ut sordes ul̄ mdatū ysa xxviii° omēs mēse replete sūt vomitu sordiū q̄ꝫ minist̄ etiā ci
bos ad securitatē d̄ mēsa euk̄a sacelis ps9 filii tui sic nouelle oliuarū ī circuitu mēse
tue filij sc̄ qui comedūt panē filiorū s̄ angloȝ q̄ dent ee nouelle fructꝫ oliuaȝ fluen
lacrimis feruen ꝯsiderijs feruen gaudijs dū accedūt comeden ad hāc mēsaȝ cāl ꝫ pu
pigue ꝫ dulcis dulce ꝫ ꝯuocois lig q̄dā in sclō ita inueniant impati et īpliati rati
bꝫ ad hāc mēsaȝ accede q̄ tiend̄ ē ne magꝫ ꝑticipet mēse demonioȝ q̄ꝫ x̄ q̄r ꝯm aplm̄ nō
potestꝫ mēse x̄ ꝑticipare et mēse d̄monioȝ sic n̄ mlta hoē passim ꝯcurt ad altare sn̄ ꝑparacon
q̄ vidit de ꝑiclō suo nō cudere minist̄ etiā cibos ad suauitē de mēsa glie cena Job xxxvi
Reges mēse tue erit plē pigue ꝯsta pigued ē hꝫ in quadā ꝑlibacon̄ ꝫ in futō ē in fruiōe
qn̄ dt filiꝫ electis Luc xxii Ego dispono uob̄ r̄gm sic disposuit in pr̄ ut ed: et bi: sr̄
men: in: in re: meo O qui gustasset parū de reliq̄ys hꝫ mēse quo nō r̄spuet cibos oīs
illiate delectacois Hest xiiii° Tu nosti q̄ nō comederit de mēsa Aman n̄c m placuit
quiuiū hꝫ Aman inq̄tas inꝑpta Tercio annāta ē h̄itaclā fr̄uoȝ nā q̄dā h̄ibāt ul
cū Jcrm ul̄ cū petro in ergastulo carceris hij sūt qui ꝯtenebrati in scipis vacāt la
cimis et ꝯdioꝫ v̄ illuiant dc̄t nō petrꝫ seruabā in carce et ecce angelꝫ dni astit
et lum ꝯfulsit in h̄itaclo Ezm̄dā nō recabitꝫ in tab̄nalo n̄ ꝑpan hij sc̄ qui nō h̄ntes
manētez ciuitē ita se ꝑparit ad expledaȝ obuiaȝ hꝫ de taberlo corpis ꝯtudie migrātū
Jere xxxv Dixerit recabite Jonadab filiꝫ recab ꝑtet vob̄ pr̄ vr̄ d̄ Nō bibetꝫ vi
nū vos et filij vri et domū nō edificabitꝫ et semēz nō seretꝫ et vineas nō pla
tabitꝫ n̄c hebitꝫ sed h̄itabitꝫ in tab̄nalis q̄a nō vinū carlis voluptꝫ n̄c domos
cupitꝫ n̄c seu ꝑlitatꝫ n̄c vineas h̄ntes labruscas stilitꝫ dent quere vei fr̄es et
ad litꝫ domos nō edificant sed aliꝫ ad coȝ vsꝫ edificet n̄c ꝑꝫ dent hꝫ lig tali ī ꝑpoȝ
noīe het edificta ꝑꝫ dent ꝫ h̄itāt in tabnalis sic ꝯtra carnez pugntū et md̄ ꝯgssim
dyam expugntū tabnalū ē qd̄ tūssert de loco ad locū et ipi de ꝯuentu ad ꝯuentū
de officio ad offim Ezmdā cū sposa in lc̄to v̄ ꝯteplan̄ apoc xxi Ecce tab̄naculū
dei cū hoimbꝫ et h̄itabit cū eis Eccli xxv bt̄s q̄ h̄itat cū mlie̅ ꝯsata h̄t ē aīa co
teplatiā quo ꝯsata dr̄ eo q̄ ꝯsus suos retexit ad intioā et deo loq̄ p intiā desidia
Can̄ ult̄ que h̄itas ī ortꝫ fac me audire vocē tuā Ezmdā ī cenaclo cū aplis ut
ī grāȝ agēe et dinas laudes iugit̄ resoluat ysa xii Exulta lauda filia sion h̄itao
sion specla aīa ē in sublimibꝫ eleuata que exultat et laudat dm̄ dū b̄nficia sibi
exhibita comdat Ezvto adiniata ē ordies ministriciu ī fr̄ibꝫ b̄n ordiatū ut sit pa
stor sn̄ neglia Roȝ xiii Nō sn̄ cā gladiū portat dei n̄ minist̄ ē iudex in ira ei q̄
male agit licet q̄dā pusillaicꝫ nō exerat gladiū et a modica stilla cauāt lapis
a modica scītilla augē ignis a modica ruina rima naufragā nauis Sap vi tū essetꝫ
ministri r̄gis nō custoditꝫ legē iustie Sit lctor sn̄ desidia ꝯtn̄ eos qui lctores sūt et in
cassie legūt tū Luc x legat̄ Martha satagebat ꝯca frequēs ministiū Sit ꝯfessor sn̄
ignān q̄a pū xv deceptꝫ ē r̄gi minist̄ intelēs vt q̄ h̄ꝫ notiāꝫ sc̄ptāȝ et casuū ꝯca ꝑmaōs
ingeniū alioqn timeat ne dicat̄ eis illud ysa xxii Cz tu hic a q̄i hic q̄s expellaȝ
te de stacon̄ tua et d̄ ministio tuo deponā te Sit ꝑcuātor sine auaricia ut possit illud
dice j thiō i fidelē me existiā ponens in ministio tu het fuit fuit oīā honeste et ꝯm
ordinē in nob̄ Ezunto adinnāta ē uestes qd̄ ꝑꝫ spār ad actiōs et ꝑdicatoes qui
calore torpentꝫ eciē resuscitāt dū ex feruore ꝑdicacois b̄n patien sūt ut ani
tient vn̄ Exo xxviii° Vestis superhumeralis erāt ex auro iacincto purpua cocco bisi
cto et bisso retorta aurū ē fulgr sapie quo dꝫ ꝑdicatois intencia radiare Jacinctꝫ
qui ē aerei coloris aor ē celestis patrie nō vt ꝑdicet pro fauoē p cupidite lucri
p ingluuie cibi sed p hōre dei et aore regꝫ purpura ē regie ꝑtatis insigne rigore
signās iusticie ut p iusticiā nouit prauos motꝫ prohibē coccꝫ bis tinctꝫ decor
est caritatꝫ induti motu dilcōnis s̄ dei et ꝑxii feruetꝫ q̄a qui deū et ꝑximū diligit
qt ex duci tīctuā feruescat bissus est candor castitatis q̄a bissꝫ mlt̄ tonsioibꝫ

pervenit ad candorem et tamen multis afflictionibus ad castitatem. viii et byssus retorta a torquendo dicitur eo quod
tamen multum torqueatur ergo ad has vestes mirabiles pertinet sapientie fulgor caritatis prurie amor iustitie vigor ca
stitatis decor. castitatis candor Sexto admirata est pincernas quod pertinet ad prelatos et pastores viii et
Neemias populi tui singularis dux. dicit se pincernam regis fuisse in Esdra. iste autem pincerna impetrat
populo suo apud regem gratiam quod faciunt prelati in feruenti oratione repellit hostium maliciam quod faciunt
in diluti predicatione. relaxat consuetam populo angariam quod faciunt in dulci supportatione purgat ab alie
nis etiam quod faciunt in iugi predicationis correctione Septimo admirata est holocausta quod pertinet ad
contemplatiuos et vera res cantica autem minor quadruplex holocaustorum. cantica non immaculata animata
medullata. gemmata. perfecti uero claustrales holocausta sunt qui ex toto corde diuinis mancipant
obsequiis sola querentes celestia summis desideriis. propterea holocausta tua in conspectu meo sunt semper. Sed
ut sit immaculata holocausta per puritatem et intentionem mentis leuitici primo. Si holocausta fuerit
oblatio ac de armento masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonii ad placandum
sibi dominum. quia non anhelat ad profectum contemplationis masculum ipse esse oportet per virilitatem animi et immaculatum
per puritatem intentionis. quia et contemplationem perfect virilis animi. et eam diligit spiritualis intentio ne querat
fauorem humanum sed expectet regni celestis ingressum. hostium non tabernaculi testimonii ingressum significat
diuinas. Ligant tapytro obedientie et ex promptitudine voluntatis seipsos offerunt voluntati su
periorum suorum vt ducantur sicut vituli ad holocausta. pertinet acceptabile sacrificium iustitie sacrificium
perfecte obedientie mechisedech. non a deo est iustitia quam voluntati do voluntatis, ex hac non obedia
sequebatur ysaac abraham patrem suum cum duceretur ad immolandum. pater inquit ecce ignis et
ligna vbi est victima holocausti Et nota quod in triplici animali cantat holocaustum in boue oue
et aue et hic in turture vel columba in boue patientia in oue innocentia in aue sursum
volante celestis sapientia in columba que gregatim volat et societatem amat caritas
in turture que connubium non iterat castitas. hec est ergo perfecta obedientia claustralium que in ad
uersis fuit patientiam in prosperis innocentiam in dubiis ad superna auolat sapientiam. cari te fr
Leuitici xxii homo de domo israel et de aduenis qui habitant inter vos qui
quicumque obtulit oblationem suam vel vota soluerit vel sponte offert quicquid id fuerit in ho
locaustum domino ut offeratur masculus immaculatus erit de bobus vel de ouibus vel ex capris
De holocausto auis dicitur leuitici primo Si de auibus fuit holocausti oblatio de turturibus
aut pullis columbe offerret ad altare Sunt etiam impinguata siue medullata per sua
uitatem deuotionis propterea holocausta medullata tibi offeram cum incenso et arietibus. Item a
lias. Item holocaustum tuum pingue fiat sicut pinguedo ex cibis sic deuotio excita
tur ex considerationis dei beneficiis et sicut pinguedo semper exiuit ita mens deuota tuta creatu
rentur. nec vult deus quod comedamus adipem quia non vult quod nobis afferat ascribamus
deuotionem Sunt etiam gemmata leuitici vi hec est lex holocausti cremabitur in altari tota
nocte vsque ad mane quod pertinet ad alacritatem iubilationis et gratiarum actionis sicut enim
post vesperam mane post ardorem flamme lux serena ita post feruorem dilectionis et deuo
tionis quedam iubilatio est et alacritas letitie excessiua ysaie lvi. letificabo eos in
domo orationis mee holocausta et victime eorum placebunt mihi. Habes igitur statum reli
giosum et perfectum fratrum statum religiosum sub methafora domus quo ad murum quia fundata
sunt paupertate. edificata in aduersitate. dilatata in immositate ornata in honestate. Habes
etiam refectionem tam de mensa aliorum temporalis ad necessitatem quam sapientie spiritualis ad vtili
tatem. quam cubare sacerdotis ad securitatem quam glorie eterne ad suauitatem. Habes etiam ma
nsionem tam in ergastulo quam in tabernaculo quam in cubiculo. quam in cenaculo. Habes etiam per
fectum in fratribus ordinatis qui pastor est sine negligentia. lector sine desidia. confessor sine
ignorantia. procurator sine auaricia. Habes etiam perfectum in fratribus distinctis in actiuis
sub methafora vestium. ad quos pertinet sapientie fulgor. celestis prurie amor iustitie
vigor. caritatis feruor. castitatis candor in prelatis qui impetrat populo gratiam
refrenat hostium maliciam. remittitur consueta angaria purgat patriam In con
templatiuis qui se exhibent holocausta immaculata per puritatem intentionis animata
per simplicitatem conuersationis impinguata per suauitatem deuotionis contremata
per alacritatem exultationis

Quiam vehementi amplexu amplexatus es me bone ihesu
qui sanguis exiuit de corde et aqua de latere tuo de corpore
O amantissime iuuenis quid fecisti ut talia patereris certe
ego sum causa doloris tui / Vnde tibi xpe / O homo manus
ut facias que fecit / latus ut sencias que sentit / pedes ut
ambules qua precessit / O dulcis et desiderabilis umbra sub
alis ihesu ubi est et oppressis tutum refugium et dulce tribulatis refrigerium
O homo si collegisses guttas sanguinis xpi cadentes nonne eas cum sol
licitudine custodires / Quanto magis animam tuam pro qua sanguinem
suum effudit custodire debes / O bone ihesu quanta pro hominibus passus
Dura verba / duriora verbera / durissima carnis vulnera / O bone ihesu
non est amor tuus ociosus / qui te diligunt non tepescunt / Non est amor
tuus tristicium si eterne / Memoria tua super mel dulcis / meditacio de te
plus quam cibus suauis / de quo loqui refectio est / te nosse optima con
solacio est / tibi adherere vita eterna est / a te separari mors perhennis est / Nichil
querere michi dulce fiat / nichil placeat ut passionem adhereat / Vilescant
cant / omnia preter te / Tedeat gaudere sine te / delectat contristari post
te / O bone ihesu si oportuerat te pati et ita intrare in gloriam tuam
Quomodo nos miseri credimus intrare gloriam non nostram nisi sub
paciamur / O caritas paciens et compaciens exspectans et trahens surgentes
et adducens / Caritas non veritatur si deputatur / O quam indebita miseracio
quam gratuita et probata dileccio / quam inopinata dignacio / quam stupenda
dulcedo / quam inuicta mansuetudo regem glorie pro despectissimo
vermiculo crucifigi / quis audiuit unquam tale aut quis vidit huic
simile / O duri indurati obdurati et miserati filii adam / quos non
emollit tanta benignitas / tanta flamma caritatis / tam ingens amor
amoris / tam vehemens amator qui pro vilibus sarcinulis preciosas
margaritas expendit / Quid debuit facere et non fecit / Illuminauit
cecos / reduxit errones / reconciliauit reos / et iustificauit impios / O
anima mea dilige illum a quo tu dilecta es / intende illi qui intendit
tibi / quere querentem te / ama amatorem tuum / ama cum amore
preuenta es qui est causa amoris tui / O anima mea ama illum qui
eduxit te de lacu miserie et de luto fecis / Elige illum amicum
tuum qui pro omnibus amicis tuis cum omnia subtracta fuerint solus
tibi fidem seruabit in die sepulture tue / cum omnes amici tui rece
dunt a te / Ille te non derelinquet sed tuebitur a rugientibus preparatis
ad escam et conducet te in ignotam regionem atque perducet ad pla
teas superne syon et ibi collocabit te cum angelis suis ante faciem ma
iestatis sue / ubi audies illud melos angelicum / ubi est canticum
leticie / vox exultacionis et salutis graciarum actio et vox laudis atque
alleluia perpetuum / O anima mea suspira ardenter / desidera vehe
menter ut possis peruenire ad illam ciuitatem supernam de qua tam gloriosa
dicta sunt in qua sic letancium omnium habitacio est in te celum et
terra mare et omnia que in eis sunt non cessent michi dicere ut amem
deum meum / O felix iocunditas et iocunda felicitas sanctos videre
et cum sanctis esse / sed tamen deum videre deum habere meum et ultra
O anima mea si oporteret nos cottidie tormenta perferre si ipsam iehennam
longo tempore tollerare ut xpm in gloria sua videre possemus / cum
sanctis eius sociari / non erat dignum pati omne quod triste est ut tam
bonum tanteque glorie participes haberemur / Insidiantur igitur de
mones parant insidias temptaciones frangunt ieiunia pernoctat ves

tinea labores gravant vigilie exsiccant me isti inquietant ille et
ille frigus macerat conscientia murmurat calor urat caput
doleat pectus ardeat inflammatur stomachus pallescat vultus
infirmetur totus deficiat in dolore vita mea et anni mei in ge=
mitibus | ingrediatur putredo in ossibus meis et subter me scateat
ut requiescam in die tribulacionis et ascendam ad populum accinctum
meum | O anima mea exultans ad civitatem celestem in qua scripti sunt
et cives decreti | Sicut ergo cives sanctorum et domestici dei et sicut
heredes dei · coheredes autem christi | Consideremus inclitam urbis illius
felicitatem inquantum considerare possibile est | Dicamus ergo cum propheta
unam petii a domino hanc requiram ut inhabitem in domo domini omnibus
diebus vite mee | O bone ihesu fons indeficiens potorum corda efficaces
ad te currere te solum sitiens mihi solus erit sufficiens fili dei et
vita sempiterna et sempiterna beata | ubi gaudium sine merore requi=
es sine labore | dignitas sine tremore | opes sine amissione | sanitas
sine languore | habundancia sine defectione | vita sine morte | per=
petuitas sine corrupcione | beatitudo sine calamitate | ubi omnia bona
in caritate perfecta | ubi species et visio facie ad faciem ubi plena scientia
in omnibus et per omnia | ubi summa dei bonitas cernitur et lumen illu=
minans a sanctis glorificatur | ubi presens maiestas dei conspicitur Et hoc
cibo sine defectu mens intuencium saciatur | O dives omnium bonorum
dapium superne saccietatis, opulentissime largitor deus | da lasso cibum
collige dispersum libera captivum redintegra scissum | en stat ad hosti=
um et pulsat obsecro per viscera misericordie dei quibus visitasti
nos oriens ex alto | iube pulsanti misero aperiri ut liberis gres=
sibus ingrediatur ad te et requiescat in te | et reficiatur de te pane
celesti | tu es panis et fons vite | tu lumen claritatis eterne | tu
omnia ex quibus vivunt iusti qui diligunt te | o amor qui semper
ardes · et numquam extingueris dulcis christe deus meus bone ihesu ca=
ritas amor cordis mei | Accende me totum igne tuo amore tuo
et dilectione tua exaltacione desiderio tuo caritate tua iocunditate
tua voluptate et concupiscentia tua que sancta est et bona que casta
est et iocunda · munda ut tota dulcedine amoris tui plenus tota
flamma caritatis tue vaporatus diligam te dominum deum meum dilectissimum
et pulcherrimum ex toto corde meo et ex tota anima mea et ex to=
tis viribus meis et ex omni intencione mea cum multa cordis
contricione et lacrimarum fonte cum multa reverencia et tremore habens
te in corde et in ore et pre oculis meis semper et ubique ita ut nullus in me
mundanus vel terrenus habeat locum | O misericordissime tibi me com=
mitto reddo et concedo per quem vivo et sapio | in te confido spero et
totam spem meam pono per quem resurgam vivam et requiescam | te
cupio te diligo te adoro cum quo manebo regnabo beata ero | anima
que te non querit nec diligit | mundum diligit peccatis servit viciis sub=
iecta est numquam quieta numquam secura est | famuletur tibi semper
mens mea piissime domine | suspiret tibi peregrinacio mea | ardeat in
tuo amore cor meum | requiescat in te deus meus anima mea con=
templetur te in mentis excessu | cantet laudes tuas in iubilacione
et hec sit in hoc exilio consolacio mea | confugiat mens mea sub
umbra alarum tuarum ab hostibus huius seculi | requiescat in te cor
meum mare magnum turgens fluctibus | O clementissime te in=

voco in animam meam quam preparas ad capiendum te ex desiderio quod
inspirasti ei intra ergo in eam et coapta eam tibi ut possideas illam quam
fecisti et refecisti ut habeam te velut signaculum super cor meum O
piissime domine et rogo te ne deseras qui prius quam te vocarem
me vocasti et quesiuisti ut ego seruus tuus te quererem querendo in-
venirem et inventum amarem quesivi et inveni te domine et amare
desidero auge desiderium quod peto quoniam si cuncta que fecisti michi
dederis non sufficit seruo tuo nisi temetipsum dederis O domine deus me-
us redde te michi en amo te et si parum est amem te validius Dulce-
dinem peregrinatio mea tibi suspirat tuam ineffabilem pietatem me-
ditatur et ipsa carnis sarcina minus gravat cogitacionum tumultus
cessat pondus mortalitatis et miseriarum more solito non hebetat silent
cuncta tranquilla sunt omnia cor ardet animus gaudet memoria vi-
get intellectus lucet et totus spiritus ex desiderio visionis tue accen-
sus invisibilium amore rapi se videtur O dulcissime ihesu christe
assumat spiritus meus pennas ut aquile volet et perveniat usque ad de-
corem domus tue Et ad thronum glorie tue ut ibi super mensam re-
fectionis civium supernorum pascatur Deducit tuus in loco pascue tue
iuxta fluenta plenissima O deus meus tunc adesto michi quem
quero quem diligo quem corde et ore et qua valeo virtute laudo
atque adoro Mens mea devota tibi tuo amore succensa tibi suspirat
tibi inhians te solum videre desiderans nichil habens dulce nisi de te
loqui de te audire de te scribere de te conferre tuam gloriam fre-
quenter sub corde meo revolvere ut tua suavis memoria sit inter hos
turbines aliqua respiracio mea Te ergo invoco desiderantissime
domine ad te clamo clamore magno in toto corde meo et tu in te
voco ubique in me ipsum voco quoniam omnino non essem nisi esses in me
et nisi ego essem in te In me es quoniam in memoria mea manes ex
quo te cognovi et in ea invenio te cum reminiscor tui et delector in te
ex quo omnia per quem omnia in quo omnia Tu celum et terram imples
omnia portans sine onere omnia implens sine conclusione O Prima
felix humilitas penitencium o beata spes confitencium quam potens apud
omnipotentem quoniam facile vincas invincibilem quoniam cito tremebundum
iudicem convertis in piissimum patrem O humilis lacrima tua est potes- Lacrima
tas tuum est regnum Tu non times accusantibus silencium imponis Tu non
ab ore iudicis rapis Tu sola intras inrequisita Tu sola exibis [illegible] Tu vin-
cis invincibilem tu ligas omnipotentem O bone ihesu totus mundus
videt et in tua persecucione curasse et ecce illi in tua persecucione sunt primi
qui in tua ecclesia videntur regnare principatum O prima salus anime
restauracio virtutum dissipacio viciorum obrupcio inferni porta
celorum via miserorum refectio beatorum felix qui te amat et ad ultimum
vite custodit Omnibus omnia facta est virgo beata sapientibus et insi- Maria
pientibus sinum sue misericordie aperit ut de plenitudine eius accipiant
universi captivus redempcionem eger curacionem tristis consolacionem peccator
veniam iustus graciam angeli leticiam tota trinitas gloriam
persona filii humane carnis substanciam ut non sit qui se abscondat a
calore eius Omne tempus tibi impensum requiretur a te quale
fuit expensum Omne tempus in quo de deo non cogitas hoc te com- Xpus
puta perdidisse Ihesus mel in ore melos in aure iubilus in cor-
de O nequam ubi est illud nequaquam moriendum et ecce cottidie

Passio xpi

moriem Memoria crucifixi vicia crucifigit Si passio xpi ad me-
moriam reducatur nichil adeo durum quod equo animo tolleretur non
Creature possunt dne celum et terram mare et omnia que in eis sunt
et non inuenio te nisi in cruce ibi cubas ibi dormis in meridie
videntes angustias nisi xpi ihu vos dolores portabitis ab utero
virginis usque ad patibulum crucis Volue et reuolue vitam saluato-
ris et non inuenies in eo nisi stigmata paupertatis et doloris non debet
esse membrum sub capite spinoso Si scribas aut conferas non sapit nisi
sonuerit tibi ihus per humilitatem hec est via et non est alia Considera
xpm pauperem natum sine hospicio inter bouem et asinum positum in pre-
sepio vestitum vilibus panniculis fugientem in egyptum sedentem in asino
nudum in patibulo Quid superbis puluis et cinis cuius conceptus culpa
nasci miseria viuere pena mori angustia Cur instatis ad verbi flatum
quod vel carnem vulnerat vel mentem inquinat O dulcedo amoris
amor dulcedinis comedat te venter meus et nectare tui amo-
ris repleantur viscera mea et eructet mens mea verbum bonum Ca-
ritas deus est mel dulce lac uniuersum cibus es grandium fac
me crescere in te ut sano palato possim te manducare a me Tu es vita
mea qua viuo spes cui inhereo gloria quam adipisci desidero Tu in-
cor tene mentem rege intellectum dirige amorem erige animum suspen-
de et in superna fluenta sicientem detrahe O anima insignita yma-
gine dei decorata similitudine desponsata cum angelis capax beatitudinis
heres bonitatis racionis particeps quid tibi cum carne O regnum celorum re-
gnum felicissimum regnum carens morte et vacans fine cui nulla tempora suc-
cedunt per eternum xpo continuus sine nocte dies nescit esse tempus Ubi
victor miles donis ineffabilibus nobile preciosa capud amplectante co-
rona Cogita vnde venis et erubesce vbi es et ingemisce quo vadis et
contremisce Si fuit in summa gloria cogitare qualis caro mea ve-
ra sit mortua quid fedius humano cadauere Quid horribilius mor-
tuo homine cuius erat gratissimus amplexus erit horribilis aspectus In
morte quid prosunt diuicie quid honores si diligenter desideres quid
vos per nares ex corporis sensus vel meatus ingrediatur Nullus ster-
quilinium vnquam vidisti si speciose vestes subter te seruantur tinea et ver-
mes erunt operimentum tuum non aptaret anima indui vestibus preciosis nisi
prius esset virtutibus exspoliata Cum non plus diligit mundum quam deum
seculum quam claustrum gulam quam abstinenciam luxuriam quam castitatem
sequitur dyabolum et ibit cum eo in supplicium eternum Intollerabilis impu-
dencia est ut ubi se exinaniuit maiestas infletur vermiculus et
intumescat Mundus promittit et deficit dyabolus promittit et deficit decipit
xpus promittit et reficit In via dei non progredi est regredi Consilium
habeamus o homo accessum ad deum ubi habes matrem ante filium filium
ante patrem Mater ostendit filio pectus et ubera Filius ostendit patri latus
et vulnera nulla ergo poterit esse repulsa ubi tot occurrunt caritatis insignia
Si mouerit scopulos tribulacionum accedamus cum fiducia ad thronum
glorie Si insurgunt venti temptacionum respice stellam voca mariam
in periculis et angustiis in rebus dubiis mariam cogita mariam inuo-
ca non recedat a corde non ab ore Sileat misericordiam tuam virgo beata qui
tibi in suis necessitatibus fideliter inuocatam se meminerit defuisse Sic
domina sordibus et fetore peccatorum fedamur et timeamus ne a nobis
tuus vultus misericordie auertatur Si vis inuenire graciam eius inve-

Vestes preciosa

Maria

tricem uo mariam Si quis per eam graciam amiserit ad eius recurrat Maria
in penitentem Quid ad mariam accedere trepidat humana fragilitas nichil
est austerum in ea nichil terribile tota suauis est omnibus offert lac
et lanam Benedicta super omnes mulieres que angelos precellit puritate
patriarchas superas fidei magnitudine apostolos mentis caritate Et quis um-
quam inuocauit eam et non est exauditus ab ea Hec est ut pulchre
dilacionis et magnitudinis et sanitate spei que pro miseris orat pro afflictis
supplicat pro peccatoribus intercedit amplectamur marie vestigia fratres
et deuotissima supplicatione beatis illis pedibus prouoluamur teneamus
eam nec dimittamus donec benedixerit potens enim est Cuius maria
dicitur uel nominatur celum et ridet angeli gaudent mundus exultat
demones fugiunt infernus contremiscit Bona benignitas in maria
que fecimus utrumque non plenum accinitur absoluit virtutem ad graciam
prouocauit Merito in te virgo beata respiciunt oculi et inde Omnia inte
et ex te et de te benignissima manus creatoris quicquid creauerat
recreauit Quid non de fonte pietatis procedere potest nisi pietas quod
aut mirum si pietatem exhibent uiscera pietatis laudamus vir-
ginitatem tuam humilitatem miramur sed misericordia dulcissime virginibus
misericordia sapit dulcius crebrius inuocat

Religio in paupertate fundatur exigit obediencia dedicat castitate
custodit humilitate perficit caritate fidelis obediens
nescit moras nec mandatum procrastinat parat oculos
visui aures auditui linguam voci manus operi pedes itineri to-
tumque in se colligit interius ut exterius vocem impleat imperantis Perseuerancia
perseuerancia est vigor mentis virtutum consummacio ductrix ad meritum
mediatrix ad premium soror paciencie filia constancie amica pacis
humilitatis vinculum perseuerancia magnum dei donum est quo
dona cetera conseruantur perseuerancia est singularis filia summi regis
virtutum finis et consummacio inape victorum et finis pacatorum Deme
tote fratres xpistus ne perderet obedienciam perdidit vitam O homo consi- Passio xpi
dera filium virginis illusum sputis cesum flagellis liuidum plagis
attende creatorem celi stantem in cruce deformem carne pallidum
morte nec pertranseat donec videas dominum angelorum nouissimum virorum
et plenum omni dolore et omnibus detrimentis expositum talis medita-
cio lacrimas pectus aduerit suffundit oculos et pectus humec-
tat Certa hanc consideracionem fratres obuoluimur omni religiosorum instancia
O homo respice mortali seu inmortali oculo quanto remune-
racionis debito deo astringaris respice sudorem sanguineum ala-
pas contumelias cadenas sputa ludibria flagellorum constanciam
coronam spineam crucem angariam orta paciencia aceti pocu-
lum mortis supplicium O anima respice xpistum in cruce pendentem
capitis inclinacionem ad osculandum brachiorum extensionem ad amplex-
andum lateris aperturam ad tactum et totius corporis extensionem ad effectum
O quam bonus es domine animo querenti te sed querenti quanto magis
inuenienti Sed tam dulcis est medicina qualis potacio sed mel et lac
dulce sub lingua qualis exit super linguam O ingens sancti amo-
ris quam dulciter capis quam gloriose illaqueas quam suauiter premis quam
feliciter vincis quam fortiter stringis quam delectabiliter oneras quam sapienter
erudis Felix amor ex quo nascitur strenuitas morum puritas af-

scitivus subtilitas intellectivus desideriorum sanctitas operum claritas vir//
tutum fecunditas iudicorum dignitas O felix sacietas o saciu(m) gaudium
O desiderabiles epule ubi anxietas nulla et nullum potest esse fasti
dium ubi sacietas summa et summum inerit desiderium O homo contra
quem dicas quando contra te loquatur consciencia cum te accusabunt elementa
cum crux christi contra te portabitur et christum per vulnera allegabit cum cla
vi conquerentur cum vulnera loquentur O magna abusio et vere mag
na quod homo vilis vermiculus dives esse velit ex quo omnipotens pau
per esse voluit O anima mea necesse est ut aliam tibi domum provideas
ut cum hanc exieris ventis et frigoribus exponaris O pma
rutilancior auro splendidior sole pma respuit avariciam horret
luxuriam fugit furorem fremat amorem odit maculam cogit pecca
torem omnia confiteri O christiane disce a christo quemadmodum diligas christum
disce amare dulciter amare prudenter dulciter ne illecti prudenter
ne decepti fortiter ne depressi ab amore domini avertamur quoniam qui amat
ardencius velocius currit et pervenit cicius O bone ihesu cum te amo
utriusque dilectionis teneo dei et proximi Una mens proximus es quoniam
homo es et fecisti nos ad ymaginem et similitudinem tuam es super omnia deus benedictus in
secula Una amor est ubi labor non est si sapor quoniam nichil est amanti
difficile mitibus asper humilibus asperum quoniam qui graciam confert
auxilium et obedientiam devocio lenit impium O tristicia letificans
o pavor confortans o passio salvans o infirmitas roborans

O Misera vita que tantos in prosperis decipis tantos seduxis
ti tantas excecasti que dum fugis nichil es cum videris
umbra es cum exaltaris umbra es fumus es dulcis es
stultis amara sapientibus qui te amant non cognoscunt et qui te con
tempnunt ipsi te intelligunt Timenda es fugienda es qualis um
bra et velut sompnium periculosa et brevis et nichil es ve qui cre
dunt beati qui te contempnunt ve et iterum ve qui te diligunt beati
et vere beati qui te spernunt viam non est vera quoniam ondis aliis te esse
longam ut peccent in fine aliis brevem ut dum penitere volunt
non permittas aliis latam ut fugiant quod nolunt aliis angustam
ut non benefaciant aliis tristem ut non consolentur de bono inter ro//
ganda es non credam misera es et mortalis es et non diu mansura
ideo sapiens fuge quod vis O homo illum diem tantummodo te vix
isse computa in quo omnes voluntates proprias abnegasti In quo ma//
lis desideriis restitisti quem sine ulla gravi transgressione duxisti O homo
si amara tibi videntur opera penitencie aspice lignum crucis et reduc
in memoriam benedicte dominice passionis Et omnia amara dulcora
buntur O homo contempne omnia et habebis omnia Simplicitas castitas
videlicet humilitas in divitiis pietas in negociis veritas in multi
loquiis caritas in negocis secularis O homo aspice caput inclinatum
ad te osculandum salutandum os clausum ad te osculandum latus
apertum ad te diligendum manus perforatas ad erogandum pedes clavis
confixos ad tecum permanendum totum corpus in cruce extensum ad te se
largiendum O homo quid sollicitus es de regali edificio cum dominus
deus tuus iacet in presepio et sit ei locus in diversorio Unde cogitas
de vestimentis ecce christus salvator mundi involutus est vili panni//

culo Quando laboras de diuturno collegio saluator tuus latet cum boue
et asino Quando anxiaris de domo rex glorie xpus Joseph et marie
obedit impio O homo agnosce quam grauia sunt crimina pro quibus
oportuit xpm dominum vulnerari si non fuisset haec ad mortem sempit-
nam nunquam pro ipsis filius dei moreretur O homo attende quanto
constas ut quantum destas quam similis sis deo et quam dissimilis Si quis quasi
in caritatis vino inebriatus fuit ad omne opus bonum hylarescit dolet
et non sentit laborat et non lassescit desiderat et non audit cum manibus
pectora gemibus pauimenta tundimus votis et deuotis orationibus
altaria cumulantur sordent gene lacrimis atque suspiriis ingeminat diuersa
tia et propriis sensibus clausis sacra tecta resultant mihil celi ciuibus
magis spectare libet nil regi summo iocundius exhibetur comparandus
est illi qui dedit nobis claues in salsam carnem in abissum sagittes
in medicinam animam preciam pro redempcione Ecce eum vide voluntas
stoti est Vide enim sicut facta est caput adorandum angelicis spiculis
spinarum cuspitatibus constringitur Oculi meliores sole caligantur In
morte os quod docet angelos potatur felle et aceto Facies pulchra
pre filiis hominum deturpatur sputis iudeorum Manus que fundauerunt
celos extenduntur in cruce clauis confixe Quando plures sola lig-
nam liberam habuit adorandum et mortem dilecto discipulo commen-
dauit Quando sum ego domine pauca salute ita te reclinasti quem
tam dilexisti pro quo descendisti in carcerem in mortem et morte cru-
cis vadis pro amatore ad immolandum pro nobis Non te sequitur petrus qui
dicebat pro te moriar reliquit te thomas et qui dixit Eamus et
nos moriamur cum illo et nullus ex illis sed tu solus ad mortem
vadis primo domine venit celestis medicus infirmare curare et
fremos non curaui sanare vulnera et spoliari ac opprobriis contumelia
dare honorem sustinere laborem dare salutem subire mortem dare
vitam ut deus qui erat inuisibilis pateretur pro nobis Qui
erat immortalis moreretur pro nobis Verbum caro factum est et
habitabit in nobis Diligam dominum deum meum creatorem largitorem
largissimum administratorem piissimum consolatorem sollicitum guber-
natorem et insuper copiosissimum gubernatorem ditatorem et glorifica-
torem cum ipso sum in tribulacione Domine da nobis spem tribulacionum
ut merear scis mira res Judei clamabant crucifige Sed ipse ignos-
ce Magna illorum iniquitas sed maior tua pietas Domine quam multo
es ad ignoscendum in opere nostre redempcionis multa dixit mira fecit
dura sustinuit In verbis habuit contradictores in factis exprobratores
in tormentis illusores Super omnia reddit se amabilem bone ihesu
calix quem bibisti pro redempcione nostra inest xpi passionem Quis
tam deliciosus qui non abstineat Quis tam iracundus qui non
condonet Quis malitiosus qui non condoleat et spiciens ad xpm
quam pauci sunt homines bone qui post te velint ire Quamuis
sint aliqui qui ad te velint peruenire Scientes enim quod delectaciones
sunt in dextera tua usque in finem Consequi te volunt sed non sequi
eum sed non imitari Paciencia xpo exhibet humilitatem commendat obedienciam
implet et perficit caritatem Hos nempe virtutum quibus quatuor
ceruus corrigia currus ornamentis que est supereminencior caritas

Caritas [right margin]

Caritas 1
Obediencia 2
Paciencia 3
Humilitas [bottom right margin]

Iusticia.

Voluntas propria.

a dextris obediencia a sinistris paciencia radix virtutum humilitas Super altare
sicut dicit apostolus Semetipsum obtulit in mactatio deo viventi debemus
superiori obedienciam et reverenciam pari consilium et auxilium inferiori custo
diam et disciplinam Nunquam erit bonum quod erit ad scandalum fratrum
Tuis superbiam fuge caue singularis vocari qui singularitatem sectatur
et ab unitate recedit sequitur dyabolum Cum plures nolunt apparere
singulares et caput scismatis et divisionis magna superbia est cum quis
singularis sibi vult vivere Magnum malum est propria voluntas que efficit
ut bona tibi mala fiant Nichil ardebit in inferno nisi propria volun
tas cesset propria voluntas et cessabit infernus Non licet subditis dis
cernere sed simpliciter obedire Cogita dominicam passionem et erubesces
sequi propriam voluntatem :

Transfige dulcissime ihesu medullas anime mee saluberrimo
ac suavissimo vulnere amoris tui vulnera viscera mea vera
et firma et ampliori caritate ut vere ardeat langueat
liquescat anima mea solo semper amore tuo concupiscat et deficiat
anima mea in atria tua cupiat dissolui et esse tecum Da ut anima
mea te solum semper esuriat panem vite celestis qui de celo descendisti
panem angelorum refectionem animarum sanctarum panem nostrum cottidianum
et supersubstancialem habens omne delectamentum et omnem saporem sua
vitatis in quem desiderant angeli prospicere te semper esuriat te semper
comedat cor meum et dulci sapore tuo repleantur viscera anime
mee te semper siciat cor meum fontem vite fontem sapiencie fontem eterni
luminis torrentem voluptatis ubertatem domus dei te semper cogitat te
cupiat te complectatur et te suspiret te ambiat te querat te inveniat
ad te tendat ad te perveniat te meditetur te loquatur omnia opera faci
at in laudem et gloriam nominis tui cum humilitate et discrecione
cum dilectione cum felicitate et affectu cum paciencia et pace cum profectu et perseve
rancia usque in finem ut sis michi totus omnia in omnibus ut sis semper spes
mea salus mea fiducia mea divicie mee dignitas mea delicie me
e dilectio mea refectio mea consilium meum expectacio mea direccio
mea meditacio meditatus odor bonus meus honor meus amor meus
leticia mea gaudium meum suavitas mea sapiencia mea studium me
um thesaurus meus in quo solo fixa et firma et immobilis sit
semper mens mea et cor meum amen :

Dulcis et benigne domine ihesu qui solus altissimus factus es
novissimus qui faciem tuam non avertisti ab increpantibus
et conspuentibus in te ne avertas quesumus faciem tuam a me
sed ostende michi eam quam desiderant angeli prospicere Signa
domine lumen vultus tui super me cuius visionem desiderat univer
sa terra Dic domine dic anime mee salus tua ego sum Doce animam meam
sitire sitire te fontem vite et fontem vivum et aquam vivam deside
rare Da michi domine toto corde toto desiderio ferventi animo ad te
aspirare et in te dulcissime et bone ihesu respirare totum spiritum meum
et omnia interiora mea qui es vera beatitudo nostra aduolare Scribe domine
ihesu vulnera tua in corde preciosissimo sanguine tuo ut in illis tuum le
gam dolorem et amorem ut cuius memoria semper apud secretum cor
dis mei maneat dolor passionis tue in me continue renovetur
et excitetur et ut amor victorie dilectionis tue in me attendatur et

p singulos dies augeatur usque dum te duce perveniam ad te desideratum
thezaurum omnium bonorum et gaudiorum repletum qui vivit et regnat deus
in secula seculorum amen.

Dulcissime xpe ihu bone sicut desidero sic tota mente peto da michi
amorem tuum dulcem et castum qui me repleat et totum possideat
at da michi signum vestri amoris tui scilicet fontem lacrimarum ut
ipse lacrime tuum in me ostendant amorem O benedicte et amabilis
ihu xpe qui plorasti super amicum tuum lazarum et flevisti super civitatem
sanctam iherusalem plorans super me fletu tuo passionis tue et presta michi
stillas dulcissimas lacrimas ut quotiens audio de te cogito tibi assisto
laudes preces orationes tibi offero totiens excuntibus lacrimis in conspectu tuo
copiose et dulciter fleam ita ut efficiantur lacrime mee panes die ac
nocte et sicut meritis sicut fuisti mulieri peccatrici in domo symonis leprosi
et fluant de oculis meis lacrime sicut fluxerunt de oculis suis quando
pedes tuos lavit et crinibus tersit et dimisisti eam in pace O bone
ihesu nazarene si tam dulce est flere de te quid erit gaudere de te
piissime ihesu In manus tuas domine commendo spiritum meum corpus meum et
omnem vitam meam et omnes actus meos usque in finem meum Amen
Ave dulcissime mi ihu xpe mitis et benigne cuius nomen est in
signe dulce et salutiferum

Domine ihu xpe misericors et miserator qui es vera vita
cum spiritu sancto prout pro viribus humiliter te deprecor et moveo
omnium sanctorum quatinus extinguas superbiam que est mater omnium
malorum Suffoca invidiam per quam mors intravit in orbem terrarum
Deprime iram qua nemo potest cernere verum Constringe avaritiam
quia nil scelestius est avaro Eterne accidiam que est impedimen
tum totius bonitatis dequo dicit scelus sed Tristiciam ne det anime
mee Mortifica vicium gule quo totus orbis periit Conculca luxu
riam cum qua nemo sapiens moratur et sit abhominabilis apud
deum et homines Subplanta et eradica vicium lingue quod est inqui
etum malum plenum veneno mortifero et omnem concupiscentiam ma
lam et cuncta contraria anime mee per tuam namque benignitatem et
misericordiam concedi michi peccatori in hoc seculo veram
agere penitenciam et dona michi fidem timorem et amorem spem sa
pienciam scientiam et castitatem paciencia reverenciam et humilitatem con
punctionem devocionem et caritatem temperanciam et iusticiam pietatem
honestatem et sanctitatem atque omnium bonorum operum virtutum donare
digneris ut ad gloriam paradisi cum sanctis et electis tuis perve
nire queam in infinita secula seculorum Amen

Expliciunt Contemplaciones beati
Richardi Abbatis Claraevallis

Exhortaciones beati Bernardi ad monachos.

In Iseratur et misericors dominus de via plena miserie
et sine via miserabiles miseros miseracionis virga
et certe virga ferrea sepius educat eductos quos
humilis confessio innouat et ad viam veritatis virga
direccionis adducat adductosque per ea continuacio in via
miserabili virga vigilacionis deducat Omnibus denique
largitate omnium bonorum non solum reddit laborem sudorum suorum quinymo
ad huc in via inmaculata ambulant procedendo precium conferens eos
larga manu conducat quos tandem tamquam inrecitos emeritos
via perseuerancia virga consumacionis in gloriam dei inducat O mi-
serabiles miseri quos ipse miserie huius miserabilis vie et vite
seducunt dum ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna
descendunt O fortunati o ter quaterque beati contemptores huius
mortalis vite qui obediendo verbis et operibus domini que sunt verba
vite letantur in via mirabili deducta que ducit ad atria vite Via
miserabilis est lata via iniquitatis Extrema eius ducunt et in-
ducunt in atria leti illos precipue qui cum peruenerint egrexerint magis
sunt leti Hec via que non misericordie sed miserabilitate est crudelis
crudeliter quam miserabilis in ingressu est delectabilis in progressu ex-
ecrabilis in exitu dampnabilis In ingredientibus mel sophisticum pro-
gredientibus fel et acetum et egredientibus insanabile venenum aspi-
dum Ingredientes contaminat progredientes obstinat egredientes exterminat
Recta via miserabilis scilicet via miseracionis et equitatis est in ingres-
su dura in processu dulciora in egressu dulcior decora ingredientes
eum tamquam aurum in fornace purificat gradientes sanctificat egredientes
glorificat

Dominus et fratribus N priori A et B sabbim delicatum
pene impudens et plus quam decebat os meum patet ad
vos carissimi in christo fratres Non possum obmittere deo sat
cognoscite quia cor meum dilatatum dilataui et vos ob-
secro in visceribus vestris et capite vos quia toto vere sum in eo in-
tuens visceribus meis virtutem capimus vos Ideo ex quo recessi a vobis
usque nunc qualemcumque laborem cottidianum statui dedicare non in
vobis qui non indigetis sed Stephano et fratribus eius iunioribus
et nouiciis venientibus ad vos quorum ductor solus deus est ut habeant
et legant si forte ibi aliquid inuenerint utile sibi ad solacium solitudinis
sue et sancti propositi maturantium Offero quod possum bona scilicet volunta-
tem eam eciam a vobis repeto cum fratribus suis dauid saltando placuit
deo non propter saltando sed propter affectum Sicut et mulier que vnxit pe-
des domini laudata est a domino non quia vnxit sed quia amauit
Et quia quod habuit hoc fecit et in eo iustificata est Deinde eciam
vobis arbitratus sum dedicandum quod in consolacionem suam et in ad-
iutorium fidei facere me compulit factum quorumdam plus anxia
quam periculosa necessitas quorum tristicia plurimum non solet facere gau-
dium nisi quod contristatos eos videre non possum Pre magnitudine
quippe non solum fidei sed eciam amoris ex eo sunt adeo habent quic-
quid esse videtur contra fidem ut si vel ad modicum seu ex sponte blasphe-
mie seu ex ipso sensu carnis sue hec fuerint attemptati vel pulsati

quasi ex solo auditu vel contactu lesam omnino in seipsis estiment
conscientie puritatem et miserati defleant ipsos quasi reprobos circa fidem
Omnibus contingit a seculi tenebris ad purioris vite exercitia ve-
nientibus que contingere solent repente prodeuntibus ad lucem a diu-
tinis tenebris sicut incarceratis ut sicut in illis lux ipsa qua
cetera videnda sunt primo occurrens infirmis oculis sit molesta sic
et illi ad primum fidei lumen cecutiant neque insolitos nove lucis
radios possint sustinere donec lucis ei amore assuescant De hoc
Tractatus ad solitudinem
Orientale lumen et antiquum illum in egipto religionis fervorem tenebris occidentis et gallicanis frigo-
ribus inferentibus vite scilicet solitarie exemplar et celestis for-
mam conversacionis occurrere et concurrere anima mea in gaudio spiritus sancti facit
me in risu cordis in favore pietatis et in omni obsequio devote voluntatis
Sic enim epulari in domino et gaudere oportet quia christiane religionis spe-
ciosissima porcio que celos tangere sublimitate videbatur mortua erat
et revixit perierat de mundo et inventa est Auditu auris audiebamus
vix credebamus legebamus in libris et mirabamur de antique vite
solitarie gloria et magna in ea gloria dei cum subito invenimus
eam in campis silve in monte dei in monte pingui Ubi iam de-
coris sui ingrediuntur speciosa deserta et exultacionem colles accingunt Ibi
enim iam per vos se offert omnibus et in vobis se demonstrat et ignota
hactenus innotescat in paucis simplicibus totum sibi mundum subiecit
ipso mundo mirante Licet enim magna et divina plane fuerint mira-
cula que dominus gessit in terris hoc tamen unum super omnia alia eminuit
et cetera cuncta illustravit quod sic dictum est in paucis simplicibus
totum mundum et omnem eius multitudinem sibi subiugavit Quod nunc
cepit operari in vobis pater quoniam sic beneplacitum est ante eum Abscondit
enim hec a sapientibus et prudentibus huius seculi et revelavit ea
parvulis Nolite ergo timere pusillus grex dicit dominus sed omnino confidite
quoniam complacuit deo patri dare vobis regnum Videte vocacionem vestram
fratres ubi sapiens inter vos ubi scriba ubi conquisitor huius seculi Ita
et si sunt inter vos aliqui sapientes aggregavit eos qui olim reges
et potestates mundi huius per piscatores sibi subiugavit Exinite ergo si
inter sapientes huius seculi de spiritu huius mundi tumebatis alta sapientes
et tecum lugentes sapienter descendere in infernum Vos autem dum fo-
dit peccatori fovea sicut cepistis stulti facti propter deum per illud quod
stultum est dei sapientibus omnibus hominibus christo duce humiliter
apprehendite disciplinam ascendendi in celum Vestra enim simplicitas iam mul- Simplicitas
tos provocat ad emulacionem vestra sapientia arctissima paupertas iam multorum accen- religiosorum
dit cupiditatem vestrum secretum iam caros eorum qui tumultum facere
viderit pluribus incussit horrorem Si qua ergo consolacio in christo si
quod solatium caritatis si qua societas spiritus si qua viscera miseri-
cordie implete gaudium meum timete deum et omnes timentes et dilige-
ntes nomen domini et in veritate vestitus de caritate aureo sapientie di-
vine assistentis ad dexteram sponsi vestro studio vestra instancia ad dei gloriam
et magna coronam vestram et gaudium omnium bonorum huius sancte novitatis
instauretur renovamentum Novitatem vero dico per hoc nequaquam
a quarum condicione abscondat vos in abscondito faciei sue hominum im-

Sapientes seculi

piorum qui cum manifestum lumen veritatis obnubilare nequeant
de solo novitatis nomine cavillantur veteres ipsi et in veteri mente nec
accedere nova meditari volentes veteres utres non capientes vinum novum quod
si in eos infunderetur rumperentur. Sed hec novitas non est novella
novitas sed res antique religionis perfecte fundata in Christi pietate
antiqua hereditatis ecclesie a tempore prophetarum premonstrata iam nove gratie
sole exorto in Iohanne baptista instaurata et innovata ab ipso domino
familiarissime celebrata ab eius discipulis ipso presente concupita. Cum
transfigurationis gloriam cum vidissent qui cum eo in monte sancto erant
continuo petrus in eo quidem abreptus sibi et nesciens quid di-
ceret Una visa maiestate domini commune bonum inter speratum sui vi-
sus est conclusisse in eo autem pretiosissima sibi et secretissima quod diceret
Una gustata suavitate eius optimum sibi iudicavit in hoc se esse
vitam hanc inhabitare cum domino et tamen supponere quos tunc secum vide-
rat concupivit dicens Domine bonum est nobis hic esse faciamus tria
tabernacula tibi unum moysi unum et helye unum. In quo si exauditus
fuisset facturus procul dubio post modum alia tria sibi unum iacob
unum iohanni unum. post passionem vero domini calente adhuc in cordibus fi-
delium effusi eius sanguinis recenti memoria solitariam hanc vi-
tam profitentibus paupertatem spiritus sancti sectantibus et in spiritualibus
exerciciis et in contemplatione dei pergere certum alterum in alterum zelan-
tibus deserta repleta sunt. Ex quibus legimus paulum Macharium
Anthonium Arsenium et alios quam plures in sancta huius conversationis
certamine reputatos consulares veros egregia nomina in civitate
dei nobiles et triumphales titulos habentes de victoria seculi et prin-
cipibus huius mundi ac corporibus suis de cultu animi et domino deo suo. Si-
le autem ergo qui in tenebris de luce iudicantes vos arguunt novi-
tatis ex habundancia male voluntatis potius pocius arguendi ve-
laudatores. tustatis et vanitatis. Sed et laudatores et detractores semper es-
tis habituri sicut et dominus laudatores preterite et quod in vobis bo-
·detractores· num amant hoc in eis amate. Detractores dissimulate et pro eis
orate et obliti que retro sunt pretergressis scandalis que invita
iter vobis a dextris et a sinistris posita sunt In anteriora vera vos
extendite. Si enim ad singula volueritis vel laudatoribus respondere
vel cum detractoribus litigare tempus potius cum in proposito sancto
non licebit iactura est. A tergo enim ad celos festinantem qui moratur
et si non detinet pluvia tamen nocet. Nolite negligere nolite tarda-
professio re grandis vobis restat via altissima est professio vestra celos transit
par angelis est angelice similis puritati. Non enim solum vovistis
omnem sanctitatem sed omnis sanctitatis perfectionem et omnis consummacionis
finem. Non est enim vestrum circa communia precepta deum laudare vel hoc
solum attendere quod precipiat deus sed quid velit probantes que
sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Aliorum enim est deo servi-
re vestrum est adherere. Aliorum est deum credere scire amare et venerari ves-
trum est sapere intelligere cognoscere et frui. Magnum est hoc arduum est
hoc sed omnipotens et benignus est qui in vobis est pius promissor fi-
delis redditor indefessus adiutor qui magno eius amore mag-

ptentibus et in fide et spe gracie eius maiora viribus suis ag-
grediētibus et voluntatem et desiderium suggerit in idipsum Et qui
graciam voluntatis erogavit subrogabit eciam facultatem ad pro-
veniendum Cum enim fideliter facit homo quod potest calumpniante ca-
lumpniatore ipse misericorditer pauperi suo iudicium facit et causam
quia quod habuit hoc fecit

De consideratione sui ipsius

Absit enim fratres a consciencia vestra estimacio a puritate et sim-
plicitate vestra et ab ore vestro omnis altitudo quia altum sapere
mors est Et facile est eum in alto se constituentem obstupescere et
ita precipitari Nomen autem vestre professioni imponite aliud titulum operi vestro
ascribite Feras vos potius indomitas et incatenatas bestias que
alter quam hominum more domari non potuerunt estimate et appellate Lon-
ge super vos videte eorum suspirantes gloriam eminentes ambidextri
fortissimi sicut Aioth ille iudex Israel qui utraque Et quem dum lux de-
votissime intus vacare caritati contemplande veritatis et cum necessitas
vocat ad officium trahit promptissime se foras mittat puritate ad im-
plende caritatis Hanc coramsine dei ne questuum imitari non vi-
dampnare non videaris Volo hoc facias in egritudine ad hunc tua
quod sanctissima adhuc esset faciebat qui dicebat Venit Ihesus Christus
in hunc mundum peccatores salvos facere quorum primus ego sum Neque sic
dicebat Paulus mentiendi proprietate si estimas affectionem Cum enim
perfecte examinando seipsum intelligit sue peccato nullum peiorem par esse es-
timat quam non sicut suum Volo ergo ut numquam arbitreris esse liceam
sibus terminum dici nisi in cella tua numquam te serenum nisi pe-
nes te numquam operam graciam dei nisi in consciencia tua An solitarios
deus tibi super omnes miseretur et non omnes deus et nichil odit eorum que fe-
cit Volo te cogitare ubique serenum esse nisi apud te et peccatis de-
cet Cum timore potius et tremore decet
te quam de aliquo estimare neque quales sunt alii sed quales ex nobis
aliorumque salutem operamini neque quales sunt alii sed quales ex nobis
sunt cogitare non solum qui modo sunt sed qui po-
stea futuri in vobis cogitare non solum qui nos sunt sed qui pa-
siant quorum in sancto proposito imitatores estis habituri
vos venturi sunt quos in sancto proposito imitatores estis habituri
ex nobis enim et vestro exemplo ex vestra auctoritate et regimine pendet habet
Ex nobis enim et vestro exemplo vos in eo et post vos in eo
omnis posteritas ordinis huius sancti Vos in eo et post vos in eo
omnis posteritas ordinis huius sancti appellabimus a successo-
ribus statutores cum debita imitacionis reverencia appellabimur a successo-
ribus verbis Cumque a nobis statutum quicquid a nobis tenetis
et servantibus in consuetudinem fuerit missum absque omni retractacione
postea vobis ponendum erit et servandum et neque probabile erit ab aliquo
postea vobis ponendum erit et servandum et neque probabile erit ab aliquo
imitari Sicut enim de nobis erit apud eos sit in immutabilibus
legibus firme et eterne ubicumque est apud nos quos secuturos omnibus
expedit et scire non aut liceat alicui diiudicare deo aut gradus Summa
neque indignum vobis erit neque inutile posteris si pie si fortiter et vos
temueritis et ipsi in vobis fideliter imitentur quod vos tenetis et
si quid adhuc aliud sapere oportuit et hoc deus vobis revelabit Pal-
ma enim pre omnia carthusie soliditatis debita et omni laude predicanda re-
verencia multa in alpinis illis horrendis et continuis frigoribus
vicia sunt que frugalem sufficienciam et voluntariam paupertatem
sectantibus in illis duntaxat regionibus non adeo vicia videntur

Intelligitis que dico Dabit enim vobis deus intellectum Gaudeo enim
in vobis et licet absens corpore presens spiritu et videns ordinem vestrum
sed fervorem spiritus sed habundanciam pacis sed graciam simplicitatis in propo
sito rigorem in meditacione mutua ipsam spiritus sancti suavitatem et ple
nam omnino in conversacione veram formam pietatis in exordacione vestra
de totis exultacio et primicias sancti spiritus et pignus gracie in spe crescentis
in eo religionis devocionis adoro Nam et ipsum montis dei nomen
sic quod psalmus dicit De monte dei habitata sit in eo generacio querencium dominum
querencium faciem dei iacob innocentes manibus et mundo corde qui
non accepit in vano animam suam Ipsa enim est professio vestra querere
deum deum iacob non communi hominum more sed querere ipsam faciem dei
quam vidit iacob qui dixit Vidi dominum facie ad faciem sicut et cog
nitus sum et nunc videmus per speculum in enigmate tunc autem fa
cie ad faciem et sicut est hanc inchoat vita querere sed perfectam
manuum et mundicia cordis debet ipsa pietas que sicut dicit iob
cultus dei est quam qui non habet in vanum accepit animam suam
hoc est frustra vivit vel omnino non vivit dum non vivit vita propter quam
ut in ea viveret accepit animam suam pietas ne sit magna dei
est memoria continua intencionis actio ad intelligenciam eius
indefessa affectio in amorem ut nulla unquam sine deo inveniat
non dico dies sed hora nisi vel in exteriori labore et proficiendi studio vel
inexperiencie dulcedine et fruendi gaudio hec est pietas de qua
apostolus dilectum discipulum amonet dicens Exerce teipsum ad
pietatem Nam corporalis exercitacio ad modicum utilis est pietas
autem ad omnia utilis est promissionem habens vite que nunc est et
future pietas enim non solum in forma sed et veritatem in omnibus
et per omnibus habitus vester repromittit propositum vestrum requirit
Nam sicut dicit apostolus Sunt aliqui pietatis quidem formam
habentes virtutem autem eius abnegantes hanc quicumque vestrum non habet
in consciencia non exhibet in vita non exercet in cella non solitarius
non solus dicendus est sed cella ei celum sed reclusio et carcer ei
est. Vere enim solus est cum quo deus non est. Reclusus est qui in deo
liber non est Solitudo enim et reclusio nomina miserie sunt Cella
autem nequaquam debet esse reclusio necessitatis sed domicilium pacis hostium
clausum non latebre sed secretum Cum quo enim deus est numquam
minus solus est Tunc enim libere fruitur gaudio suo tunc ipse suus
sibi est ad fruendum deo in se et se in deo tunc in luce veritatis in se
reno mundi cordis ultro pate sed pura consciencia et libere se infundit
affectiva de deo memoria et vel illuminatur intellectus et bono suo
fruitur affectus vel libere seipsum deflet humane fragilitatis defectus
propter hunc formam propositi vestri habitantes in cellis exclusi a nobis
toto seculo nos in clausistis vos deo

Celle siquidem et celi habitacio cognate sunt quia sicut
celum ac cella ad invicem videntur habere aliquam cognacionem
nominis sic et pietatis A celando enim et celum et cella nomen
habere videntur quod celatur in celis hoc et in cellis Quod enim nam
hoc vacare deo sicut deo vel eum sicut deum pie et fideliter sit in

celis audeo dicere sancti angeli dei cellas pro celis et eque delectantur
in cellis ac in celis Nam quando in cella ingeruntur celestia actitantur celo
celum et sacrandi similitudine et pietatis affectu et similis operis effectu proximum
efficitur neque iam spiritui oranti nulla corpore existenti a cella
in celum longa vel difficilis via invenitur A cella enim in celum sepe ascenditur
vix autem umquam a cella in infernum descenditur nisi sicut dicit
propheta Descendant in infernum viventes ne descendant morientes Hoc
enim more cellarum incole sepe descendunt in infernum sed non assidue
contemplando recensere amat celestia gaudia ut ardentius ea appetant
sic et dolores inferni ut horreant et effugiant et hoc est quod imprecatur
animabus suis orantes ut descendant viventes in infernum Morientes autem
vix umquam aliquis a cella in infernum descendit quia vix umquam
aliquis nisi celo predestinatus in ea usque ad mortem persistit Illum enim
gratie fructum ventris sui cella fovet nutrit amplectitur et ad plenitudinem
perfectionis perducit et colloquio dei dignum efficit Alienum
vero vel suppositum abicit a se cito et proicit Hinc ait dominus ad moysen Solve
calciamentum pedum tuorum locus enim in quo stas terra sancta est Porticium
enim mortuarum affectionum vel hominem mortuum a corde locus sanctus
vel sancta terra nequaquam diu patitur Cella terra sancta et locus sanctus
est in qua dominus et servus eius sepe colloquuntur sicut vir ad amicum
suum in qua crebro fidelis anima verbo dei iungitur sponsa sponso associatur
terrenis celestia humanis divina uniuntur Siquidem sicut templum dei
sic cella est servi dei Et in templo et in cella divina tractantur sed crebrius
in cella In templo visibiliter et figurate aliquando christiane pietatis sacramenta
dispensantur In cellis vero sicut in celis ipsa veritate ipso ordine et sicut
nondum ipsa puritatis maiestate eternitatis securitate rerum ipsa omnium sacramentorum
ipsa fidei nostre assidue celebrantur Ideo sicut dotum est alienum a
carnatorum fidei nostre ... quasi abortivum evomit tamquam inutile
non est filius cellarum a se proicit quasi abortivum evomit tamquam inutile
et noxium cibum neque diu pati potest tale in visceribus suis officina
et nexum ... Demum enim pes superbie et asportat manus peccatoris et
pietatis ... expulsus non potest stare sed fugit miser et tremebundus
movet eum et expulsus non potest stare sed fugit miser et tremebundus
sicut cayn a facie domini expositus viciis et demonibus ut quicumque invenerit
venit enim morte anime occidat eum nam si aliquamdiu durandi
in ea non virtutis constantia sed pertinaci miseria sit ei cella est quasi
carcer aut sicut mortui sepultura pestilente non flagellato sapiens
sapientior erit et lavabit iustus manus suas in sanguine peccatoris

De conversatione

Sicut enim dicit propheta si convertemini ... Sanctitatis
voluntate hoc est perfecte conversionis culmen apprehende Nulli
enim in eodem statu diu esse conceditur Semper deus aut se proficiendum
aut deficiendum aut sursum nititur aut in inferiora
vergetur Ab omnibus autem nobis perfectio exigitur licet non uniformis
sed in magnis magna perfecte Si iam perfectus es et hoc ipsum iam
perfectum age si iam perfectionis aliquid attigisti teipsum in temetipso metire
et dic cum apostolo non quia iam apprehenderim aut perfectus sim
sequor autem si quomodo comprehendam in aliquo et comprehensus sum
sed unum autem que quidem retro sunt obliviscens et ad ea que priora sunt
me extendens ad destinatum persequor bravium superne vocationis
in christo ihesu Deinde addit quotquot autem perfecti sumus hoc sapiamus
in quo manifeste apostolo docente declaratur quod perfectio eorum que retro

sunt oblivio et perfecta in anteriora extensio est ipsa hominis iusti in hac vi
ta perfectio. perfectio denique perfectionis ibi erit ubi erat Abraham superne vo
cationis perfecta apprehensio. Sequitur **De tripli[ci] statu seu conditione**

Hic autem modo solitarie vite triplex est gradus. Sicut stella
a stella differt in claritate, sic cella a cella in conversacione. Inci
piencium scilicet, proficiencium et perfectorum. Incipiencium status dici potest
animalis, proficiencium racionalis, perfectorum spiritualis. Ignoscendum
aliquatenus in aliquibus est eis qui adhuc sunt animales, in quibus ignosci
non debet eis qui iam habentur quasi racionales. Rursum racionalibus quibusdam
ignoscitur in quibus non ignoscitur spiritualibus, quorum omnia perfecta debent
esse et imitacione et laude pocius quam reprehensione digna. Et cum ex hys
tribus gradibus hominum constet omnis status religionis, que sic propriis modo
bus distinguuntur, sic etiam discernuntur seu dimoscuntur ex suorum proprietate studiorum.
Debent itaque omnes filii dei in die quantum est diligenter perspicere quid de
sit sibi per quod venerint quousque pervenerint, in quo profectus gradu singu
lis diebus vel horis sua se estimacio deprehendat. Sunt enim animales
qui per se neque racione aguntur, neque trahuntur affectu, et tamen vel auctoritate promoti
vel doctrina commoniti apprehendunt bonum ubi viunt vel quod invenerint et
quasi ceci per admanum tracti sequuntur, hoc est imitantur. Sunt racionales
qui per racionis iudicium et naturalem scienciae discrecionem habent et cognicionem boni
et appetitum, sed nondum habent affectum. Sunt perfecti qui spiritu dei aguntur,
quia plenius spiritu sancto illustrantur vel illuminantur. Et quia sapit eis bonum
quo trahuntur affectu, sapientes vocantur, quia enim induit eos spiritus
sanctus sicut olim induit Gedeonem, sic propter spiritus sancti indumentum
spirituales appellantur. Primus gradus circa corpus se habet, secundus circa
animam se exercet, tercius vero nisi in deo requiem habet. Quorum sin
guli sicut habent etiam proficiendi sciam et conversacionem sic in genere suo certam
habent sue perfectionis mensuram. Inicium boni in conversacione animali perfecta
est obediencia, profectus subigere corpus suum et in servitutem redigere, perfectio usus
boni consuetudinem vertisse in delectacionem. Inicium vero racionalis intelligere
que in doctrina fidei apponuntur ei, profectus talia preparare qualia ap
ponuntur, perfectio cum in affectum mentis transit iudicium racionis. Perfectio
vero racionalis inicium est spiritualis, profectus revelata facie speculari gloriam
dei, perfectio vero transformari in eandem ymaginem a claritate in claritatem
tanquam a domini spiritu. Ut ergo singulos status prosequamur de primo est videndum.

Animalis est vita **De statu incipiencium qui dicitur animalis**
animalis sensibilibus corporis circa delectaciones corporum affecta
corporum similitudines pascit vel nutrit sensualitatem suam secu
rum intra se regrediens et corpora quibus forti glutino amoris
et consuetudinis adhesit in locum incorporee nature secum ferre
non prevalens eorum illuc secum contrahit ymagines et cum eis familia
riter ibi cum eis conversatur. Quibus assuefacta cum nil putat esse
nisi vel quale foris aliud vel quale intus contraxerit quam diu
hoc iocundum habet secundum delectacionem corporis vivere. Cum tamen ab
eis avertitur nescit nisi corporalia ymaginando cogitare. Cum vero ad
cogitanda spiritualia vel divina se exigit non aliud de eis quam de corporibus
vel corporalibus potest estimare. Et ad ipsa adeo fit stulticia cum intra se
metipsam fuerit remissa et tam stulta ut vel esse nolit vel non possit.
Cum vero ipsa sibi extra se per superbiam nimium fuerit accepta fit peri//

dentia cadit et ipsa sibi sapientia esse videtur cum stultitia sit dicente apostolo Di-
centes se esse sapientes stulti facti sunt Porro ad eum committenda sit sancta
simplicitas et rudis ac timens deum proprie enim simplicitas est perfecta
ad deum conversa voluntas unam petens a domino ac requirens non ambi-
gens multiplicari in seculo vel est simplicitas in conversione vera humi-
litas sed virtutis magis conscientiam amplectens quam famam cui non refugit
vere simplex videri stultus in hoc seculo ut sit sapiens in deo Vel
simplicitas sola est ad deum voluntas sed nondum conformata voluntas
nondum illuminata ut sit caritas hoc amoris iocunditas Simplicitas
ergo initium est et aliud quodammodo incipiens creature dei hoc est voluntatem sim-
plicem et bonam quasi semen boni hominis informem materiam in primordio
conversionis sue auctori suo eam formandam Jam enim cum bona volun-
tate habens etiam initium sapientie id est timorem domini ex ipso colligit neque
se formari posse neque quemquam tam expedire stulto quam fieri sa-
pienti Itaque homo propter deum se deo subiciens ipsam iam bonam
voluntatem committit deo formandam in spiritu et spiritus humilitate iam
timore incipiente operari omnem pulchritudinem deo per iusticiam defert
maiori per prudenciam non credit se sibi per temperanciam refugit discerne
per fortitudinem totum se obediencie subdit non discernende sed adimplende
Hec est enim uxor tua a domino paratur et ad virum tuum erit conversio tua
vir eius eo quod spiritus est sinus ut alterius hunc cum vero con obedit
vir simplex et rudis in semetipso. Tota autem sepe ac tutius in alto
quam in semetipso Excepto domino ipso et ipso ordine nec est spectum brevem
debet uxor ad virum animalitas ad spiritum et spiritum suum ut ad spirituale
aliquem virum conversorum litteram hoc est obedienciam perfectam Perfecta vero obediencia
et maxime in incipiente discreta hoc est non discernere quid vel quare
precipiatur sed ad hoc tantum niti ut fideliter et humiliter fiat quod
a maiore precipitur Lignum enim scientie boni et mali in paradiso censetur
discretionis esse in conversatione religionis pertinens ad spirituale qui iudicat
omnia ipse vero a nemine iudicatur Ipsius est discernere aliorum est obedire
Adam gustavit in malum suum de ligno vetito deceptus ab eo qui sug-
gerendo ait Cur precepit vobis deus ut de ligno non comederetis Ecce dis-
teras Et addidit Scit enim quia qua die comederitis aperientur ocu-
li vestri et eritis sicut dii Ecce quid preceptum sit scilicet quod deus sit non
sunt discernunt Comedit inobediens factus est et de paradiso eiectus est
Sed et talem discretum novicium prudentem incipientem sapientem
in cella posse diu consistere in congregatione durare posse impossibile
est. Stulto fiat ut sapiens sit Ex hoc omnibus eius sit discretio ut
in hoc nulla sit ei discretio hoc eius omnis sapientia sit ut in hac parte
nulla ei sit In eo vero in quo se sibi animalis corpus continuat iure
humane celitus est a creatore bono intellectus et ingenium et inge-
nii ars in quo constituit deus homines super opera manuum suarum et
omnia ista secularia subiecit sub pedibus eius sed mali superbo in tes-
timonium naturalis dignitatis et similitudinis dei amisse simplici-
bus et humili in auxilium recuperande et conservande naturalis dignitatis
et similitudinis dei amisse In hoc quod notum est dei et manifestum est
illis in illis In hoc estimatur de creatura creator in hoc cognoscitur
iusticia dei Et quia qui bene agunt digni sunt vita qui vero aliter
digni sunt morte In hoc creatura que homines sponte fecerunt ad

naturam subiat et aptat ut serviat ad eam quo ex parte est naturale et ad
voluntatem et aliud ad voluptatem hinc quot et quanta vite huius necessaria
bonis et malis utilia et in genere suo pulcherrima et a bonis et malis
facta sicut hominibus constat omnibus manifestum est hinc enim in locis vel
oportunis vel edificiis per innumerabiles multiplices hominum adinvenciones
tot processerunt modi studiorum et tot genera professionum subtilitates ex-
quisite scientie artes eloquencie dignitatum officiorumque varietates et innumerabi-
les conquisitiones huius seculi quibus homines illi causa qui dicuntur sapientes
huius mundi cum eis qui sunt simplices filii dei pariter utuntur ad necessitatem
et utilitatem Sed illi abutuntur illis ad curiositatem et voluptatem et superba
hii fruuntur in eis quod naturale alibi habetis suam sanctitatem ideo illos servos
sensuum suorum et corporum suorum sequuntur fructus carnis sue qui sunt fornica-
tio inmundicia luxuria inimicicie contenciones emulaciones ire rixe dis-
sensiones invidie comessationes ebrietates et hiis similia que qui
talia agunt regnum dei non consequuntur Hos autem fructus spiritus qui sunt cari-
tas gaudium pax paciencia benignitas longanimitas bonitas mansue-
tudo fortitudo castitas continencia et pietas pro mysteriis huius vite que
nunc est et future Hii utique cum diu simul in actu sunt homines
videant similes actiones deinde aut voluntatem differunt et inten-
tiones Enim non unusquisque redit in sua consciencia nec tamen abutitur qui ea
ad conscienciam redit Certe nemo ad eam redire amat post actionem
nisi qui modo recta intencione ad agendum ab ea non proficiscitur Cum
tamen redit ad conscienciam si nondum vicit concupiscenciam suam et invenit
ibi de concupiscencia sua vel suas delectaciones vel graves corrosiones et
inde multiplicat cogitaciones Cum non iam concupiscenciam vicit quod diu
tamen veri boni maior concupiscencia vel maior delectacio mentem eius
non obtinuerit tamen exosa quassata voluptate gestorum visorum auditorum
patitur ymaginaciones Unde in utroque limbi implentur illusionibus
delectacionum et ad agenda spiritualia vel divina lumen oculorum suorum
et ipsum non est secum tamen qui pugnat contra concupiscencias molestias
tamen patitur quas vincere adhuc non prevalet ad perfectum affectiones
qui non iam ad libertatem spirat exuere ast non potest affectionum
ymaginaciones et noxias vel occupatorias vel ociosas que exinde
passim oriuntur cogitaciones hinc in tempore psalmodie et oracionis cete-
rorumque exerciciorum spiritualium in corde sibi dei causa volentibus et eluc-
tantibus ymaginaciones involvuntur et fantasmata cogitacionum
instantur a quibus velut avibus inmundis insidentibus et circumvola-
tibus sacrificium devocionis vel ociosa rapitur dimanum tenentibus ut
sepe polluntur usque ad lacrimas offerentibus Sitque miserabilis et iniqua
misere anime divisio spiritum et contra voluntatem cordis et interiorem
corporis quod obsequium sibi defendere animali nondum implebit af-
fectu sibi percipere et intellectum mente sepius sine fructu cura-
nete hinc inferioribus animis et iniquibus concupiscenciis carnis
et seculi necdum mortificate sunt passim vicia curiositatis ebul-
liunt hinc solitudinibus et silencii querunt inordinate et preposito
in venire consolacionibus in via recta quod institucionum fructum ipse
volunt instituacionis diversitatibus solitorum fastidium et presumpciones

novitatum que quidem ex se animi pruritum et tedium quasi con-
fricando videntur ad horam lenire sed calefaciunt et accendunt et
ut post modicum nequibus ferveat et amplius pruriat efficiunt
Hinc enim cottidie fiunt nove occupaciones nove actiones vel la-
borum adinvenciones lectiones diverse non ad edificandum animum sed
ad fallendum tardantis diei tedium ut cum dampnaverit solitudinem
omnia vetera omnia solita et defecerint nova non restat nisi odi-
um celle et fuge et fuga in atria propter quod propria simplicitas et in
professione religionis et solitudinis novicius homo qui non habet vel racionem
ducentem vel affectum trahentem vel discrecionem moderantem si vi-
vere quadam utitur in semetipsum tanquam a figulo figmentum lege quadam
mandatoris quasi manibus alienis faciendus est et formandus in
omni paciencia et in tota voluntatis obediencia et in igne probacionis sue
et plasmatoris et formatoris sue voluntati et arbitrio subdendus
Nam et si callet ingenio si viget arte si premineat intellectu in ista
sunt hec tam peritiora quam ut utentium Non ergo te fugiat docendum utiles
quo in bono et in malo uti potest quod ipsius virtutis opus est inge-
nuo corpus adepte artis nam informet intellectum non elatum faciat
animum sed docibilem ingenium quippe ars vel intellectus et alia hiis di-
gratuito habent et alii cedit docere vult cum humilitate querit cum
cum labore habendum cum amore cum omnibus hiis digna sit vel alii vel
doceri vel habere potest Primum itaque docendus est rudis incola here-
mi secundum apostoli Pauli institucionem ut exhibeat corpus suum hostiam
viventem sanctam deo placentem racionabile obsequium suum Dein-
ceam compescens in novitio fervorem animalis hominis qui non
percipit ea que dei sunt vera spiritualia ac divina imperaciam et curi-
osam inquisicionem subiunxit dicens Dico enim per graciam que data
est mihi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quam oporteat sapere
sed sapere ad sobrietatem Deinde vero omnis et propone animalis hominis
institucio circa corpus est et secundum exteriores hominis condicionem docenda
est racionabiliter mortificare membra sua que sunt super terram et vi-
tare carnem et spiritum que mortem ingerit adversum se concupiscentem
instinctum comitis ac discrecionis habere iudicium neque aliquam corru-
in iudiciis accipere personam docendus est sic habere corpus suum sic
egrum commendatum cui etiam multum volenti inutilia sunt
deneganda utilia etiam nolenti ingerenda sit ut eo agere sit
non ut suo sed eius de quo precio magno empti sumus ut glorifi-
cemus eum in corpore nostro Diversimode docendum est tamen quod pre-
catori ipso per ipsum dominus imperat procreasti inquiens me
post corpus vero multumque esse cavendum ne per naturas conte-
eius vel commodis a proposita rectitudine vel dignitate nature in
amorem vel honorem corporis sui sinat in aliquo aliquis dege-
nerare spiritum suum Ideo quia duriciis intractandum est corpus ne re-
bellet ac insolescat sic ut sine sufficiat qua adsimilis spiritum
datum cui sibi obediendum est tanquam propter illud vivamus sed
sine quo vivere non possimus fedus eius quod habemus cum corpore

non quandocumque voluimus possimus abrumpere si litteram eius constitucionem
parentes nos experiri oportet et interim quem locum sunt federis obser
vare Sic ergo nobis cum eo est conveniendum quasi non cum eo sit commo
randum sicque ut si aliter evenerit non exigemur ad exeundum In quo
multum et scrupulose laborandum et periculose sepe fuerat exeundum
nisi lex obediencie et celle plena omnibus constitucionis forma simul tradens
ingredienti de victu et vestitu De labore et quiete de silencio et so
litudine et omnia que ad exteriorem hominis cultum vel necessitatem spectant
secundum obedienciam pacientem et quietum sobrium cautum redderet et securum
In quibus sic semel ordinata omnia et provisa sunt intra congruencie sufficien
cie et equalitatis commetite limites circumscripta omnia ut sicut et fortes
sunt qui cupiant et infirmi non refugiant neque ultra quantitatis co
rporis ledere possit in aliquo utencium cum gracia rationabilis action constans
neque sunt amputata temptare aliquatenus debeant in filiis dei
bene morigerati et recte educati sufficiencia in quibus sicut Salomon
dicit Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter qui non me
tis est duce corruet in malum Licet autem necessitas sic sit ordinata
ut neque querele locus sit ullius ulterius et omnis sit superfluitas ampu
tata si quid tamen vel publice vel privatim addendum est vel mi//
nuendum hoc in prioris est arbitrio absque omni scrupulo obedien
cium subditorum et periculo De exercicio cotidiano et cura anime

I Nstruendus ergo est novitius heremita ad quibus institucionibus nor
mam concupiscat carnis sue primam continue domare et ad
contempnenda cetera ad sui ipsius contemptum venire Premunien
dus est assidue contra temptaciones acrius in solitarium novicium dese//
vientes tamen secundum dei gratiam deo fruente non cessant sollicitare
vicia incedentem oblate delectacionis dyabolo suggerente carne con
cupiscente seculo concupiscenda ingerente Temptat eciam nos deus
dicens ne secretum diligamus eum an non non ut ipse qui nescit agnoscat
sed ut hoc in nobis plus innotescat Sed ille temptaciones facile vincun-
tur et facile eis a racione occurritur que vel suspecte sunt vel prima facie
male innotescunt que vero sub specie boni se ingerunt et difficilius dis
cernuntur et periculosius admittuntur sicut cum difficultate tenetur modus
in eo quod bonum esse videtur et cum non sit certus est omnis boni appe
titus omnium autem temptacionum et cogitacionum malarum et inutilium sentina
et ocium Summa ergo inertis malicia est cum inertes numquam ociosus sit singulis
dei gracie ad deum feriatus sit nomine quippe tam suspectum et vanum et
molle est tam certe tam sancte et tam serene imponendum non est
Ociosum non est vacare deo ymo negocium negociorum est hoc quod quicumque
in cella non agit fideliter et fervenciter quicumque agat quod propter hoc non agit
sed ut deo fruatur in eo quod agit ociatur vel putando vero ociosa sunt
tam ridiculosum est Ociosum autem est quod vel nulla habet utilitatem
vel utilitatis intencionem non autem hoc tantummodo agendum est ut cum
aliqua delectacione vel sine grandi nausia occurrentibus diebus transfigatur Sed
eciam depacta dieta oportet post eam semper aliquid in conscientia resideat aliquid
in thezaurum cordis congeratur ut ea die bonum cellita se vixisse
debet estimare in qua nil eorum egisse se recolit propter que cella vi
vitur. Dicens quid agas propter quo te occupes Circa que occu
pari debet monachus singulis diebus.

Primum extra cottidianum oracionum sacrificium et lectionis
studium cottidiane consuetudinis dispositioni emendacioni tempore suo
pars sua dici neganda non est. Deinde operandum est in manibus
aliquid quod intingitur non tam quod animum delectando ad
horam detineat quam quod spiritualibus studiis delectacionem confirmet
et inviceat, in qua exhilaratur ad horam animus non despoliatur,
unde se facile mox ut si ad seipsum redeundo ex visum fuit ex-
pediat absque cum ipsa inherentis voluntatis absque contagio grate
delectacionis vel inquietudine ymaginationis. Non est enim vir propter mulierem
sed mulier propter virum; non spiritualia extrema sunt propter corporalia, sed
corporalia propter spiritualia. Propterea sicut viro creato collatum est ad
operam et adiutorium simile sibi et ex ipsius hominis substancia, sic cum in
adiutorium spiritualis studii necessaria sunt corporalia, non tamen sunt in hoc
querenda que videntur omnia corporalia extrinseca, sed que ad spiritua-
libus propriorem videntur habere similitudinem et affinitatem propiore,
sicut ad spiritualem edificacionem meditandum quod scribatur vel scribendum
quod legatur. Subdivinalia enim extrinseca et opera sicut spiritus destituunt,
sic etiam sepe spiritum exhauriunt, ubi cum grandi amore carnalium labore
operandum sit magna contricio corporis usque ad contricionem et humi-
liacionem cordis, et fatigacionis sue pressura exprimunt sepe
vehemenciores affectuum devocionis quam in labore leviniori vi-
gilans et cum quibus afflictio corporis est crebro fieri manifes-
tum est. Securius tamen animus et prudencius ad omnem se comparat la-
borem neque in eo dissolvitur, sed pocius magis in seipsum colligitur,
qui se pocius habet non tam quod agit quam quod agendo intendit,
omnis consummacionis attendit finem quo in quam verus inicium, etiam
etiam fervencius et fidelius manibus operatur, toque corporis in hoc se
iacens servitute cogitur, in interiori spiritus et disciplina bone voluntatis
neque lascivire eis datur a pondere laboris participacionis et in ex-
pectacione consolacionis. Exordinata enim natura per peccatum et a conditoris
sue rectitudine exorbitans, si ad eum fuit conversa, reparat cito
pro modo timoris et amoris que habet ad eum quecunque perdidit ad eum ipsa,
et ubi spiritus cepit conformari ad ymaginem conditoris sui, mox etiam
~~carnis~~ ex voluntate sua incipit conformari conformato spiritui,
~~carnalem~~ sensum incipit delectare quicquid delectat spiritum,
insuper et pro multiplici defectu suo experiencia potest multiplicari faciles
ad eum non unquam etiam contendit precedere et velociorem fieri. De-
lectaciones enim non pro ordine sed in ultimo a corpore ad animam, a sensibus
ad conscienciam. Panis furfureus et simplex aqua, olera et legumina
simplicia nequaquam res delectabiles, sed in amore Christi et desiderio
interne delectacionis ventre bene moderato grataque ex hiis satis-
facere posse valde delectabile est. Deo milia pauperum ex hiis vel ex
aliquo horum satisfaciunt; nec facillimum quippe et delectabile est adiu-
to amoris Dei condimento sermone. Nam conuene si insania mea nos pervert-
tet, qua sanata statim natura naturalibus accedet. Eodem modo
et de labore rusticus duros habet nervos, fortes lacertos; exercitacio
hoc facit. Omne enim corpore molesciat voluntas facit levem ipsius ex-

circa exercitium vires in omni labore vires subministrat si tendamus ad propositum hoc omnibus modis agit et labore et ocio nostro ut inquisitivus ociosi et hoc sit negocium nostrum ut perfecte consummetur in nobis quod dicit apostolus animalibus incipientibus Humanum inquit dico propter infirmitatem carnis vestre sicut exhibuistis corpora vestra servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhibete membra vestra servire iusticie in sanctificationem audiat hoc hactenus amicus corporis sui incipiens animalis qui iam incipit corpus suum subdere spiritui et aptare seipsum ad ea que dei sunt percipienda et exercenda fide simplicitatis novitate et carni sue contrariam consuetudinem si attingat novitatem sic faciat contra novitatem et consuetudinem contra consuetudinem et affectum sibi formet contra affectum donec plenam recipere mereatur delectationem contra delectationem ut delectationibus seculi ac carnis secundum consilium apostoli saltem tantum delectet carere quantum eum prius delectabat habere eas tantum delectet eum deinde membris sui corporis servire iusticie in sanctificationem quantum prius delectabat servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem Hec est perfectio hominis animalis in suo statu et novicii incipientis qui tamen consummavit ad id divinum ut incipiat apprehendere sicut apprehensus est et cognoscere sicut cognitus est hoc autem opus non in uno fit momento conversionis nec est unius diei sed multi temporis est et multi laboris multique sudoris secundum graciam dei miserentis et studium hominis volentis et currentis omnium vero horum bonorum officina est cella et stabilis perseverancia in ea in qua quicunque cum paupertate bene convenit dives est quicunque bonam voluntatem habuerit secundum hoc quicquid ei ad bene vivendum opus est cuius bone voluntati non sic credi expediat sed frenanda est sed regenda et maxime in incipiente Regat igitur sancte obediencie regulam bonam voluntatem prelati ut corpus doceat illud posse consistere in loco cellam pati sed morari quod imprimis bone compositionis inicium est et certum bone spei argumentum Impossibile enim est hominem figere in uno animum suum qui non prius alicui loco perseveranter affixerit corpus suum Nam qui egritudinem animi migrando de loco ad locum curare nititur sic est sicut qui fugit umbram corporis sui seipsum fugit seipsum circumfert locum mutat non animum eundem se ubique invenit nisi quod deteriorem faciat ipsa mobilitas sicut ledere solet egrum quod circumferendo concutitur Egrotum enim si faciat et vacare circa circumspectas partes egritudinis sue Et si non interrumpitur quiete et media continuata cito perficit et sanata anima ab alienationibus et captivitatibus suis totus in deo suus efficitur Cura enim eger non modica non inquietata sed infesta nam incumbat ergo immobilis valitudinario suo Sic enim appellare solent medici valitudinum curandarum officinam id est remedii suscepti prosequatur usum usque ad sanitatis experimentum Valitudinarium tuum o egrote o languide cella tua est remedium in quo curare cepisti obediencie bonum est obediencia sed bona et vera Sed scito quia obediencia crebro mutata nocet naturam turbant egrum discriminant Nam et si aliquid tendit et itineris et laboris faciat finem si non intrat

aggredietur quas exerat neque laboris aliquem finem faciat quia ex
eor non habet fine Non ergo te mittes neque aliud palio accipias sed
usque ad terminum perfecte sanitatis medicinalis obediencie remedio
utere ne abicias ea ut ingratus ac si mens sensus factus sed tamen
in aliquibus alio ea modo uti permitteris Si ergo ad sanitatem festi
nas vide ut nichil ad medicum de temetipso age presumas me
dico inconsulto Alioquin si operam medicaturis expectas necesse est ut
vulnus tuum sibi ea detegere non erubescas Erubescere si tamen revela totum
ne abscondas Sunt enim qui confitendo sicut fabulam peccatorum suorum
enarrant hystoriam et egritudines anime sue sine confusione di
numerant et pene sine pena et sine affectu doloris Si enim egritudo
sito enim lacrimas inveniat et resolvitur ingemitu enim habet sensu
doloris Si enim egritudini separabilior stupor accesserit hic in eo quod
non dolet quanto sanitati videtur propinquior tanto ab ea fit remocior
Et si medicus quidam clemencior fuit ut quasi unguentis et emplas
tris lenioribus omnia voluit curare tu age et parte ipso et remedio
acrioris amoris sanitatis fervens require et cauterium ex poste me
dicus tibi si propositio est paratus est

De tribus custodibus cellularis

Nec enim tibi oneri ut horrori sit tua solitudo et ut ceteris
in cella habites tres deputati sunt custodes scilicet deus conscientia
et spiritualis pater Deo debes pyetatem cui te totum impedas
Conscientie tue honorem coram qua peccare erubescas Patri
spirituali caritatis obedienciam ad quem de omnibus curras Insuper ut
spirituali caritatis habeas addam tibi et quartum ut quamdiu pupillus es di
me certum habeas addam tibi donec plenius adiscas pedagogum pru
cinam cogitare ponciam donec plenius adiscas pedagogum pau
rabo Elige tu ipse consilio meo tuo hominem cuius vite exemplar
tibi sit cordi tuo insederit et in reverencia inheserit ut quociens
recordatus fueris ad reverenciam cogitati assurgas et temet ipsum
ordinet et componat ordinatque cogitata ac si presens sit in affectu
mutue caritatis emendet in te omnia emendanda et cum nullum
paciatur dominum secreti sui solitudo tua hic presens assit quociens vo
lueris Arceat sepe et cum volueris increpaciones eius describet
tibi cogitatu eius sancta severitas vel severitas consolaciones pietatis
et benignitatis exemplum sancte vite sinceritas Nam omnes
cogitaciones tuas cum abeo videri cogitabis ac si videat et argu
at emendare cogeris sicut secundum apostolum domini preceptum sollicite te
metipsum custodi et ut temetipsum sic aspicias ab omnibus oculos
aufer Egregium instrumentum corporis esset oculus si sicut cuncta sic
etiam vide posset semetipsum Quod cum interiori oculo concessum
sit si ad exteriorius exemplum seipsum negligens vacat circa ali
ena cum multum vult non sufficit redire ad seipsum tibi vacatur tota
tempore tibi sollicitudinis mea es Exclude ergo ab oculis exterioribus
quod consuevisti videre ab interioribus et exterioribus animus
Aude ergo nominum sepe et emulare carismata meliora et tu
ipse tibi esto parabola edificacionis Alia cella tua exterior alia in
terior Interior est conscientia tua quam inhabitare debet conditor omnium
interiorum tuorum deus cum spiritu tuo hostium clausure exterioris sig
num est hostii circumstancie interioris ut sicut sensus corporis per
exteriorem clausuram suis vagari non permittuntur sic interiores

sensus ad studium sui intus cohibeant. Dilige ergo interiorem cellam tuam
dilige et exteriorem et utrique suum impende cultum. Tegat te exterior
non abscondat ut non pecces occultius sed ut vivas tutius non enim sta-
o rudis incola quid celle debeas si non cogitas quid in ea non solum ca-
raris a viciis tuis sed eciam non habes rixam cum alienis vestris eciam qui
conscie debeas honorem in ea experiris graciam spiritus sancti et intime suavitatis
dulcedinem Da ergo utrobique celle honorem suum et tu tibi in ea secundum
quod constitui vendita privatim tuo Disce in ea secundum quod constituti legem t-
pro esse vitam ordinare et mores componere et temetipsum iudicare te-
metipsum apud teipsum accusare sepe eciam et condempnare nec impunitum
dimittere Sedeat iudicans iusticia stet rea et seipsam accusans consciencia
nemo te plus diligit nemo fidelius iudicabit Mane preterite noctis fac
a temetipso exactionem et venturi diei tibi indicito cautionem vespere preteriti
diei racionem exige et superuenientis noctis fac indicacionem Sic districtus nequa-
quam alicui lascivie vacabit Singulis horis secundum quod instituti canonis
sua distribue exercicia cui spiritualia spiritualia cui corporalia corporalia in-
sic exsolvat omne debitum spiritus deo corpus spiritui ut si quid fuerit minu-
tum si quid neglectum si quid imperfectum suo modo suo loco suo tempore non
habeat impunitum vel recompensatum in quibus ex illis horis de quibus
dicat propheta Septies in die laudem dixi tibi matutinum ac vespertinum sa-
crificium ac medie noctis maxime est observandum non enim frustra ait pro-
pheta Mane astabo tibi Sed quia tunc temporis exterioribus ad huc se-
nius recenti et vacatur oracio mea sit incensum in conspectu tuo quia
tunc ab huiusmodi impedimentis iam quodammodo inveniuntur digesta quia
que eciam in nocturnis vigiliis meis quibus nocte surgimus ad confiten-
dum domino confessionis eiusdem ordinem contexens iubet in die tribulacionis
mee deum exquisivi manibus meis nocte contra eum non sum deceptus
Renuit consolari anima mea memor fui dei et delectatus sum et exer-
citatus sum et defecit spiritus meus anticipaverunt vigilias oculi mei Istis
enim horis potissimum coram deo nosmetipsos debemus constituere quasi
facie ad faciem et in lumine vultus eius perspicere tribulacionem nobis
de nobismetipsis invenire et nomen domini invocare stupendo spiritum
meum donec invalescat ambiendo ad memoriam habundancie suavitatis
domini donec ipse in cordibus nostris dulcescat et tunc maxime nobis agen-
dum est quod apostolus dicit Malo in ecclesia quinque verba loqui sensu meo quam
decem milia verborum lingua scilicet sine intellectu Et illud Psallam spiritu psal-
lam et mente orabo spiritu orabo et mente Tunc enim menti et spiritui aggre-
dende sunt fructus sui ut exinde vel in habundancia dei benedictionis
dei inquietem noctis relaxemus vel surgentibus nobis ad laudem do-
minus exinde tenor operis nostri in ipsis laudibus dei formetur ac in-
ussitetur Ideo in superuenientibus nocturnis vigiliis non expedit in multitudine
psalmorum obruere intellectum et exhaurire spiritum vel extinguere sed
quamdiu sobrius invenitur pietate afficiendus est animus et suo re-
tinere depascendus est ad diem donec dilatato corde currere incipiat
usque ad finem operis diei postmodum sermonis sui tenore habiturus
nisi vel magna intercidat negligencia aut obmittatur voluntaria in-
sercia. Erit eciam quotidie sensim dei habet quatinus servum dei con-
sum redemptoris Christi deceat et utile ei sit una saltem hora aliqua
diei passionis ipsius ac redempcionis ipsius collige beneficia ad fruen-
dum suaviter in conscientia et recondendum fideliter in memoria

quod est spiritualiter manducare corpus domini et bibere eius sanguinem
in memoriam eius qui omnibus in se credentibus precepit dicens Hoc facite
te in meam commemorationem. In quo etiam patet potius inobedire
quam impium sit pietatis dei esse immemorem palam omnibus et cui-
que anime hominis abeuntis sub quolibet signo commendatam memoriam
nephas sit oblivisci. Siquidem huius salutis ac recolende incarnationis
misterium et in omni tempore et in omni loco donationis dei imo quo
quo traditum est hoc debito pietatis affectu agere et tractare et
sumere quod in salutem omnibus in promptum est quibus dicitur Vos autem
genus electum regale sacerdocium gens sancta populus acquisitionis ut
virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocavit in admira-
bile lumen suum. Nam et sacramentum sicut accipit ad vitam dignus
sic ad mortem sibi iudicium temerarie percipit indignus. Rem non sacra-
menti nemo percipit nisi dignus et idoneus. Sacramentum enim
sine re sacramenti sumenti mors est. Res non sacramenti etiam
preter sacramentum vita etiam est. Si autem vis et vere omnibus ho-
ris tam diei quam noctis hoc tibi intelligere possibile est quotiens cum comme-
moracionem eius qui pro te passus est huius sacramenti eius pie ac fideli-
sensus affectus. Corpus enim manducas et sanguinem eius bibis. Quod dum
in eo manes per amorem, ipse vero in te per [illegible] et iusticie operacionem
in eius corpore et membris eius computaris. Deinde etiam certis horis
certe lectioni est vacandum. Fortuita enim et vaga lectio et quasi casu re-
perta non edificat sed animum reddit instabilem et leviter admissa le-
vius recedit a memoria. Sed certis ingeniis immorandum est et as-
suefaciendus est animus. Eodem enim spiritu scripture sacre sunt quo spiritu le-
gi desiderant, ipso etiam intelligi desiderant. Nunquam enim ingredieris
in sensum Pauli donec usu bone intencionis in lectione eius et studio
assidue meditacionis spiritum eius imbiberis. Nunquam intelliges David
donec ipsa experiencia ipsos psalmorum affectus indueris. Sicque de reliquis. Et
in omni scriptura tantum distat studium a lectione quantum amicicia ab hos-
picio, spiritualis affectio a fortuita salutacione. Sed et de lectione cotti-
diana aliquid cottidie in ventrem memorie mittendum est quod
fidelius digeratur et sursum revocatum crebrius ruminetur, quod proposito
conveniat, quod intencionem persuadeat, quod detineat animum et a-
liena cogitare non libeat. Interrumpendus est sepe de lectionis serie
affectus et conformanda oracioni que lectionem interrumpat. Neque tamen
interrupcio impediat quoniam puriorem continue animum ad in-
tencionem lectionis restituat. Intencioni enim servit lectio. Si vero in lectione
Deum querit qui legit, operatur sibi omnia in medio et captivat sensum
legentis et in servitutem redigit omnem intelligenciam lectionis in
obsequium Christi. Si in aliud declinat sensus legentis omnia trahit pe-
nes semetipsum. Nichil quippe tam sanctum tam pium invenit in scripturis
quod sive per vanam gloriam sive per distortum sensum sive per pravum
intellectum non applicet sive ad maliciam vel vanitatem. In omnibus
enim scripturis legentibus inicium sapientie debet esse timor domini, ut in eo
quo solidetur intencio legentis et ex eo congreget et ordinet
omnis lectionis intellectus vel sensus a spiritualibus non exterioribus unquam

Lectio

longe uel in toto recedat sed facile ad ea posse redire animus assuescat et cum illis se immittit citius se inhereat Non enim vir propter mulierem sed mulier propter virum nec spiritualia propter corporalia sed corporalia propter spiritualia Corporalia non exercitia nunc dicimus que manuali opere corporaliter exercentur Nam sunt et alia corporis exercitia in quibus necesse est corpus laborare sicut sunt vigilie ieiunia et huiusmodi que spiritualia non impediunt sed adiuvant si cum ratione et discretione fiant que si ex discretionis vicio sic agunt ut vel deficiente spiritu vel languente corpore spiritualia impediant qui sic corpori suo bonum operis tollit effectum spiritui affectum proximo exemplum honorem sacrilegus est et horum omnium in deum reus Nam secundum sensum apostoli non videatur sufficere etiam hoc ut non deceat vel non debeat et insuper non sit caput aliquem dolere in sermone dei quod olim sepe laboravit in vanitatibus secularibus usque ad dolorem esurire ventrem usque ad rugitum qui sepe suppletus est usque ad vomitum sed modus in omnibus est tenendus Affligendum aliquando est corpus sed non conterendum Nam corporalis exercitatio ad modicum quidem sed tamen utilis est propter quod et ad modicum hoc est non incompetenter sed cum circa carnis agendum est

De actione honestatis

Agenda non est sobrie et cum quadam spirituali disciplina et neque in modo carnis neque in qualitate neque in quantitate appareat aliquid quod non deceat servum dei Ea enim que inhonesta sunt mea habundanciore honore circumdare debemus honesta vero mea nullius egent non solum autem oracionem sed omnem vitam meam quibus hominibus occultam exhibere debemus deo sanctam et honestam et omnem conversacionem meam sanctis angelis perspicabilem agere et delectabilem que inter domesticos parietes inclusam Omnia vestra inquit apostolus honeste fiant Grata deo res honestas et sanctorum amicicia angelorum propter quod etiam apostolus iubet velari mulieres propter angelos qui tamen procul dubio tam die quam nocte nobiscum sunt in cellis nostris nos custodientes et studiis nostris congaudentes et cooperantes placet eis si etiam nullo homine vidente omnia nostra honeste fiant Sive ergo manducatis sive bibitis sive aliud quid agitis omnia in nomine domini facite pie sancte religiose Cum manducas mensam per se satis sobriam sobrietas tua ponet Et cum manducas nequaquam totus manduces sed corpori suam refectionem procurante mens non omnino suam negligat sed de memoria suavitatis domini et scripturarum aliquid quod eam pascat meditando et saltem memorando secum ruminet et digerat Sed et ipsa necessitas non secularis non corporaliter carnaliter expleatur sed sicut decet monachum et sicut servo dei convenit Nam etiam ad sanitatem corporis aliquanto honestius et ordinarius ingeritur tanto salubrius et facilius digeritur

Que observanda sunt in sumpcione cibi

Observandus ergo est sumendi modus et cibi qualitas et quantitas cibi fugienda superflua et adulterina condimenta observandus est modus ut non offendat qui comedit

animam suam sed omne aliud tempus nec ad horam | quali
tas qua utitur quantitas sanitatis de condimentis non sufficiat observare
ut comestibiles fiant tibi uel non aut concupiscibiles uel delectabi
les sufficiat .i. concupiscentiae malicia sua que cum vix aut nullo
pertransire possit ad finem explende voluntatis nisi primam quetenusque
delectacionis si cepit accipere incitamenta et irritamenta ab eis quam
preterea sustinere bellum adversus eos delectamenta sunt duo contra
et pietatis continencia

De sompno habendo

Deinde sicut de cibo dictum est sic et de sompno hanc inquiri
tam potes sine de ne totus aliquando dormias ne sit sompnus
tuus non requies lassi sed sepultura corporis suffocati non
recreacio sed extinctio spiritus tui | suspecta res est sompnus et ex
magna parte ebrietati similis | exceptis enim mysteriis quibus
cum dormiente corpore dormientibus eo non contradicit quantum ad
debitum continuum profectus nichil tempus tam deperit de vita mea quam
quod sompno deputatur | Iturus ergo in sompnum semper aliquid tecum
defer in memoria uel cogitacione in quo placide obdormias
ad nonnumquam sompniare iuvet | quod eciam vigilantem te ex
cipiens in statum hesterne intencionis restituet | sic tibi nox illu
minabit | sicut dies et nox erit illuminacio tua in deliciis tuis
placite dormies in pace quiescens facile evigilabis et surges
facilis et agilis eris ad redeundum in id unde non totus discessisti
Sobrium enim animum sobrius semper sompnus sequitur | sompnus carna
lis uero et brutus et sicut dicitur leteus abhominandus est sine dei
de quo uero sompno post congruam quietem facile est sensus et
corporis evocare et mentis et quasi suos patresfamilias ad opera nostra
spiritum suscitare et dimittere hunc omnem sompnus tempore suo et modo suo
aspernandus non est

De regimine animi

Sit enim prudens et deo deditus animus dominus sui sine in cella
sua et in conscientia sua et prudens paterfamilias in domo
sua non habeat in domo sua sicut dicit Salomon mulierem liti
giosam carnem suam sed ad sobrietatem moderatam et assuetam
ad obedienciam et laborem patientem ubique instinctum esurire et saci
ari abundare et penuriam pati | habeat sensus exteriores non duces
sed sequentes interiores sobrios et efficaces habeat omnis omnem
domum uel familiam cogitacionum suarum sic ordinatam et discipli
natam ut dicat huic vade et vadat et alii veni et veniat et
servo suo .i. corpori fac hoc et faciat absque contradictione | Cum sic se
metipsum regit et ordinat in conscientia sua optime sibi credendus
est et committendus in cella sua | Sed hoc perfectorum est uel per
fecte iam proficientium quod ex proposito incipientibus et novicijs ut
sciat quis de se sibi et quo tendere debeat intencione studii sui
Credimus uero et quod cum de animali uel animali sensu uel de rationali
sua uel spirituali sapientia dissereremus trinum hominem describimus in quo
secundum diversos status profectus et profectum procedentes et intencionis
affectus hec omnia diversis temporibus possibile est inveniri et
tenuis hominum quam singula secundum statum horum spectat in professione

religionis in cellis militiam quinimmo cellae dignitatem sanctae solitudinis secretum et solitariae professionis titulus non nisi perfectis convenire videatur quorum sicut dicit apostolus est solidus cibus et qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali in quibus et si rebus quae perinde est sapienti utrumque videtur ea tollerarentur sed certe animalis qui non percipit ea quae Dei sunt penitus putaretur arcendus. Sed sicut Petrus apostolus dicit de quibusdam si spiritum sanctum acceperunt sicut et nos ego quis eram ut prohiberem Deum. Sancti enim spiritus bona voluntas est neque enim sine grandi scrupulo metus a quacumque professionis altitudine arcendus est cui testis est habitantis et trahentis spiritus bona voluntas est.

Qui sunt suscipiendi ad habitatores cellarum

Siquidem ex duobus generibus cellarum habitatores supplenda est ut de simplicibus qui et sensu et voluntate ad assequendum religiosam prudentiam ferventes appareant et habiles et ut prudentes quos religiosae et sanctae simplicitatis constiterit esse aemulatores. Stulta vero superbia stultitia vel superba stultitia a tabernaculis vestris procul sit. Est autem omnis superbia stultitia quamvis non omnis stultitia superbia. Stultitia enim sine superbia non nunquam simplicitas. Si quae ignorat et forte est docibilis si nequit doceri forsitan tractabilis et ipsa est civitas refugii simplicitati cohabitatio religionis nisi sit talis ut nolit humiliari vel tam bruta ut non possit regi vel tractari. Bona tamen voluntas si multum sit bruta non est deserenda sed salutari consilio ad laboriosam et actuosam vitam transmittenda. Superba vero quamvis prudens sibi videatur dimittenda sibi immo abigenda. Si enim admittitur superbus prima die qua ingreditur habitare incipit leges dare minime vero solitus discere non pro qualibus inveniunt. Sollicite ergo et prudenter perpendendum est quos admittat ad habitandum secum. Olim enim secum habitat non nisi se ipsum qualis est ipse habet secum. Malus ergo homo nunquam tute habitat quia cum malo homine habitat et nemo ei molestior quam ipse sibi. Nam et insanos et nimium dolentes et qui quacumque de causa mentis suae non compotes non se custodire solent non sibi relinqui vel committi ne solitudine sua male abutantur. Admittantur ergo animales homines propositum ad cohabitationem cellarum sed ut fiant ipsi rationales et spirituales non ut propter eos ipsi qui jam huiusmodi sunt revertantur retrorsum et efficiantur animales sed suscipiantur in omni benevolentia caritatis patienter in omni patientia benignitatis sed quia eis compatiuntur non conformentur nec sibi quaerant eorum profectum. Et propter eos cogantur et metere propositi in religionis rigoris defectum. Inde enim subintrant decere aliena sumptuosa et quaedam pudor sinit loqui ambitiosa cellarum aedificia et abjecta sancta rusticitate sic Salomon dicit ab altissimo creatore religiosos quasdam creaturae nobis habitationum honestates in quibus tamen compassimus cum animalibus ut pene omnes in hoc effecti sumus animales dimissam tamen nobis

a patribus meis iure hereditario formam paupertatis et sancte sim
plicitatis speciem verum decorem domus dei alienantes a nobis et
a cellis nostris per manus artificum exquisitorum cellas non tam heremi
ticas quam aromaticas edificantes nobis singulas in titulo centum
solidorum quas pro oculis meis de elemosinis pauperum computa
domine opprobrium centum solidorum a cellis pauperum tuorum. Cur
non potius centum denariorum. Cur non potius nullorum. Cur non
potius gratis filii gratie sicut ipsi edificant. Quod rursum est
in moysi dum consummaret tabernaculum dei cum hominibus ipsi quibus
in altitudine montis exemplar ostendit vere decoris domum dei ipsi
edificant sibi ipsi quibus solitudo interiorum suorum conceptum et negli
gentiam induit circa exteriora ipsi edificent sibi formam paupertatis et
sancte simplicitatis speciem et pene frugalitatis lineamenta nulla sic
aptabit artificiorum industria sicut eorum circa exteriora negligentia. Ergo obsecro
in peregrinatione seculi huius in malicia hac super terram edificemus nobis
non domos ad habitandum sed tabernacula ad deserendum utpote sicut
inde cito evocandi et migraturi in patriam et civitatem meam et
domum eternitatis mee. Peregrini quippe sumus in alieno militamus
Facile est quidem naturale est in alieno laborare. Nunquid non facile est
solitario et sufficiens nobis et cogente conscientia unicuique sibi cellam de virgis
contexere de luto plasmare lignisque cooperire et decentissime habitare.
Et quod amplius requirendum. Credite mihi fratres et utinam non con
tingat nobis experiri quia pulchritudines iste forenses et honesta
tes cito virile propositum exuunt et masculinum animum effeminant
Nam et si ipse sepe usu sepiuntur delectiones. Et si sunt aliqui qui
utuntur huiusmodi quasi non utentes tamen contemptu melius quam usu
execrantur et vitant huiusmodi affectiones. Confert etiam non modi
cum interioribus meis exteriora mea adsimilitudine modis aptata et com
posita et bono proposito modo respondentia. Pauperior cum alteris in
alius fecerat concupiscam in aliis circa amorem paupertatis afficiat. Constat
sed et intentum interioribus spiritum magis decet inculta omnia et
neglecta exteriora quibus animus ipse incola domus sepius alibi conver
sari demonstratur sepe magis alibi occupatum interius diu teneat et effica
tur bone conscientie conciliat interiora cum omnia exteriora viluisse cen
nuit. Obsecro ergo vos ut maneat celle ille delicatiores ut fratres
sunt sed non cessat in dies care sint quae in valitudinarie fratribus aliqualibus
et infirmioribus donec convalescant hoc est incipiant desiderare non
valitudinaria infirmorum sed tabernacula militantium in castris
domini. Monet etiam in exemplum posteris vestris quia tales huiusmodi
et presumpsit. Vos autem qui spirituales estis sicut hebrei id est transeuntes
non habentes hic civitatem manentem sed futuram inquirentes e
dificate sicut reficit casulas in quibus habitetis in gasulis
enim habitaverunt patres mei habitantes in terra repromissionis quasi
in aliena cum heredibus repromissionis expectantes fundamen
ta habentem civitatem cuius artifex conditor est deus non accep
tis repromissionibus expectantes fundamenta sed alonge eas aspicientes
et salutantes et confitentes quia hospites et peregrini sunt
super terram. Qui enim hec dicunt significant se patriam inquirere

meliorem hoc est celestem Ideo patres nri in egipto et in thebayda sancte huius vite ardentissimi emulatores in solitudinibus degentes angustiati afflicti quibus dignus no erat mundus ipi sibi cellas fabricabant in quibus tm tecti a turbine et circumsepti a pluuia tutabant In quibus hermitice singularitatis delicijs affluentes locupletabant multos ipi egentes quos ego quo nomine dignos appellem nescio homines celestes angelos terrestres degentes in terris si paupes pascebant esurientes ipi et devastate homini urbium carceres alle alebant et infirmos et in quibuslibet necessitatibus positos sustentabant de labore manuum suarum viuentes et hitantes in labore manuum suarum Cum ad hec nos dicemus no animales sed aialia terrena adherentes terre et sensibus carnis nec insensibus carnis nec ambulantes et de aliens manibus pendentes quamuis christus licet nos in hoc alequatenus ille qui cum diues esset propter nos factus est pauper et qui voluntarie paupertatis dedit preceptum ipe etiam eius formam in seipso dignatus est demonstrare Ut enim sciant euangelici paupes quid eis faciendum sit ipe et a fidelibus pasci voluit nonnunquam etiam ab infidelibus sed ut fideles faceret vite nostre recipere no recusauit Sed et in primitiua ecclesia paupes illos sanctos qui pro christo rapina bonorum suorum perpessi fuerant ac secundum perfectionis preceptum omnia reliquerant vel vendiderant et fratribus fidelibus communia effecerant quanta sollicitudine quanta pietate sancti apli a fidelibus procurabant et liber actuum aplorum et etiam paulus in epistolis suis manifeste demonstrat Ut et si concedunt libera hoc ipm deo proprietate et ordinate euangelicis annunciantibus ex aplorum tamen auctoritate no negatur etiam euangelice viuentibus sicut sanctis illis paupibus qui tunc erant in ierusalem etiam ob hoc paupes sancti vocantur quia in professione sanctitatis et totius vite nomine dederant et semetipsos in hoc ipm paupes effecerant Ut enim aplus seuerissima auctoritate quibusdam denunciat ut qui no vult operari no manducet continuo ostendens de quibus diceret subiunxit dicens audiuimus enim quosdam inter vos ambulantes nichil operantes sed curiose agentes hijs autem qui eiusmodi sunt denunciamus et obsecramus in domino ihu xpo ut cum silencio operantes panem suum manducent suum hoc est suo tempore partum et acquisitum Et tamen ne illos quamuis inquietos nichil operantes curiose agentes nomine tamen dei super se inuocatum habentes quasi abiecisse et reppulisse videretur statim intulit dicens Vos autem fratres nolite deficere benefacientes in xpo ihu dno nro Ac si diceret Et si perseuerant in negligencia sua vos autem in sustentandis eis nolite deficere a beneficencia vestra Cum ergo seuerissime denunciauit no manducandum no volentibus operari sed nichil operantibus aliquis se exhibuit clemenciorem possemus dicere secundum textum verborum eius nec omnino oberrare a vero no volentibus quamuis valentibus interentata esse illam seueritatem volentibus vero sed no valentibus indulgentia ista Sed cum etiam istis denunciet et obsecret in domino ihu xpo ut cum silencio panem suum manducent videtur no suum panem manducare nisi eum suum efficiat operando quantum possunt operari sub testimonio et conscientia sua Ignosce domine ignosce excusamus et excusamus sed no est qui se abscondat a lumine veritatis tue quod sicut illuminat

confessos sic eam fecerit audeo Non est occultatum a te os meum
quod fecisti in occulto hominum Nos autem nobismetipsos illud facimus
occultum Verum vix est aliquis qui in eis que a te sunt velit
capere quid possit et quid promptissime per concupiscentiam sive carnem
vel secundum seculum sive timore impulserit sive cupiditas extraxerit
Sed et si fallimus homines iniustos non nos permittas qui falle te non
valentes fallamus nosmetipsos Non laboramus quia non possumus vel
quia non posse videmur sed a consuetudine omni et delicias nostras nos
non posse efficimus Adoremus ergo semper et procidamus et ploremus ante
te qui fecisti nos ut forsitan quia non simultu hoc volumus non pos
simus vel quia nolumus non potuimus cum volumus non possimus
vestamur saltem secundum penam adam pane si non in sudore vultus nostri
in dolore cordis nostri in lacrimis doloris si non possimus in sudore laboris
Magnam habet caritatem professionis nostre supplicat pietas ac devotio contrite
in humilitate Sunt nobis lacrime nostre panes die ac nocte cum dicitur
michi ubi est deus tuus hoc est quamdiu peregrinatur a domino deo suo
et alienus vultus sui unum quidem erat nostrum si qui nec in ipso figimur
in multis extra. In quo igitur ordine computabimur? Utinam in illo de
quo dicit apostolus ei qui non operatur Credenti autem in eum qui iustifi
cat impium reputatur fides eius ad iusticiam secundum propositum gracie dei
Utinam cum peccatrice illa cui multum dimissum est quia multum
dilexit Et beata anima que hoc iudicio meruit iustificari apud
dominum iudicio diligentium nomen domini ut obmissa omni iusticia operum
et fiducia meritorum in hoc seculo iustificetur quia dilexit multum Nam
et diligendo te deum retribucio magna est ipsa dilectio tua de
inde non eciam vita Sic fratres obsecro non excusemus nos si accusemus
nos et confiteamur quod magni nominis umbram et personale figmentum
professionis apud homines induimus apud deum cognoscentes conscientie
nostre paupertatem Non usquequaque recedamus a veritate et veritas
liberabit nos. Informacio incipientis hominis spiritualis

Deinde docendus est animalis incipiens Christi tyrocinalis
deo appropinquare ut et deus appropinquet ei Sic enim ammo
net apostolus Appropinquate deo et appropinquabit vobis Non enim
solum faciendus est et formandus sed et vivificandus Primo enim deus
formavit hominem deinde inspiravit in faciem eius spiraculum vite et
factus est homo in animam viventem Formacio hominis est insti
tucio moralis vita eius amor dei quem fides concipit spes
parturit ipse se format et vivificat Amor enim dei ut amor dei
spiritus sanctus amori hominis et spiritui se infundens afficit eum sibi et
amans seipsum de homine deus unum secum efficit et spiritum eius et
amorem eius Sicut enim non habet corpus unde vivat nisi de spiritu sancto
sic affectus hominis qui amor dicitur non vivit hoc est non amat
deum nisi de spiritu sancto Amorem ergo dei in homine ex gracia geni
tum lectio lactat meditacio pascit oracio confortat illuminat Animali
ergo et novo in Christo homini ad excitanda eius interiora melius et
tucius proponitur legenda et meditanda redemptoris nostri exteriora
et ostendendum in eis exemplum humilitatis provocacio caritatis et affectus

pietatis et de scripturis et de sanctorum tractatibus prem media queque
et planiora proponenda etiam sunt ei gesta vel passiones sanctorum
ubi nichil laborandum sit in planicie hystoriali et si aliquid occurrat quod
novicium animum excitet ad amorem dei et contemptum sui. Porro si
alie hystorie delectant si non edificant que pocius mentem inficiunt tempore
orationis vel spiritualis meditationis et inutilia queque vel noxia faciunt
scaturire in medium lectionis quippe medium sibi meditatio sequi scilicet
difficilium etiam lectio scripturarum fatigat nec reficit teneriorem animum
frangit intentionem ebetat sensum vel ingenium. Docendus etiam est
in oratione sua sursum cor levare spiritualiter orare a corporalibus vel cor
poreum ymaginibus cum deum cogitat quantum potest recedere. Ammonendus etiam
est quanta potest puritate cordis in eum tendere cui sacrificium orationis sue
offert. Quantum enim videt vel intelligit eum cui offert tantum ei in affectu
est et ei amor intellectus est quantum ipse ei in affectu tantum sapit ei hoc
ipsum si dignum deo quod offert et in eo sibi bonum est. Homini tamen novicio ora
ti vel meditanti nichil melius ac tucius sicut iam dictum est proponitur ymago
dominice humanitatis nativitatis passionis resurrectionis ut infirmus animus
qui non novit cogitare nisi corporalia et corporale aliquid habeat cui
se afficiat cui iuxta modum suum pietatis intuitu inhereat. Est
quippe in forma meditationis in quo sicut in Job legitur visitans
homo speciem suam non peccat hoc est cum intentionis sue intuitu
in eum dirigit humanam speciem in deo cogitando a vero non usquequaque
recedat et dum per fidem deum ab homine dividit deum aliquo in homine
apprehendere addiscat in quo parvulis spiritu et simplicioribus filiis
dei tanto in animo solet esse affectus dulcior quanto humane nature
propinquior. Postmodum vero fide integrante in affectum amplexantes
in medio cordis sui dulci amoris amplexu Christum Ihesum totum
hominem propter assumptum hominem totum deum propter assumentem deum
incipiunt eum iam non secundum carnem cognoscere quamvis eum nondum
secundum deum plene possint cogitare et sacrificando deum in cordi
bus suis offerre ei amantium vota que distinxerunt labia sua
obsecrationes orationes postulationes pro causa et tempore congruentes

Diffinicio oracionum

Sunt enim oraciones alie breves et
simplices sicut eas format voluntas sive necessitas orantis
pro causa incidenti. Alie vero prolixiores ac rationales sicut
in inquisitione veritatis petentes querentes pulsantes donec acci-
piant inveniant et aperiatur eis. Alie alacres spiritu et fervide in
affectu fervescentes in gaudio gratie illuminantis. Et iste sunt quas
apostolus alio ordine dinumerat obsecrationes orationes postulationes
gratiarum actiones. Nam postulatio est cum primo ponimus circa ob-
Postulacio
tinenda temporalia et reliqua necessaria vite huius in qua deus omnibus
postulantibus prebet facit tamen quod ipse melius iudicat et dat liber(aliter)
ei quod bonum postulat. Ipsa est de qua psalmista ait Etiam adhuc et
oracio mea in beneplacitis eorum. Hec omnium hominum et communis impiorum
est sed maxime filiorum huius seculi desiderare tamen tranquillitatem
pacis sanitatem corporis temperiem aeris et ad alia que ad vite
huius spectant necessitatem et utilitatem et ad iterum voluptatem pro quibus

Obsecracio
Oracio
Gratiarumactio

qui fideliter postulant quamvis ea nō postulent nisi ad utilitatē tn̄ in
hoc ipo voluntati dei suam subiciunt voluntatem / Obsecracio nō megee
niys spualibus anxia addeum instācia inquibus cū gracia fuit
necessitatem qui apponit statim nō apponit nisi dolorem / Oracio nō
est hominis deo adherentis affectio & familiaris quedā & pia allocu-
cio et stacio illuminate mentis adfruendum quādiu licet / Porro graciarum
actio in intellectu & cognicione gracie dei bone voluntatis & indeficiens
addeum et reflexa intencio cōa si alii al nō sit ut torpeat sed
actio exterior sive actio interior i. affectio / Hec est de qua aplus dicit
velle adiacet mihi pficere autē bonum nō invenio / Ac si dicat semper
quidem adest sed aliquā iacet / Hoc est messitas ē qua pficere bonum
quero sed nō invenio / Hec est caritas que nūquam deficit / Ipa n̄
est sine intermissione oracio sive graciarum actio de qua aplus ait / Sine
intermissione orate in omnibus gracias agite / Est enim quedam ingens
bonitas mentis & compositi animi addeum precem in filiis eius
bonitatis eius quedam similitudo orans pro omnibus se & in omnibus
gracias agens tot modis in oracione vel graciarum actione addeū ingerit se
insidens quod in suis vel necessitatibus vel consolacionibus imprimi c
ia compassionibus vel congratulacionibus causales in hoc materias in
venit prius affectus / Sic aut ingerit in graciarum actione est esse quia qui
se est sic in gaudio spus sancti est / Inpostulacionibus ergo pie ac fi
deliter est orandum si nō est pertinaciter inherendum / Cum nos nō
sciamus sed pr̄ me qui in celis est / Cum in temporalibus usibus necesse sit
nobis / Obsecracionibus nō insistendum ē sed in omni humilitate &
paciā quia fructum nō afferunt nisi inpacia / Preambulum sextum
Quam dilecta thabernacula tua dne virtutum / Racionalis
in quibus passer invenit sibi domum & turtur nidum ubi
reponat pullos suos / passer inquam naturale animal vitiosum mobile
leue importunum garrulo ac proni inlibidinē Et turtur luctu amica
opace solitudinis familiaris incola forma simplicitatis exemplum
castitatis Ille sibi in eis invenit nidum domum quietis & securitatis
Ista nidum ubi sibi reponat pullos suos / Cum sint hii nisi nuenendi
naturaliter sanguinis calidus & fervidus anima etas labilis curiositas
inquieta & prolixe maturitatis senectus anima castus sobrius perse
sus extendens & in semetipsum quadam pr̄ recondens semetipsum
quorum altum intabernaculis dnō virtutum idē in disciplina cellarum
invenit sibi domum abomnibus ab omnibus viis quietam firmamentum
stabilitatis & mansionē securitatis / Alterum vero in secreto celle secre
ciorem recessum constituit ubi reponat & nutriat fructus affectionum
suarum fructus & spuales sensus contemplacionis passer solitarius in tecto
hoc est in altitudine contemplacionis exaltare amat habitacionē carnalis
conversacionis turtur in inferioribus secundarie & gaudet in fructibus
humilitatis / Prestiti tam quieti & spuales qui turturis nomine desig
natur ad firmamentum & robur virtutis sue per virtutem obediencie et
subiectionis se premunt semp ac deiciunt in id quod incipientium
est & vim inferius se condescendunt inde ascendunt supra se & humi
liando se magis proficiunt quo fructus solitudinis nō arbitrantes

et negligenciam constitutam voluntarie subiectionis exercicium spiritualis vi-
te et dulcedinem fraterne caritatis. Ideo vir spiritualis eciam corpore suo
spiritualiter utens perhibet eius quam habet animalis homo primum coactam
racionabiliter per consuetudinem subactam et tempore meretur quasi naturaliter
affectatam. Ubi ille obedienciam necessitatis ipse habet eciam caritatis ubi ille
virtutes ipse habet eas si perseverat in mores. Ille vero possessores dei sursum
intendentes ad ea que perfectorum sunt non elacionis presumpcione sed amoris
pietate in paupertatem spiritus sui sublimati non repelluntur ut elati
sed suscipiuntur ut devoti et aliquid merentur. Dum hoc experiri quo sunt spi-
rituales et se affectant eorum imitari actiona ad quorum ambiunt con-
solacionem contemplativam sicque uno spiritu licet non uno gressu gradientes
equaliter proficiunt et spirituales in humili et incipientes in sublimi. Et hec
sunt cellarum bene ordinatarum sancta commercia studia veneranda ocia
negociosa quibus operosa caritas ordinata mutuo in silencio sibi col-
loqui et in absencia ab se admirari magis sui perfectione deficientes et
cum se non vident deficientem in alio vident quod imitandum est
in se ipsis nonnisi quod flendum est. Ego non sic dicat propheta vir videns
paupertatem meam cum alienas divicias conspicio in memetipso erubes-
co et suspiro quod lucro in alieno mallem in proprio. De duobus
quippe malis tollerabilius est quod amas non videre quam videre et
non habere cum tamen non sit de bonis domini. Bona enim domini videre est
intelligere intelligere est amare amare vero habere est. Ideo interim
quatenus possimus ut videamus videndo intelligamus intelligendo a-
memus ut amando habeamus. Domine supra te hoc ante te est omne
desiderium meum et gemitus meus a te non est absconditus. De sta-

tu vite racionalis vel proficiencium

De animali ergo statu transeuntes ad racionalem ut de racionali transeamus ad spi-
ritualem tractando et utcumque proficiendo primo scire debemus
quod sapiencia sicut in libro nominis eius legitur preoccupat eos qui se
concupiscunt et occurrit eis et ostendit se in viis hilariter sicut in
proficiendo sic et in meditando et in tractando attingens ubique propter
suam munditiam. Adiuvat enim de suis vultu suo se intuentem monet
ac promovet et attrahit species summi boni contemplantem. Animus
racio proficiendo in amorem sursum ascendit et amati et desiderati
gratia condescendit. Unum sepe fiunt que illos duos status effi-
ciunt que sunt racio et amor et que ex eis efficiuntur scientia et sapiencia.
Non iam possunt altius contrectari vel cogitari quia unum et
unius operacionis sunt in sensu intelligentis et in gaudio fruentis.
Cum animus ergo distinguendus sit aliter ab altero et in altero tamen cum se
se res obtulerit et cogitandus et tractandus erit alter cum altero
et in altero. Anima ergo sicut iam supra dictum est quemadmodum in profectu
religionis status animalis vigilat circa corporis ad hominem exteriorem
componendum et aptandum studio virtutis sic racionalis circa animum
agere debet vel faciendum si non est vel excolendum et ordinandum
si est.

Diffinicio anime et dicta anime et animi

Primus ergo videndum est quid vel quis sit animus ipse qui
racionale facit quid ipsa racio que ab racionale movere

hominem fracendo pstat Sed pmo dicendu est de anima A//
nima est res incorporea racionis capax vinificando corpori
accomodato hec animales constituit homines que carnis sut
sapietes sensibus corporis inherentes Ome ubi pfite coms in//
cipit esse no tn capax sed eciā pticeps continuo abdicat a se
nctam gnus feminn et efficit anima pticeps racionis regendo
corpori accomodatus semetipm hīt spus Crudin eni anima
ē cito in id quod carnale est effeminat Anima vo et spc̄tū
no nisi quod utile ē et spiale meditat Spus eni homis
in appetitu boni subtilis et efficacis ne conditus et in arte caritā
tis sapie omi corpore melior et omi luce luce corpora lucidior
ac dignior ob magnitudinē conditoris et capacitatem racionis Dico
tn carnalis originis implicitatū pcti sunt effectus ē et captiuatū
in lege pcti que est in mebris suis nc tn omnio amisit liberū
arbitriū id iudiciū racionis et iudicando et discernendo ꝙ qm liber
tatem eius amiserit in eligendo et agendo Nam in pena pcti
et testimonium amisse dignitatis naīls positu est ei insigne
arbitriū sed captiuū ꝙ eciā añ conuersionem et liberacionem
voluntatis nuq̄m pdere pt ulla adulsone ipius voluntatis
inquo eciā cum eo abutit in eligendum malū pbono sicut
dcm est Melior et dignior est omi corporea creatura no in se
sed in arte creatoris vitatis liberat ne voluntas qn efficat
caritas cum caritas dei diffundit in cordibus nris p spm sactū
qui dat nobis Et tuc racio vere est eo hoc est hītū mentis
p omia quemadm vitati Cum. n. libata voluntate p libante graz
spus agi incipit libatorum tuc est sius hoc est se ipo liberare
credentes efficit et fit anima et bonus aīa Anima eni idem
bū animalis et pficiens aīal sicud qua bonus fit et quo nisi bo
nus nc anima esse potuit supplemento libere racionis bonus aut
nuq̄m eam nats bonū sicud quo bonus fit et sine quo nc bona
nc anima ee potuit fit aut bonus anima et racionis diligens
dnm deum suu in toto corde suo et in tota anima sua et in oi
mete sua et eciā in omnibus viribus suis et no nisi in ipo se ip
et pximū sicud se sepm fit bonus anima deum times et ma
data eius obsuans hoc est omis homo Racio eni sic diffinit
a diffinientibus ac describit a describentibus Aspectus anime ē
quo p se ipm no p corpus verū intuet aut ipa vo contēplacio
aut ipm verū quod contemplat a vita racionis ac racionale obseq
ium in quo contemplati vitati conformat Raciocinacio vo
est racionis inquisicio hoc est aspectus eius in otio p ea que as
picienda sunt Raciocinacio querit eo inueniri aspectus est in
aliquā rem coniectus cum eam videt scīa cū no videt igno
rancia hominis est hec est eo et instrumentum p quod opat et opus
quod opat Hec semp exerci amat in eo ꝙ utile et hones
tum est exercicio pficiens Desidia no insemetipsa marcescit
Nullum eni dignius et utilius exerciciū est homi eam hūti

qm̄ in eo quod melius h3 et in quo ceteris animalibus et ceteris corporibus
sibi preeminet que est ipsa mens ut anima mens vel animus
qui cetera pro ipso homini regenda subdita est ut dignius ē aliud ad q̄
rendum ut dulcius ad invemendum ut utilius ad fruendum qm̄ quod sola
ipam supereminet quod est solus deus ut longe ē ab incorporeo q3
eam qui in ipso vivimus pfidem q moremur et sumus Et ideo sic
in aere isto sit in deo deo isto meo s in xpo vivimus pfidens mo
veamur et pmoremur psperam sigum et pamorem ab ipso enim ad
ipum conversus eius ut ipse sit bonus eius hic aut ab illo bono
bonus ad ymaginē et similitudinē eius conditus est hoc ē ut q̄m
diu hic vivit quantum pnus pt accedat ad eum similitudine a
quo sola recedit dissimilitudine ut sit hic sanctus sicut ille sanctus
est in futuro futurus beatus sicut ille beatus est Denique hoc solum bonum
et magnum est quod cum bonus et magnus animus suspirat et
inhiat et affectat quod supra eum est et adherere festinat similitudi
ni sue devota ymago Ipse enim ymago dei est et per hoc quod ymago dei ei
est intelligibile e sit et posse sequi et debere inherere ei cuius
ymago est ideo q3 et si sit intus regit corpus suum commissum melio
rem tn pte sui memoria scilicet intelligencia et amore ibi se convsatur
amat vnum quicquid est quicquid hic se novit se accepisse et ubi
imperfectum se manifestum et cum plena dei visione plenam similitudinem
accepturum quantum quantum in hoc homini sperandum est sperare ei licet
Si bone spei vitam suam non negligat conformare Illud ergo spiritu
vnum pendet plus cum hominibus commorans ut vivificet eos vita
dei ad querenda et capienda divina quam ut animet vita ista mortali
et humana Sic enim corpus suum quod animat naturali statu exiget
in celum quia natura et loco et dignitatem et loca omnia et corpora
supereminet sic spiritualis ipsa natura ad ea que inspiritualibus preemi
net hoc est ad deum et divina exigere se amat semetipsam non superbe
sapiendo sed pie amando et sobrie et iuste et pye vivendo Cum
spiritu altius est quo nititur tanto feruentibus exercitiis studiis
extendus est Et que cum non pscindant si attingat saltem afficiat
ut psiciat Studia non hec et si levis aliqua adiuvant et vtuntur
non tn lectoria sunt et cavillancia non disputancia non garrula
sed spiritualia pacifica humilia humilibus conveniencia Venit et si fo
ris exercentur intus potius agunt in ipso mentis ubi renovatur
homo induens novum hominem qui secundum deum creatus est in
iusticia et sanctitate veritatis ibi n sit anima ubi sit intellectus bo
nus omnibus facientibus eum tum secundum regulam ab apostolo datam
in omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa paciencia in tri
bulacionibus in necessitatibus in angustiis in laboribus in vigiliis
in carcere celle in ieiuniis in castitate in scientia in iusticia in
longanimitate in suavitate in spiritu sancto in caritate non ficta in
verbo veritatis in virtute dei per arma iusticie a dextris et a sinistris
per gloriam et ignobilitatem per infamiam et bonam famam ut seduc
tores et veraces sicut qui ignoti et cogniti quasi morientes et ecce
vivimus ut castigati et non mortificati quasi tristes semper autem gau
dentes sicut egentes multos autem locupletantes tanquam nihil

sentes et omnia possidentes in labore et erumpna in fame et siti in fri-
gore et nuditate Hec et huiusmodi sunt studia scilicet exercicia apostolica in quibus
dissuitit se animus et erudit et emendat mundans se ab omni inquinamento
carnis ac spiritus perficiens sanctificacionem in timore dei Studiat hec silenci-
um amant quietem desiderant cordis in labore corporis paupertate spiritus
et pacem in exterioribus perficiunt bonam conscienciam in bona puritate cor-
dis et corporis hec faciunt animum qui huiusmodi perfecte colem Vana
ergo illa inmutiuncula verbosa contenciosa curiosa ambiciosa et cetera scilicet
animum ut iam perfectum dissipant vel corrumpunt hec studia notata sunt
tantum contactu flores quorum radices non ut luceant sed ut sint non ut
sciantur sed ut beantur Viciorum in semetipsis plus metuunt appeti-
tum quam absque impetum plus contagium quam maliciam Sic enim
magno aliquo labore et studio perscrutando virtutes trahimus
in affectum et mentem bona Sic vicia levissima dimissionis et libere
oportunitate transeunt in possessionem et quasi naturalia efficiuntur sed
nullum vicium naturale est omnibus non virtutibus hominum naturalis est Consuetudo
tamen vel voluntas corrupte et inolite negligencie plerumque sepe vicia quasi
naturalia in negligencia constituta efficere solet Consuetudo quippe sicut
philosophi dicere solent altera natura est Omnibus tamen malus animus prius quam in
direscat malicia eius molliri potest sed postquam induraverit desperandum
hec enim maledictio ade ut terra laboris mei et in agro vel cordis
vel corporis mei noxia vel inutilia gratuito passim ubique proveniant
utilia non vel necessaria et salubria cum labore Virtutis tanquam naturaliter res
est Et enim venit in animum aliquando non venit sine labore sed veniunt
in locum suum in quo sedet fideliter et bene cum ea natura queant
cum nullum premium sit ei quam in conspectu domini sui Vicium non enim
nihil aliud esse credatur quam prava voluntas tamen vastitas carnis
et enormitas tanta nonnunquam sentitur ut obruat et opprimat feditas
tanta ut inquinet et inficiat adhesio tam pertinacis consuetudinis
ut vix eam excutiat a se natura Omnibus enim viciis fenestra statim
patebit si fontes non fuerit obturata Ubi ergo remissa voluntas fuerit
mentis levitatem ex qua procedunt instabilitas mentis inconstancia
morum vana leticia sepe usque ad lasciviam cachinnus vana tristicia
nonnunquam usque ad egritudinem corporis et multa alia in negligencia
vel in transgressione positi relaxantis vicio veniencia Sic etiam super-
bi excussi voluntatis in magna sepe cordis inopia timentem effi-
ciat animum Unde procedunt vana gloria fiducia sui negligencia dei
iactancia inobediencia contemptus presumpcio et cetere animi pestes que
fluere solent ex timore et usu superbie et hunc modum omnia genera
viciorum ex aliquo male voluntatis affectu vel male consuetudinis
usu sua singula induunt materiam originem et quecumque diutius
mente indita tanto forcius herent et forcioribus remediis eget et cura
requirunt diligenciore huiusmodi enim pestes viciorum usque ad ultimam
solitudinem salutarem se persequentur Et sic bene concerta virtutibus et fide-
liter animo insidens possessorem suum in nulla deserat multitudine
sic vicium consuetudinis animo vel omnino possessorem suum libe-
rum esse non patitur in qualibet solitudine Nam nisi pertinaci stu-
dio et prudenti ope expugnata fuerit consuetudo levius per vinci

vix pt Et quo mo se cponat animus & in quadam solitudine habet se
artum ut silencium cordis esse non patit^r cum quo maiore contigit
in esse pessimum consuetudinis & iniquitatis eo nequior & rebellior in eo
invenit^r non tam malicia spiritualis quam quasi manibus expellenda
multiplex quedam collectio & diuturna corpulencia iniquitatis

Diffinicio virtutis

Sed redeamus ad laudem virtutis. Quid est virtus
filia dei est si magis gracie. Est enim quedam est & nata
& ut virtus sit habet ex gracia. Vel est ex medio approbantis
racionis. Virtus aut ex appetitu illuminate voluntatis. Virtus enim
voluntas in bonum est assensus. Virtus est equalitas quedam vite
racioni congruens. Vel Virtus est ad iudicium racionis usus libere vo
luntatis. Virtus est quedam humilitas. Virtus est quedam paciencia.
Virtutes sunt obediencia prudencia temperancia fortitudo iusticia & alie
quam plures in quibus singulis non est aliud virtus quam sicut dic
tum est ad iudicium racionis usus libere voluntatis. Bona enim

Voluntas



voluntas origo est in animo omnium bonorum & omnium virtutum. Sic
econtrario mala voluntas omnium malorum & viciorum. Ideo custos anime
sue valde sollicitus esse debet circa custodiam voluntatis sue. Ut
prudenter intelligat & discernat quid in totum velit vel nolendum
sibi sit sicut est amor dei. Quid propter aliud sicut est amor proximi. Ut
enim tuta sit in illo omnis discrecio. In hoc scilicet sunt obediencia regulans
caritas & prudens dicitur esse discrecio. Videlicet quippe deus non alia
racio non alia discrecio est nisi ut sicut ille cum dilexit nos in
finem dilexit nos sic et si fieri potest in infinitum diligamus eum nos. Sicud
beatus vir qui in mandatis eius cupit nimis. Sed cum nullum
finem vel terminum debet habere devocio caritatis habet terminos suos et
fines & regulas habere dicitur accio operantis. Ubi ne aliquid excedat nimis
Voluntas itaque est ut se assit mediante obediencia custodiens ve
ritas. Vel id est in bonum hominis in deum perfectis tamen sibi convenit quam
voluntas & veritas hec duo sunt que sicut dicit dominus si duo con
senserint in unum pariter consenserint omnem in se continet virtutem
quodcumque pecierint fiet eis a patre meo. Si duo hec in unum
pariter consenserint omnem in se continet virtutum plenitudinem
Omne vicio mortificate omnia pariter in homine cetera languescere cla
bunt & possident in homine cetera vel habite dant iniuriant
pariter in homine sensum quiescere. Gloria & divicie in domo boni
viri illius ex fructibus bone voluntatis eius foris vero non ex uno
latere sicut status huius mundi sed undique cum claudat statum volun
tatis dei. Hilarem enim et iocundum intus se efficit bona voluntas in
exteriori vero actione serenum & gravem vultum ac serenum reddit
vultus. Ideoque super gressus humana ille homo semper serenus est
sicut de aere illo homines ferunt qui super globum lune est. Vo
luntas naturalis quidam appetitus est. Alius ad deum & circa inte
riora sua. Alius circa corpus et exteriora corporalia. Hec enim sursum
tendit sicut ignis ad locum suum. Hec autem sociat^r veritati & mo
net^r ad alcior amor est quem non permanet^r & lactat^r a gracia
dilectio est. Situ apprehendit cum tenet cum fruit^r caritas est. Spiritus

deus est Deus n caritas est Inhys aut cu consumauit homo tunc in
cipit quia nulla hora in hac vita perfectio est Cu vo declinat in
ea que carnis sunt concupiscentia carnis est cu in curiositate seculi cog
concupiscentia oculorum est cum in ambitione glorie vel honoris superbia
vite est Cum dum tn in huiusmodi utilitati seu necessitati nature sunt na
est vel appetitus carnis Cum vo infestius se exponit vel noxia vi
cii natura c vel sui ipsius quorum prima appetitu vel accessu de temet
ipso hec capere licet arguant ea in eis que ad corpus spectant in rebus
naturalibus voluntas primo appetitum fine facit naturalis animi appetitus
e Cum vo inappetendo se ad alacria progreditur ipsum se prodit
Omnia iam no tam voluntas quam vicium voluntatis est avaricia vel
cupiditas vel aliquid huiusmodi Voluntati enim huiusmodi. cito satis est
Vicijs vo carnis numquam satis est Hec cum in spiritualibus et in eis que
ad deum sunt Cum aut voluntas vult quod pt laudanda est cum
vult quod pt et plus quam pt regenda est cum no vult quod pt exci
tanda et provocanda est Sepe. n. cum frenatur impetu facit et
agitur in preceps sepe si no excitatur dormit tardat et oblivisci
quo tenebat et facile declinat qui a latere in obligacionibus oblate
delectacionis Ideo sicut in corpore eciam solet fieri melius n.
ab alio corpus hominis providetur quam ipsum se videat In huiusmodi
nos sepe melius videt aliena oculus quam ille et alius qui no pitu
in fervore eius voluntatis rector sepe index e actionis qui sepe
negligencia vel privato amore nostri exterius in nobis Nomine g°
custos voluntatis est obediencia sive imperij illa sit sive consilij sive subiect
ionis sive solius caritatis Pueris enim sepe ac dilectus sicut apostolum
petunt ad parentes seu eciam admaiores suos filij obediencie castificant cor
da sua in obediencia caritatis quam admaiores suos subigant in obediencias
caritatis nostris In illa enim sola vel precipit vel consulit vel obedit ca
ritas hic aut penam vel x timet vel minatur imperiosa necessitas Et
in illa obediencia sepe debetur maior gloria In ista no inobediencie
maior se intentatur pena Ergo in homine sicut cor habente propter
exteriora sua regenda moderanda componenda palam omnibus est
custodiam necessariam sit voluntati custodia sive amplius aut interiora sua
animo namque sepe se ipsum vel deum cogitanti voluntas in omni cogita
cionis precepta est et motus principium voluntatis sequitur omnis tenor
cogitacionis Tria n. sunt que cogitacionem faciunt voluntas ipsa memoria
et intellectus Voluntas cogit memoriam ut proferat materiam memo
ria cogit intellectum ad formandum quod profert adhibens intellectum
memorie ut inde formet intellectus vo aciem cogitantis vt inde
cogitet Unde quia in unum cogit voluntas et facili quodam intui
copulat a cogendo cogitacio nomen accepisse videtur Sunt sunt
cogitaciones omnes alie bone et sancte et digne deo alie male et perverse
que separant a deo alie ociose et vane a quibus aufert se deus
sicut et enim dicitur quia perverse cogitaciones separant a deo Et quod spiritus
sanctus aufert se a cogitacionibus que sunt sine intellectu In quibus

ubis advertendum est quia sine omni intellectu illateraliter cogitatio pt
et ulla omnis cogitatio sine omni intellectu est quia aliud est intellectus
ex vi naturalis racionis aliquando ex virtute mentis racionalis Intellectus quidem
idem ipse est qui quocumque sive in bonum sed in malum applicatus
fuerit naturaliter viget Sed aliquando in peccatis sibi relictus aliquando a gratia
illuminatus Ille secularibus rebus et servus et imaginacionibus se non negat
hic aut non nisi se dignis rebus in similibus se ipsum accomodat Ille
sepe operatur sicut sibi relictus et viciis infectus ex vi racionis et viciose cor-
rupte voluntatis texens perversas cogitaciones quibus semetipsum qui
cogitat sponte separat a deo hic aut semper sicut illuminatus et virtute
affectus operatur pietatem que cogitantem iungit deo Cuncto suo
loco ponuntur cogitaciones sine intellectu ipse sunt varie ille et ociose
neutro intellectui pro cogitantis intencione se appellantes non pro competente
primetes sed sensim et paulatim corrumpentes occupantes tempus utcumque
impedientes et animum inficientes non tam cogitaciones quam exterius
et ymaginariis recordacionibus simulacra quedam cogitaciones seu
recordaciones ultro multiplicat de memoria scaturientes in quibus pas-
sio quedam voluntatis potius videtur esse quam actio cum nulla sit in
eis cogitantis intencio cum quod sponte ebullit de memoria formaciones
se offert intellectui non creati et quicquid agit videtur potius agi in sop-
no dormientis quam in acie cogitantis ubi tamen et si repellere a se
semper sentit non est in voto cogitantis fit tamen ex culpa negligentis ut
spiritus discipline in istis auferat se a cogitacionibus indisciplinatis Cum
quoniam fiant preter quandam occultam racionis non tamen sunt extra
racione et trahuntur in eas intellectus cum illius sit in eis intelligencia
animi serfis Ubi ad seriose rebus servis bona cogitantur voluntas
libero arbitrio de memoria evocat quecumque opus habet et nullam
formatem memorie adhibet formatum vero quicquid illud est in-
tellectus acie cogitantis et sic peragitur negocium cogitacionis ¶ De

statu vite spiritualis

Quam vero de hiis que de deo
vel addenimus sunt cogitantur et voluntas eo proficit ut amor fiat
continuo previam amoris infundit se spiritus sanctus spiritus vite et
omnia vivificat adiuvans se in oracionem seu in meditacionem seu in tem-
tacionem in infirmitate cogitantis et continuo memoria efficiuntur sapia
cum suavi sapiunt ei bona domini et quod ex eis cogitandum est secun-
dum in affectu adhibet intellectum Intellectus vero cogitantis efficitur
contemplacio amantis et informans illud in quasdam spiritualis vel divine
suavitatis experiencias afficit ex eis aciem cogitantis illa vero efficitur
gaudium fruentis et tunc de deo bene cogitatur secundum humanum modum
si tamen cogitacio dicenda est ubi nil cogitatur sed tantum in memoria
habunde suavitatis dei exultatur iubilatur et vere sentitur de do-
mino in bonitate ab eo qui in simplicitate cordis queritur illo
Sed modus hic cogitandi de deo non est in arbitrio cogitantis
sed in gratia donantis .s. spiritus sancti qui ubi vult spirat Sed homo
est in ingenio preparare cor voluntate expediendo ab affectionibus

alienus eorum uel intellectum a sollicitudinibus memoriam abo
ciosis uel negociosis nominatur etiam a necessariis occupacionibus ut in die
bona dm et in hora beneplaciti eius cum audierit vocem sponsus sponsa
tis ea que cogitacione faciunt communiter libere concreant sibi et cooperan
tis in bono et quasi symbolum faciat in gaudium cogitantis voluntas
exhibendo in gaudium dm puram affectionem memoria materialem
fidem intellectus experiencie suauitatem Sic ergo uoluntas neglecta
faciat cogitaciones ociosas et indignas deo corrupta peruersas quo
separant adeo recta uoluntas ad usum vite huius pia efficaces ad feru
tus spiritus et ad fruendum deo feruenter autem spiritus sancti sunt sicut dicit
apostolus Caritas gaudium pax paciencia longanimitas bonitas benig
nitas mansuetudo modestia continencia castitas Et in omni genere co
gitacionis omnia que cogitanti occurrunt conformatur intencioni volun
tatis agente in eis iusticia et in iudicio dei ut iustus iustificetur
adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc Ideo homini deo
uolenti uel amanti suo primo consulendus est animus examinanda
conscientia quid sit quod in totum vult et post quot vult quicquid a
liud vult spiritus uel odit quicquid contra illud caro concupiscit In
cedentes enim quasi extrinsecus et decedentes cogitaciones et post uolun
tates quibus modo vult modo non vult nequaquam inter uo
luntates sed pene inter ociosas deputande sunt usque ad delectacionem
animi tamen toto se inde exuatur animus tempus fuit Ex autem in
toto vult primo considerandum est quid illud sit quod sic velit
deinde quantum velit Si quid in totum vult deus est distinctius
est deinde quantum velit et quo velit utrum in contemptum sui
ipsius omnium que sunt uel esse possunt Et hoc modo tamen ex iudicio eorum
sed circa ex affectu mentis ut iam voluntas plus quam voluntas sit
ut amor sit ut dilectio sit ut caritas sit sit vnitas spiritus Sic enim
diligendus est deus Magna voluntas ad deum amor est dilectio et
adhesio est sed coniunctio caritas fruicio vnitas uero spiritus cum deo
homini siue simul cor huius perfectus in deum voluntatis est perfectio cum
iam non solummodo vult quod deus vult sed sic est non tamen affectus
sed in affectu profectus velle autem quod vult deus hoc iam deo
simile esse est non posse velle nisi quod vult deus hoc est iam esse quod
deus est cui velle et esse id ipsum est vnde bene dicitur quod tunc plene
videbimus eum sicuti est cum similes ei erimus hoc est cum erimus quod
ille est quibus enim data est potestas filios dei fieri data est et potestas non
quod ut sint deus sed sint tamen quod deus est sic sancti futura plene beati
quod deus est non aliunde hic sancti neque ibi futura beata quia ex deo quod
quod deus est corporis et sanctitas et beatitudo est hec est omnis perfectio similitudo dei
perfectum autem velle ei dereliquere est et ideo huius perfectioni
inuicienda est ergo voluntas amor preparandus voluntas cohibenda
ne in aliena dissipetur amor suauendus ne inquinetur post hoc
enim solum creati sumus et viuimus ut deo similes simus ad ymagi
nem enim dei creati sumus Est autem quedam similitudo dei quam nemo
viuens amittit nisi cum vita exuitur quam omnis homo intestinam
amisse melioris et dignioris similitudinis creator omnium hominum

sicut quam sapiens et volens et nolens et qui eam cogitare potest et
qui tam hebes est ut eam cogitare non possit. Sicut enim sicut ubique est
et ubique totus est in creatura sua sic et in corpore suo anima vivens
Et sicut Deus indissimiliter deus indissimiliter dissimilia in creatura
operatur sic anima hominis quamvis sit toti corpori vivificando indissimiliter
dissimiliter unita in sensibus tamen corporis et in cogitationibus cordis
indissimiliter operatur assidue dissimilia. Hec similitudo ad hominem
quantum admodum est nullius apud Deum est momenti cum non
ex voluntatis eius sit vel laboris. Sed est alia magis Deo propin-
qua in quantum voluntaria que in virtutibus consistit in qua animus
virtutis magnitudine summi boni quasi imitari gestit magnitudinem
et perseverante in bono constancia eternitatis eius incommutabilitatem.
Super hanc autem alia adhuc est similitudo Dei hec de qua iam ali-
quanta dicta sunt in tantum propria ut non iam similitudo sed unitas
spiritus nominetur cum fit homo unum cum Deo unus spiritus non tantum vo-
luntate idem volendi sed expressiore quadam veritate virtutis
sicut iam dictum est aliud iam velle non valendi. Dicitur autem
hec unitas spiritus non tantum quia efficit eam vel afficit ei spiritum ho-
minis spiritus sanctus. Sed quia ipsa est ipse spiritus sanctus Deus
caritas est qui est amor patris et filii et unitas et suavitas et
bonum et osculum et amplexus et quicquid potest esse amborum in summa
illa unitate veritatis et veritate unitatis hoc idem homini suo
modo fit ad Deum quod cum substantiali unitate filio est ad pa-
trem vel patri ad filium cum in amplexu et osculo patris et filii me-
diam se quodammodo invenit beata conscientia cum modo ineffabili
et incogitabili meretur homo Dei fieri non Deus est ex natura
vel in cathalogo spiritualium exercitiorum apostolus prudenter interserit
spiritum sanctum dicens In castitate in scientia in longanimitate in suavitate
in spiritu sancto in caritate non ficta in verbo veritatis in virtute Dei.
Vide namque omnia ordinantem et vivificantem in medio bo-
narum virtutum sicut cor in medio corporis constitutum spiritum sanctum
ipse est enim optimus artifex creans hominis ad Deum bonam vo-
luntatem Dei ad hominem faciens propiciacionem formans affectionem
dans virtutem prosperans operationem agens omnia fortiter et disponens
suaviter. Ipse vivificat spiritum hominis continens in unum corpus su-
um homines docet Deum querere angeli adorare. Solus ipse
est qui docet invenire et habere et sum ipse tamen est et sollicitudo que-
rentis et pietas inquirentis et veritas adorantis et sapientia inventi
et amor habentis et gaudium fruentis. Quicumque tamen de visione et cog-
nitione Dei hic fidelibus impertitur speculum et enigma tamen distans
a futura visione et cognitione quantum fides distat a veritate vel tempus
ab eternitate nisi cum aliquid fit et de eo in libro Job legitur qui
abscondit lucem in manibus et precepit ei ut rursum veniat et
annunciat de eo dilecto suo quod possessio eius sit et ad eam possit
ascendere. Electio enim et dilectio Dei aliquod claritatis lumen clausum
in manibus patens et latens ad arbitrium tenentis ut per hoc quasi

in thesaurum sui vel tactu subito videre permittitur exardescat animus ad ple
nam possessionem luminis eterni et hereditatem plene visionis dei Cui
ut innotescat aliquatenus id quod ei deest nonnumquam quasi pertransiens
gratia perstringit sensum amantis et eripit ipsum sibi et rapit in diem
qui est a tumultu rerum ad gaudia celestia et pro modulo suo ad mo
mentum et ad punctum idipsum ostendens ei videndum sicuti est interim etiam
et ipsum efficiat in idipsum ut sit suo modo sicut illud est ubi cum didicerit
id quod intersit inter mundum et immundum redditur sibi et remittitur ad
ad mundandum cor ad visionem adaptandum animum ad similitudinem ut
si aliquando iterum admittatur sit purior ad hoc videndum et stabilior
ad fruendum Nusquam siquidem melius deprehendit modus humane im
perfectionis quam in lumine vultus dei in speculo divine visionis ubi in die
qui est plus et plus videns quid sibi deest emendat indies similitudine
quicquid aliquid dissimilitudine similitudine ei propinquans a quo
longe facta est per dissimilitudinem et sic expressiorem visionem expres
sior semper similitudo committatur Impossibile est quippe videre summum bo
num et non amari vel non tantum amari quantum datum fuit videri
usquequo amor perficiat in aliquam similitudinem amoris illius qui deum
similem fecit homini per humiliationem humane conditionis ut hominem
deo similem constituat per glorificationem divine participationis et tunc est
dulce homini conhumiliari summe maiestati compauperari filio dei
divine sapientie conformari hoc sentiente in semetipso quod in Christo
Jhesu domino nostro Hec est enim sapientia cum timore et exultatione cum
tremore cum cogitatur et intelligitur deus humiliatus usque ad mortem
mortem autem crucis ut hominem exaltet usque ad similitudinem di
vinitatis Hinc emanat impetus fluminis letificans civitatem
dei memoria habundantie suavitatis eius in intelligendis et
cogitandis bonis eius In quibus tum adeo amanda facile ho
minem induant pensata et contemplata eius amabilia per
se ipsa in affectu contemplantis elucescunt sicut potentia eius virtus
eius gloria maiestas bonitas beatitudo hoc potissimum amantem
eius capit in amabilem quod ipse in semetipso est quicquid in eo a
mabile est qui est totum quod est sicut tamen totum est ubi plus non est
Sum bono amore ipsi bono sic se intendit purus affectus ut
se inde non avocet donec vivat vel vivus cum eo fiat spiritus
effectus Quia cum in eo fuit perfectum iam solo mortalitatis huma
velo dividitur ac differtur a statu statorum a summa illa beatitudine
super celestium Cuncta tamen tunc iam in fide et spe eius quem amat
sentit in conscientia iam quod super est vite huius tollerabiliori
postulat paciencia Et hec est destinatio solitarii certaminis hic
finis hoc premium requies laborum consolatio dolorum Et ipsa perfectio
et vera hominis sapientia omnes amplectens virtutes et continens virtutes
non aliunde collectas sed naturaliter insitas sibi ad similitudinem illa dei qui
est ipse quicquid est sicut deus cum id quod est Fit enim bonum velut
habitus bone voluntatis in bonam voluntatem sic consolidatus

et affectus est ut ardentissima boni incommutabilis adhesione
nullatenus iam videat se posse ab eo mutari quod est. Cum ergo sit circa
hominem dei assumptis illa illa doni et spiritus istius virtutibus mens sapientis
et primus animus se illuminante et adiuvantem graciam in contemplacione
summi boni speculatur earum singulas incommutabilis veritatis inqualitatem
ad eas pertingere nititur intellectus amoris et exinde formatur sermo
conversacionis cuiusdam celestis et formam sanctitatis. Speculatur enim
summam veritatem et que ex ea vera sunt summum bonum et que ex eo bona
sunt summam eternitatem et que ex ea sunt illi veritati illi caritati illi
eternitati se conformans in istis se ordinans illis non super volitans
iudicando sed suspirans desiderando vel inherens amando ista susci-
piens et eis se coaptans et conformans non sine discrecionis iudicio
non sine examine raciocinacionis et iudicio racionis ex quo concipi-
untur et oriuntur virtutes sancte ymago dei reformatur in homine et vita
illa dei ordinatur a qua homines quosdam alienatos esse conqueritur
apostolus et colligitur robur virtutis scilicet duo illa in quibus perfectio vite
contemplative perfecte constat et active de quibus iuxta antiquos
interpretes legitur in Job Ecce pietas est sapientia abstinere vero a malis
sciencia est. Sapientia enim pietas est hoc est cultus dei amor quo eum
videre desideramus videntes in speculo et enigmate credimus et
speramus et in hoc proficimus ut eum videamus in manifestacione. Absti-
nere vero a malis sciencia temporalium est in quibus sumus in quibus in tan-
tum abstinemus a malis in quantum ad bonum studemus. Ad hanc scienciam
ad hanc abstinenciam spectare invenitur primo omnium virtutum exercicia de-
inde eciam omnium actuum vite huius in qua versatur disciplina quorum
alterum id est studium virtutum respicit potius vero ad superiora quasi super-
iorum sapientie preferencia virtutem et excellencia suavitatis alterum
vero circa corporalia sunt exterioria nisi fidei religione religetur defluunt in in-
feriorum vanitatem in quibus constituta sunt res sine racione sine sensibus
corporis comprehensa et memorie commendata sive bene res perpenditur quod
ipse quod apprehendimus sensibus omnis sciencie deputandum est. Ergo non
per scienciam racio in huiusmodi deprehendit hoc est in quo se sibi sciencia
atque sapientia conterminat. Quicquid enim aliunde discit scilicet per sensus cor-
poris quasi alienum et adventicium memorie ingeritur. Quod vero sponte
venit in mentem sive ex racionis sive incommutabilium legum incommutabilis
veritatis naturali intelligencia ex qua eciam impiissimi homines nonnum-
quam rectissime iudicare inveniuntur hoc sic ipsi inest racioni ut hoc
ipsum racio sit vel tamen commendatur ei per doctrinam aliquam ut sciencia sit
quam vel alio commonente vel ipsa commemorante hoc ipsum se in esse naturalis
intellectus ei sit in quo hoc potissimum eciam quod notum est dei deo
naturaliter revelante manifestum sit homini eciam impio. Deinde affectus
virtutum naturalis de quo loquuntur dicentes ethnici poetarum qua oderunt peccare
boni virtutis amore deinde per inquisitorem commanencium quelibet dis-
crecio racionabilium infirma vero post est sciencie et deorsum vergens sensi-
bilium animalis experiencia que fit per quinque sensus corporis per quamplurima
et per experienciam cadunt sive dolorem sed suspiriis huius vite. Cum ergo ro

sapientie conformata format sibi constantiam et ordinat vitam in inse
nsionibus sic aptat sibi sinceritatem et sufficientiam ut in ratiocinationibus
ordinem vite in observantiis statutis formam conscientie semper ab inferioribus
promota et aspirationibus adiuta pergens in id quod etiam est et indi
ces totius a summo voluntatis et mentis affectu et operis effectu cum superne
festinat imbecillitatem spiritus et veritatem ut sic iam sepe deum est fide
lis homo unus spiritus efficiatur cum deo et ipsa iam est de qua paulo
ante diximus vita dei que non tam totius est conscientie quam in sapientia
perfectionis affectus hec enim sapientia qua sapiunt sapientes qua sapiens
est qui factus est unus spiritus cum deo et spiritualis est et hec in hac vi
ta hominis perfecta sapientia est Iam enim qui hactenus fuit solitarius
ut solus efficiatur unus et solitudo eius corporis vertitur in unitate
mentis et impletur in eo quod dominus pro discipulis in clausula omnis
perfectionis oravit Dicens pater volo ut sicut ego et tu unum sumus
ita et ipsi in nobis unum sint Hec enim unitas hominis cum deo vel
similitudo ad deum inquantum propinquat deo in tantum inferius suo co
formant sibi infimum illi ut spiritus et anima et corporis suo modo or
dinata sint locis disposita suis meritis ordinata estimata suis
etiam proprietatibus cogitentur ut incipiat homo perfecte nosse
seipsum et per cognitionem sui proficiendo ascendere ad cognoscendum deum
Uno enim primo corrigere et aspirare incipit perficientis affectus
In cogitatione huius similitudinis plurimum cavendus est error dissimi
tudinis divina corporando non aliter de eo cogitetur quam quod res habet
Cogitans ergo animus similitudinem sui et dei primo in hoc formet et aptet
cogitationem suam ut omnino fugiat secundum corpus cogitare seipsum deum
vero non solum non secundum corpus locale ut secundum spiritum sicut mutabile
Creature enim spiritualia sunt tamen diversa sunt a corporum qualitate
creatura quantum ab omni locali circumscriptione remota Creature vero di
vina sunt tamen supereminet omnia et corporalia et spiritualia quantum
ab omni loco ut temporis lege vel mutabilitatis suspicione aliena in
sua incommutabilitatis et eternitatis beatitudine incommutabilia
manet et etiam in quibus sicut que corporalia sunt discernit
animus per corporis sensum sic que sunt invisibilia ut spiritualia discernere
non potest nisi per semetipsum Unde non sunt dei non nisi a deo queratur
ut expectet intellectum Et quidem de nonnullis que ad deum spectant
probas est et possibile homini bone voluntatis aliquid cogitare et disqui
rere sicut de dulcedine bonitatis eius de potentia virtutis et aliis
huiusmodi ipsum non idipsum quod est id quod est cogitare omnino non potest
nisi quantum ad hunc sensum illuminati amoris attingi potest Credendus
est tamen deus et inquantum admittit spiritus sensus cogitandus quedam
vita eterna vivens et vivificans immutabilis immobilis mira
bilia omnia invisibiliter faciens intelligens et creans omnem intel
lectum intelligentem sapientia faciens omnem sapientem veritas fixa
stans indeclinabilis ex qua vera sunt omnia que sunt vera id est que
sunt eternaliter bone vere omnium eternarum generaliter cui vita ipsa esse
tia est ipsa natura cui vita vivens ipse sibi est que ipsa divini
tas eternitas magnitudo bonitas et virtus in semetipsa existens

et subsistens excedens omnem locum veritate nature illocalis, eter-
nitate vero omne tempus quod vel corde vel oppinione comprehendi potest. Q
longe verius est et excellencius quam quolibet senciendi sentitur, quem
ceterisque tamen spiritualibus sensibus et illuminati amoris quam quolibet cogitatu comprehendi
attingeret. Et sic melius est quam cogitatur. Melius tamen cogitatur quam dici-
tur. Ipsa summa essencia a qua omne esse profluxit. Ipsa est summa sub-
stancia non subiecta predicamentis accidencium sed res omnium subsistens causale
principium in quo esse non moritur, intelligere non errat. Amor
non offenditur qui sic queritur ut dulcius inveniatur; dulcissime
invenitur ut diligencius queratur. Hoc autem ineffabile cum non
sit ineffabiliter invenitur qui videre cor mundet. Quia nulla corpo-
ris similitudine dormienti, nulla corporea specie vigilanti, nulla ra-
cionis indagine nisi mundo corde humilis amantis videri potest vel
apprehendi. Hec est enim facies dei quam nemo potest videre et vivere
mundo. Hec est species cuius contemplande suspirat omnis qui affec-
tat diligere dominum deum suum in toto corde suo et in tota anima
sua et in tota mente sua et in omnibus viribus suis. Ad quod etiam
non desinit excitare proximum suum si diligit eum sicut seipsum. Ad
quod cum aliquando admittitur in ipso lumine veritatis indubitanter
videt prevenientem graciam; cum inde repellitur in ipsa cecitate
sua intelligit puritatem cuius non querere iusticia sua. Et
si amat flere dulce amat et non sine multo gemitu cogitat
redire inconstanciam suam. Ad quod cogitandum omnes impares
sumus sed ignoscat quem amamus et de quo digne nos non posse
vel dicere vel cogitare confitemur. Et tamen ut dicamus et cogitemus
amore eius vel amore amoris eius provocamur et trahimur.
Cogitantibus ergo est in omnibus humiliare semetipsum et glorificare
in seipso dominum deum suum in contemplacione dei. Vilescere sibi in a-
more creatoris. Subiectum esse omni humane creature. Exhibe-
re corpus suum hostiam viventem sanctam deo placentem racionabile
obsequium suum. Pre omnibus autem non plus sapere quam oportet
sapere sed sapere ad sobrietatem et secundum datam a deo mensuram
fidei. Bona sua non ponere in ore hominum sed celare in cella
et recondere in conscientia ut ea quasi titulum et in fronte con-
sciencie et in fronte celle sic habeat: Secretum meum michi, secretum
meum michi etc.

Ad Egidiam viduam

Dilecte in xpo filie Egidie frater . b. ppetua salutem et
perseverantiam in virtute Cum ia te visitare nō possim
et verba dei more solito tuis auribus ingerere ydone
um iudicaui tue postulationi acquiescere ac aliquid
ti de aliqua sanctarum scripturarum testimonia scribere quib9
tuus animus incitamentum aut robur aliquid accipiat vel solamen
Quos enim complacitum est nō modicum videre aut alloqui eos quos
diligimus et illorum est suauis memoria de quibus fiducia gerimus
et a quibus nos diligi arbitramur Scripta uero absentes modo quo
dam presentes efficiunt ut eis quadam conferunt potentiam colloquendi
ut ergo ego absens corpore presens efficiar spiritu ex exhortacionis quam
localis distantia prohibet literarum suppleat series nō tantam insinuationis
causam quam recordacionis et consolacionis quedam sacre pagine
monita et exempla breuiter colligere disposui ut liceat deuota mens
tua multis afflictionibus circumsepta inde valeat releuari Sacra
enim scriptura sacra pluribus admonitionem et consolationem pellit n
ignorantiam et excludit obliuionem tollitque torporem et accidiam
fugat dolentes resouet et lascivientes reprimit aut mundat fluc
tuantes consolatur et merentes letificat iniquos terret vacilla
ntes reprobat superbos deicit et humiles exaltat Primo igitur ea
consideranda tibi proponam que in omnibus aduersitatibus tuis te
poterunt consolari nō mediocriter si diligenter et mediocriter recolenda
ipsa volueris intueri Hec autem sunt dignitas et benignitas sereclis
utilitas aduersitatis memoria finis et consideracio diuiciorum
que aliis illata legimus et recedimus ac videmus Primum ergo con
sidera quis est qui te percutit et causas percussionum attende
Nam deus omnipotens vniuersorum dominus omnium creator mundi for
mator ac rector et conseruator Rex angelorum seculi redemptor
sponsus celestis et auctor sanctissima et piissimus pater qui sapienter
nobis in omnibus prouidet nec circam clemencius gerit magisque
ablunt sordes qui nos castissime diligit Et nichil horum
que facit odio facit Sapientissimus eruditor et iustissimus iudex
qui nulli irrogare iniuriam vel in aliquo valet errare quod
ergo tam potens et sapiens dominus bonus ac nos corrigens facit
magne dignacionis est indicium et precipue dilectionis et argumentum
Quod ergo nos humiliter suma ut nec circa altissimus hunc
tum Quod ergo nos ... dignetur et nobis correctionum ... et amoris indicia largiatur
Ego inquit quos amo arguo et castigo Flagella itaque presencia
sunt signa paterne dileccionis flagellat enim deus omnem
filium quem recipit Sic beatus paulus attestatur ad hebreos Quis
est inquit filius quem nō corripiat pater In illis itaque prehac tanta
pium affectum erga nos indicat diuina correpcio Sic salomon
sapientissimus edocet monens vnumquemque fidelium ad tollerantiam
flagellorum preuidens vbi ait disciplina domini fili mi ne abiicias ne
que deficias cum ab eo corripieris quem enim diligit dominus corripit
et quasi pater in filio complacet sibi Patentis igitur correpcio nos de
monstrat dei filios per graciam si eam equo animo sustinemus

Consolatio in aduersis
Dignitas corrigentis

Extra numerum igitur filiorum dei videtur esse qui sunt extra numerum
flagellorum. Et hoc manifeste ostenditur cum reprobis dicitur quod non
est virga dei super illos. De iustis autem propheta dicit Multe tribula
ciones iustorum et de omnibus hys liberavit eos dominus. Ubi a beodem il
lico subinfertur Ostendit enim nunc dominus populo suo dura et po
tavit nos vino compunctionis. In alio autem seculo absterget
deus omnem lacrimam ab oculis eorum et mors non erit ultra
et non erit eis amplius neque luctus neque clamor sed nec ullus
dolor. Econtrario autem accidit impiis et peccatoribus. Si enim nunc gau
deant peccatores cum male fecerint et exultent in rebus pes
simis extrema tamen gaudii eorum luctus et meror occupat sem
piternus. Tunc enim illud propheticum dictum adimplebitur Multa fla
gella peccatoris sperantem autem in domino misericordia circumdabit.
Hoc est perteget ex omni parte. Illorum ergo error et cordis cecitas ex
hys ostenditur qui omnia bona temporalia possidentes putant etiam in
futuro seculo prosperari. Tales autem sunt et possunt antichristi merito
appellari qui hec dicunt vel estimant aut crediderint. Nam contra christum
aperte cogitant et loquuntur. Dicunt enim perdicionis filii quod illi qui
bona habent in hac vita bona habebunt etiam in futura ponentes sola
solum consolaciones carnales et transitorias que in terrenis divi
ciis et carnis voluptatibus ac mundi honoribus consistere arbitrantur.
Sed manifesta racio et infallibilis veritas contrarium asserunt.
Nam de contrariis ad contrarium fit mutacio sic patet. Ergo qui propter
deum affliguntur vel paciencia adversa sustinent in hoc seculo beati
erunt in futuro. Et qui mundanis vel carnalibus hic fruuntur con
solacionibus in seculo futuro eternaliter cruciabuntur. Sicut ipse dominus
in ewangelio declarat dicens Ibunt hii in supplicium eternum iusti autem
in vitam eternam. Audiant hoc infirmi et consolacionem recipiant.
Videant pauperes et letentur. Querite deum et vivet anima vestra.
Non huius mundi delicias vel honores queratis aut divicias
que nec sine gravi piaculo concupisci et amari possunt
nec absque magno periculo possideri. Nam qui volunt divites
fieri incidunt in temptacionem et in laqueum dyaboli et desideria multa
inutilia et nociva que mergunt homines in interitum et perdicionem.
Radix enim omnium malorum est cupiditas ut apostolus dicit. Nolite ita
que pauperes amare divicias. Quoniam qui amat divicias fructum
non capiet ex eis ut sapiens dixit. Nichil enim est iniquius
quam amare pecuniam sicut alia scriptura testatur. Multos enim perdi
dit aurum et argentum ut ipsa dicit. Ne ergo illud ametis quoniam
eadem pagina teste Qui aurum diligit non iustificabitur. Si enim christus
pauper in hoc mundo et paupertatem docuit et predicavit diviciasque
ac delicias et mundi gaudia spreverit. Ista querere quid est aliud
quam christum relinquere. Cum ergo concupiscit divicias vel mundi
gloriam aut carnis exquirit delicias a christo apostotavit. Nolite

go hoc seculum diligere Unde quicumque voluerit amicus esse secu-
li huius inimicus dei constituitur ut beatus Jacobus dicit Nolite itaque di-
ligere mundum neque ea que in mundo sunt Nam si quis diligit
mundum non est caritas patris in eo Quoniam omne quod est in mundo con-
cupiscencia carnis est et concupiscencia oculorum et superbia vite ut
dicit beatus Johannes Tanto igitur quisque religiosior et Christo similior effi-
citur quanto mundi huius fuit contemptor Nam qui mundum diligit
Christum reprobat aut spernit In mundo enim est nobilior et honoracior Xpi nobilitas
qui dicior estimatur Apud Christum vero est nobilior et gloriosior qui-
libet qui pauperior et humilior spiritu invenitur Seculi ergo nobilitas Seculi.
est ignobilitas apud deum Nam illa oritur post carnem vel cum
carne et cum ea moritur Hec autem in eternum vivit Illa quoque Xpi.
non vere perficit equitas vel intencio sed obscena pecunia gerunt et
humana invenit cupiditas Hanc vero divina gratia facit Nam seculi
dignitas ex vetustate diviciarum nascitur vel ipsarum acquiritur multitudine
christianorum vero nobilitas paupertate rerum et spiritus comparatur Inter christi-
anos enim est nobilior qui perfectior fuit imitator Gloria enim est
magna sequi deum Ipse autem per viam humilitatis et paupertatis ac
tribulacionum ingressus fuit Non enim agrum aut vineam a deo
minimam partem legitur habuisse Filius inquit hominis non habet ubi caput
suum reclinet Ignominiosum ergo est illis divicias querere aut mundi
honores vel delicias quorum rex et dominus ac magister omnia hec despexit
Nam diviciarum contemptu christiane vite perfectio acquiritur Ipso
domino testante qui ait Si vis perfectus esse vade et vende omnia
que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et veni se-
quere me Ipsarum ergo acquisicio vel desiderio perdite perfectionis
veritas exulabit Non est ergo laudabile possidere divicias que
christiane religionis perfectionem impediunt et regni celestis ingressum
Nam facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem
in regnum celorum intrare Si enim laudabile esset habere vel desiderare di-
vicias Christus eas non contempsisset qui omni laude dignus est et
fuit Non ergo apud Christum quisquis beatus et laudabilis vel honorabilis
Dum dives ut habeat divicias carnales habere possit etiam homo insipi-
ens et flagiciosus ac sceleratus Christi ergo testimonio et rerum multiplici-
ter patenter ostensum est et ostenditur quod apud regem regum et corpo-
rem deum non terrenarum rerum habundancia beatos aut commendabi-
les aut honorabiles efficit sed contemptus Non ergo a fidelibus ho-
mines vel alii qui recte sapiunt beati sunt existimandi qui terrenis
habundant diviciis ac deliciis aut qui potestatibus et falsis honoribus
extolluntur Sed qui hec omnia pro deo penitus aspernantur Consi-
derate igitur pauperes Unde nobis rex iste dicat Beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum dei Econtrario autem divitibus dicit Ve vobis
divitibus qui habetis consolacionem vestram Ut ergo hanc possitis ~~per~~
maledictionem dampnacionis effugere divites abicite consolaciones que
auferant et ponite vobis amaritudines penitencie humiliantes vos ex corde

subpotenti manu dei. Humiliate cor contritu et humiliatu deus non
spernit. Plorate ululantes et emendantes quia pauperes neglexistis
contempsistis et oppressistis. Ipsos ergo visitate ac diligite consolamini
et sustentate. Humiliate sine illis ut futura ut presentem requiem potius
adipisci. Dolentes et lugentes querite dominum et quiescite inique
et turpia contra inopes agere. Quia etiam sunt nobis parata supplicia
nisi veram agentes penitentiam a contemptu inde et oppressione atque
neglectu pauperum desistatis. Cum non despicit pauperes exprobrat
factori eius ut sapiens ait. Cessate igitur illos opprimere atque contemp
nere scientes ipsos esse fratres vestros et pares nobilitatis eos agnosci
te secundum utraque naturam. Nam idem deus est vester et illorum nobilissimus pater
qui vestras et eorum animas ad ymaginem et similitudinem suam ex
creavit et ex eadem communi massa et ex eisdem elementis omnium hominum pau
perum et divitum corpora formans eadem similiter designavit. Ab eisdem etiam
parentibus omnes homines pauperes et divites carnaliter sunt propagati
sicut moyses divine legislator et propheta eximius ac paulus apostolus
attestantur. Et autem hoc fortasse non creditis ad sepulcra pergite et
prius resoluta corpora contemplantes et ipsa communis resolutio
corporum hoc vobis aptissime demonstrabit. Non enim apparet in sepulcris
quis miles vel rusticus fuit neque quis comes ac marchio aut
quis dux aut rex neque quis imperator vel papa. Nunc enim ab
scedat et pereat omnis timor et gloria divitum quia omnes mors et
par dissolutio corporis communem ostendit materiam et equalem compro
bat nobilitatem. Cur igitur divites contra pauperes vos erigitis in
vanis gloriantes. Nam idem est deus et pater omnium idem dominus idem
creator idem formator idem redemptor idem rex idem iudex et magister eadem
lex idem regnum idem sacramentum eadem fides eadem et natura eadem forma
idem finis idem introitus idem exitus idem genus eadem species eadem dif
finitio que totam valorem exprimit dignitatem hominis eedem diffe
rentie substantiales et idem spiritu simpliciter que ab omnibus hominibus
equaliter participantur. Sola igitur accidentia mundi pauperes et divites
fortes et debiles egros et sanos pulchros et fedos astutos et simpli
ces quandam faciunt inequalitatem. Sed accidentia sunt posteriora genere
et advenientia nature. Accidens enim est quod contingit eidem inesse et non in
esse. Nullus ergo homo de falsa se putatina nobilitate glorietur nec
corporis fortitudine aut sanitate vel pulchritudine vel carnali
prudentia superbiat aut inaniter gaudeat vel stultissime glorietur. Nam
cum hec sint accidentia licet non assint vel insint desinunt quidem natura con
tingit ea abesse. Communis enim species ratio communem ostendit naturam et pa
rem secundum eam demonstrat hominum dignitatem. Cesset igitur ac sileat tota
et impudens iactantia divitum et omnis elatio divitum seculi pariter
conquiescat. Nam omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi
flos agri. Exsiccatum est fenum et cecidit flos, ut propheta et apostolus
et pastor ecclesie fernenti spiritu et voce libera docuerunt. Audite autem
inopes quid vobis veritas ait. Beati qui nunc esuritis quia saturabi
mini opulentis, non dicit. Ve vobis qui saturati estis quia esurietis.

Transeunt ergo superbi divites de habundancia temporali ad eternam in-
opiam, Unde teste propheta Dormierunt sompnum suum et nichil in-
venerunt omnes viri diviciarum in manibus suis, De fatuitate tran-
sitoria vadunt et culpabili ad esuriem que sine fine manebit
transferuntur, De luce terreni honoris et carnalis leticie ad inter-
minabiles inferni tenebras et obprobrii sempiterni. Ducunt
enim in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendunt. Scriptura hys
dicit: Ve vobis qui ridetis quia lugebitis et flebitis. Omnibus autem
qui perfecte aut digne sua peccata vel aliorum miserias aut desiderio ce-
lestis patrie, lugentibus dicit: Beati qui nunc fletis quia ridebitis.
Lugere ergo nos docuit in hac vita non ridere. Christum enim flevisse
pluries legimus, eum autem risisse nunquam legi. Non autem ex hoc dam-
nabilem reputo risum quemlibet sed illum solum qui saluti anime
adversatur. Sic non est qui homines peccata sua lugere non sinit et qui ex
iniquitate procedit. Illorum autem eternam credulitatem qui de presenti
prosperitate ac futura felicitate unale sentiunt xpus aptissime de-
monstravit in parabola divitis et mendici. Nam ille dives impius
qui bysso induebatur et purpura et epulabatur cottidie splendide
post hanc vitam in inferno fuit sepultus, lazarus vero mendicus
et plenus ulceribus post presentes miserias in abrahe sinum hoc est
in bona requiem ab angelis est portatus. Et qui deliciose vixerat est
in hoc seculo gravissimis cruciatibus affligitur in inferno. Ei quoque pe-
tenti minimam denegatur unica et summa tristissimus racio subiungitur cum
abraham dixit illi: fili recordare quia recepisti bona in vita tua
et lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.
Non enim ait recordare quia ydola coluisti vel quia fecisti homi-
cidium vel adulterium aut furtum vel cetera huiusmodi que notis-
simum est esse causas eterne dampnacionis hys qui eadem agunt
vel similia. Sed dicit quia recepisti bona in vita tua. Bona
non que receperat ille fuerunt corporales delectaciones quas habuerat
in delicatis cibis et potibus ac mollicie vestium et mundi gloria qua
exterreris divicys et veste nitida fuerat consecutus. Cum ergo in
hoc seculo gloriosus vel dives aut deliciosus esse appetit in
futuro ignominiosus et pauper erit atque in anima et corpore
cruciabitur durissime per cuncta secula seculorum. Audiat hec omnis
luxuriosus atque superbus et ceteris oberrans qui se putat simul et
in utroque seculo prosperari. Non sic impii non sic sed iuxta id quod per
dictum est a spiritu dei qui mentiri non potest. Non enim a me ipso hoc
dico sed ad summam contra eos latam et divulgatam. Ergo quia ipse dicit
unicuique talium dicit: Quantum glorificavit se et in deliciis fuit tantum
date ei tormentum et luctum. Luxuriosus igitur et avarus quilibet
atque ambiciosus tanto maiorem capiat penam acerbitate quanto
avidius prolixissima sectatus fuit pecuniam vel mundi gloriam aut
spurcissimam corporis voluptatem. Nobis igitur eligenda et constanter
tenenda est via regia per quam xpus incedens pervenit ad regnum et

omne fugienda est strata libera per quam ingredientes homines ad
interitum tendunt Nam teste domino lata est porta et spaciosa via
que ducit ad perdicionem Angusta vero est porta et arta via que ducit
ad vitam Illa est via deliciarum hec autem est via tribulacionum Nam
sicut voce apostolica dicitur per multas tribulaciones oportet nos intrare
in regnum dei Per hanc viam ierunt omnes qui a principio mundi usque
ad presens regnum celeste sunt consecuti Nam scriptura testante didicimus

Tribulacio

quod omnes qui placuerunt deo per multas tribulaciones transierunt fideles
per hanc prophete patriarche omnes et probe apostoli et martires confessores
et virgines vidue simul et coniugate ad regna celestia pervenerunt
Multa est igitur tribulacionum utilitas paucis verbis explicanda nobis
est Nam tribulacio excitat pacienciam spem corroborat spiritualibus
consolacionibus habundat virtutes perficit animam custodit atque vivi
ficat preservat animam et corpus castificat militum tribuit Et ad
oracionem excitat futuram vitam nos facit appetere ac mentes ho
minum ad celestia levat accelerare ad penam cogit et animam
reparat consorcium dei facit habere et eternam preparat coronam glorie
Propterea beatus paulus tantam videns tribulacionum utilitatem in eis
plurimum letabatur dicens Gloriamur in tribulacionibus scientes quod tri
bulacio pacienciam operatur paciencia autem probacionem probacio vero spem Spes
autem non confundit quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per
spiritum sanctum qui datus est nobis Quod si tribulacio pacienciam operatur

Paciencia

paciencia vero ut dicit beatus iacobus opus perfectum habet Et vis perfecta esse ymo
si vis salva esse paciencia usque ad mortem sua Hec enim est terra
bona atque que attulit centesimum fructum Nullum enim opus bonum
est quod perfecte paciencie militum vincat Hec in libertate servat atque
ne ipsa in peccati vel demonum servitutem redigatur domino attestante
qui ait In paciencia vestra possidebitis animas vestras Ipsa enim paciencia bonos
manifestat Nam de eis dici potest prophecia nostra sicut Salomon dicit Et ut
breviter dicam tanta est vis pacie ut sine hac nec pax hic possit
nec vita glorie aut gracie vel non Scriptum est enim quod oportuit
xpm pati et ita intrare in gloriam suam Quod si xpm per pacienciam
oportuit in suam intrare gloriam dubium non est quin et nos
per eam intrare per eam oporteat in gloriam xpi sive in eius
gloriosum regnum Et hoc beatus paulus confirmat dicens paciencia enim
vobis necessaria est Unde alibi ait in omnibus exhibeamus nosmetipsos
sicut dei ministros in multa paciencia in tribulacionibus in necessitatibus
in angustiis in plagis in carceribus in sedicionibus in laboribus
in vigiliis in ieiuniis in castitate Hec enim precipue paciencia extet-
het nobilem victoriam de hostibus tribuit et proficere facit
in bono Hic apostolus ondit dicens per pacienciam curramus propositum
nobis nobis certamen aspicientes in auctorem fidei et consuma
torem ihesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione con
tempta atque in dextera dei sedet Hoc enim precipuum est electorum

Passio xpi

iuvamen si xpi passio in memoria teneatur Ipsa namque dolores ex
tinguit aut mitigat labores alleviat et carnis ac spiritus re
primit incentiva Sed ergo tuos possis alleviare dolores duplex

remedium tri medicinale ostendo non sicut incognitum sed fere om-
nibus gentibus manifestum Horum autem primum est recordatio passionis
domini et aliorum que longe graviores quam tue sunt corporis mo-
lestias pertulerunt Si enim Christi passio ad memoriam redeat sed nichil
est tam grave quod non equanimiter a fideli anima tolleretur aut
leve aut minus grave sicut Superioris enim vel maioris comparacio-
nem quodque minus efficitur vel apparet remissius in sensu vel racione
Consideremus domini afflictionem ut levius portemus nostras Ad hoc enim in-
vitat nos ipse dominus per prophetam dicens O vos omnes qui transitis per viam
attendite et videte si est dolor vester sicut dolor meus Tanto enim dolor
fuit gravior quantum ipsius corpus extitit melius temperatum Nam ibi
gravius dolorem sentimus ubi quatuor humorum est temperancia maior
sicut in sensibilitatibus digitorum est manifestum Apostolus quoque pau-
lus ad idem nos monet dicens Recogitate enim qui talem sustinuit
a peccatoribus contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes
Non enim usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes
et obliti estis consolacionis que nobis tamquam filiis loquitur sed dicens
Fili mi noli negligere disciplinam domini neque fatigeris dum ab eo
argueris Debes enim et sanctorum passiones ad memoriam reduca- Passio sanctorum
re Quorum alii sunt ludibria et verbera experti Alii nodosis fustibus
cesi Alii sunt compedibus astricti et in carceres longa inedia ma-
cerati Alii sunt exilio relegati Alii ardentibus laminis et facibus
per latera incensi Alii sunt in craticula ferrea assati Alii sunt
in aqua submersi Alii de altis rupibus precipitati Alii sunt manibus
et pedibus truncati Alii diversimode suspensi Alii truncatione capitis
occisi Alii sunt igne cremati Alii lapidati Alii secti Alii sunt ex-
oculati Alii sunt dencium extraccionem passi Alii sunt excoriati Alii
sunt in stagnum missi Alii in toto corpore dentibus ferreis laniati
Alii sunt diversis bestiis crudelibus ad devorandum traditi Alii sunt vincti
manibus et pedibus ad caudas equorum per plateas et semeta horri-
biliter tracti Alii sunt unguibus abrasi Alii autem acutis calamis
perforati Alii sunt clavis perfixi atque adultimum decollati Alii sunt cum aceto
et sale perfusi atque adultimum decollati Alii sunt in rastellis et car-
bonibus volutati Alii sunt sagittariorum ictibus percussi Alii sunt in
ferventis oleum missi Alii sunt liquato et ferventi pice perfusi Alii
sunt crucifixi ut dominus Alii autem deorsum posito capite sunt affixi
Et multis aliis modis afflictionum sunt cruciati Que omnia Christi mar-
tires non solum pacienter pro eius amore sustinuerunt sed eciam ut
supplicia talia paterentur pro Christi nomine optaverunt Considerantes
enim sancti mercedem que illis promissa erat in celis nullas vel mo-
dicas penas huius mundi reputabant Dicebant enim cum apostolo illud quod
ipse scripserat ad Romanos Existimo enim quod non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis Nam sicut
scriptum est Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit que preparavit deus hiis qui diligunt illum Et sic idem
apostolus [illegible] eciam tradidit Dicebat eciam illud quod alibi dixerat lite-

homines ostendit que preparavit deus hiis qui diligunt illum et virtu-
tis et passionum ultimitate ac premii magnitudine scripsit dicens
Licet is qui foris est noster homo corrumpatur tamen is qui intus
est renovatur de die in diem Id enim quod in presenti est momenta-
neum et leve tribulacionis nostre supra modum in sublimitate
eternum glorie pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis
que videntur temporalia sed que non videntur que enim videntur tempo-
ralia sunt que autem non videntur eterna Scimus enim quoniam si terrestris
domus nostra huius habitacionis dissolvatur quod edificacionem ex deo habemus
domum non manufactam sed eternam in celis Puto autem quod si tuas
afflictiones comparaveris predictis iniurijs passionibus a iustis ocu-
lis ad premiorum direxeris magnitudinem eas nullas vel minimas
iudicabis Nam consideracio premij annichilabit vel minuet vim
flagelli Hoc enim et in seculi amatoribus declaratur Videmus namque
quod seculi homines discurrunt per omnem orbem spe vel desiderio
terreni lucri Nam ascendunt montes transcendunt colles
ingrediuntur cavernas transeunt flumina circueunt maria incerta
~~fluvios~~ et se omni periculo tradunt rimantur viscera terre profun-
da maria incerta subeunt opaca nemorum et invia solitudinum
exponunt se ventis et ymbribus tonitruis et fulminibus procellis
et fluctibus ruinis et periculis bestijs et serpentibus gladijs et
hostibus ut corruptibilia et peritura et incerta premia consequantur
Si autem tot et tanta sufferunt et faciunt filij seculi huius pro tam mo-
dica mercede vel corruptibili premio quanta et qualia debent sustinere
ac facere filij gracie pro celesti regno Nullus ergo te subripiat
amor proprij corporis vel mundanus aut humanus timor ut in
quoquam de rerum terrenarum inopia vel de infirmitate corporea con-
tristeris Nam infirmitas gravis sobriam facit animam ut
scriptura sacra testatur Vasa enim figuli probat fornax et homines
iustos temptacio tribulacionis Nec tibi displiceat paupertas quia
pauperes xpistus dicit beatos et ipsorum ait esse regnum celorum Neque propter
corpoream infirmitatem turberis quia virtus in infirmitate
perficitur Et tu cum beatissimo paulo dicas libenter gloriabor in infir-
mitatibus meis ut inhabitet in me virtus xpisti Si enim teste
scriptura disciplinam qui abicit infelix est eam sustinens im-
paciens infelix erit quem contra beatus jacobus confirmat dicens Ecce
beatificamus eos qui sustinuerunt hoc est beatos credimus et pre-
dicamus Et recte quidem Nam qui flagellatur et paciens susti-
net si malus est iustificatur propheta teste qui ait Si ambulave-
ro in medio tribulacionis mee vivificabis me Ipse namque
deus pius est Et ut alibi dicitur in tempore tribulacionis peccata
dimittit Si autem quis adeo affligitur bonus est tunc vel ad custo-
diam vel ad augmentum gracie ac meriti vel ob dei gloriam in eius
liberacione manifestandam illata est pena vel egritudo Beatus igitur
homo qui corripitur a domino increpacionem ergo domini ne reprobes

Prima ipse vulnerat et medetur percutit et manus eius sana
bunt / qui vero impacienter tribulacionem suscipiunt cum blasphemo
latrone dampnantur / Qui autem continenter et paciencius sustinent in
paradysum a christo ducuntur cum penitente latrone / Pressuram igitur
paciam serena / quia quanto maiorem sustinueris in hoc seculo
pugnam tanto splendidiorem coronam habebis in celo / Quam
nobis concedat xpistus dominus noster Amen

Explicit epistola ad Egidiam
viduam deo dilectam et devotam

De

Apostolica vox clamat per orbem atque in procinctu fidei
positis ne securitate torpeant / Dicit enim omnes qui pie
vivere volunt in xpisto ihesu persecucionem paciuntur / Et
certe Prima xpistianitas in suis principibus iam religiosa — 2 Thi. 3.
iamque fidelis est desinunt pie viventibus in xpisto ihesu
vincula verbera flagella carceres exilia cruces et si qua sunt
diversa genera tormentorum / Unde ergo verum quod per apostolum sonuit ut omnes
qui volunt pie vivere in xpisto ihesu paciantur / An forte pacis tempore
nemo vult pie vivere et ideo desinunt ista / Cuius hoc ut desipiens
dixerit / In hac apostoli sentencia non specialis quorundam sed generalis omnium persecucio
intelligitur / Unde sunt multi inter sinum matris ecclesie
constituti qui pie viventes in xpisto contumeliis afficiuntur obprobriis min
eys derisionibusque lacessuntur / Ista est ne generalis persecucio quam apostolus
omnibus pie viventes pati descripsit non facile dixerim / Cum sint
quidam religiosi quibus nemo pravorum audeat in faciem derroga
re / Alia autem intelligenda est que magis inmanior et noxia
est que non materialis intorquet severitas sed quecumque vicior gignit
adversitas / Dumque contra humilitatem superbia / contra dei timorem in
anis gloria / Contra veram religionem simulacio / Contra subieccionem oppugnat
contemptus / Dum contra supernam gratulacionem invidia / contra dileccionem
odium / Contra libertatem iuste correccionis detractio / Contra pacienciam
ira / contra mansuetudinem protervia / Contra satisfaccionem timor / Contra
spirituale gaudium seculi tristicia / Contra virtutis exercicium tepor vel igno
rancia / Contra stabilitatem dissoluta vagacio / Contra spei fiduciam de
speracio / contra mundi contemptum cupiditas / contra misericordiam obduracio / contra
innocenciam fraus et furtum / Contra veritatem fallacia atque men
dacium / Contra ciborum parsimoniam ventris ingluvies / Contra moderatum
merorem inepta leticia / Contra discretam taciturnitatem multilo
quium / Contra carnis integritatem immundicia atque luxuria
/ contra cordis mundiciam spiritualis fornicacio / Contra amorem patrie celes
tis appetitus seculi perditis obpugnans semet immergit / quid

aliud quam crudelis contra pie viventes persecucionis acies deseuit. Quam dicitur o quam amarus est superbie congressus que angelos de celo precipitavit homines de paradiso eiecit. Cuius exercitus atque armorum conflictus vicia sunt que breviter conprehensa tetigimus. Sed videamus quo castra celi et inferni dimicantes arma christi et dyaboli collisa decertent.

Superbia contra humilitatem

Certe multis immo pene omnibus melior es verbo scientia diviciis honoribus et virtutibus que vel carnalibus vel spiritualibus suppetunt carismatibus. Ceteros ergo despice, cunctis temetipsum superiorem attende.

Humilitas

Memento quia pulvis es, quia cinis es, quia putredo et vermis es, quinymmo et si aliquid es nisi toto te humilies quanto magnus es nichil es. Numquid tu altior quam primus angelus, numquid splendidior inter astra quam lucifer in celo? Quia si ille de celo de tanta sublimitate per superbiam cecidit, quo tu ad tantam celsitudinem superbiens de ymis ascendes, quia illa quam diu hic vivis condicione teneris de qua per quendam sapientem dicitur: Corpus quod corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena inhabitacio sensum multa cogitantem. Quam densissimis tenebris putamus in terra superbie luto involui, si potuit in celo stella que mane oriebatur lucis sue globos amittere. Audi ergo potius lucem veritatis dicentem: Qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lucem vite. In quo autem esse sequenda alibi premonuit dicens: Discite a me quia mitis sum et humilis corde et invenietis requiem animabus vestris. Audi timor superbe, audi ad hoc humilitatis insignem: Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Et illud: Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos. Audi quid apostolus etiam de illo dicat qui te ex hac sectanda invitat: Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Si igitur tanta humilitate se depressit divina maiestas, superbire in aliquo debet humana infirmitas.

Inanis gloria contra timorem dei

Hoc bonum quod vales ostende cunctis, bonum quod agis ut bonus a cunctis diceris, ut sanctus et venerabilis ab omnibus prediceris, ut dei electus pre ceteris, ut nemo te contempnat, nemo te despiciat, sed universi tibi debitum honorem persolvant.

Timor dei contra inanem gloriam

Si bonum aliquid agis non pro terrestribus set pro eternis bonis tibi age. Occulta quod agis quantum vales, quod si non ex toto vales sit et in animo occultandi voluntas et non erit in ostentacione ulla temeritas. Ne enim bonus erit aliquid manifestare quod semper celatum haberet. Cui denique redemptoris sinat si qui considerat videbit adimplesse quibus dicitur: Faciente te elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sed si

in abscondito Et pr tuus qui videt in abscondito reddet tibi
Et videant opa vra bona et glorificent prem vrm qui in ce
lis est Caue presit te illa sma queniat que de ypocritis dicit
Omnia opa sua faciunt ut videantur ab hominibus amen dico vo
bis receperunt mercede sua Attende tibi in omnibus que agis
ne elacon pulsatus audias cum hys qui de miraculoris siginis
gloriabantur Videbam sathana sicut fulgur de celo cadente

Simulacio impugnat veram religionem

Quia nichil boni in abscondito facies ne admitis cogni
tus detesteris finge te foris quod intus non appares

Vera religio simulacioni resistit

Omnino magis sathagendum est esse quod non es vana osten
dere hominibus quod non es quid aliud quam dampnacio est
Memor esto quod dicitur Qui mundatis quod foris est in
tus aut estis pleni rapina et inmundiciis pharisee ceci munda
prius quod intus est calicis et parapsidis ut fiat et id quod foris
est mundum Itemque quod in exaltando replicatur Ve vobis scribe
et pharisei et ypocrite Quia similes estis sepulcris dealbatis
que a foris apparent hominibus speciosa intus plena sunt
ossibus mortuorum et omni spurcicia sic et vos apparetis hominibus
foris iusti intus aut pleni estis ypocrisi et iniquitate Nemo et
illud quod de talibus scriptum legitur Veniunt ad vos in vestimentis
ovium intus aut sunt lupi rapaces ypocrite verba sanctorum
sunt sed vitam non sunt et quos per sermonem generant non fovent
sed vitam non sunt et quos verbo edificant vita et moribus
exemplis sed destruunt quos verbo edificant vita et moribus
destruunt ypocritas simulatores dicit qui iusti esse non cre
dunt sed tantum videri cupiunt mala agunt et bona profitentur
Ostentacon quippe boni apparent paccione vero mali existunt
Simulacio vero vel ypocrisis non committitur nisi a malis astutis
per calliditatem volentibus vicia sub specie virtutum celare Sancti
vero non solum gratiam supra suum modum non appetunt sed eciam hoc ipsum
videri refugiunt quod esse meruerunt ypocrite igitur malicie
sue occulta tegentes ante oculos hominum quadam innocencie sanctitate
vestiunt et verentur Dupliciter dampnantur ypocrite sive pro
occulta iniquitate sive pro aperta simulacione De illo vero dampnatur
quia iniqui sunt De isto eciam quod ostendunt se esse quod non sunt
Non semper latent ypocrite Nam et si in principio sui quidam non
patent prius tamen quam vita eorum finiatur qua simulacione vixerunt
deteguntur Omne enim sincerum permanet omnia que simulata
sunt diuturna esse non possunt non desperanda est eorum salus qui
adhuc aliquid terrenum sapiunt dum possunt et occulte agere ut
iustificentur hii eciam meliores sunt ypocritis eo quod mali sunt
in aperto et in occulto boni ypocrite vero in occulto mali sunt et
bonos se palam ostendunt ypocritam arguere prohibetur ne
deterior castigatus existat dicente Salomon noli arguere deri
sorem ne oderit te

Contemptus obpugnat contra subiectionem

Quis es tu ut prioribus obtemperes deterioribus famulatum exhibeas te magis quam illos imperare deceret qui tibi non possunt ingenio vel industria coequari Obtempera igitur domino magis impio et non sit tibi cura de aliquo.

Subiectio consultiue inquiens

Immo et si domino est obtemperandum impio humano subdi necesse est magisterio / Ipse enim dicit Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit / Ita magis oportet / si si talis non est qui imperat non est talis per quem deus imperet / Sed apostolus contra / non est potestas nisi a deo / que autem sunt / a deo ordinata sunt / Itaque qui potestati resistit dei ordinationi resistit Quales enim esse debent qui imperant non est a subditis discernendum Et quidem primus ecclesie pastoribus dicitur dominus Scitis quia reges gentium dominantur eorum et qui potestatem exercent in eos benefici vocantur / vos autem non sic sed qui inter vos vult esse maior erit omnium sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare Et tamen quia non omnes futuros tales preuidit omnem personas subiectorum in discipulis assumens exemplum premonuit dicens Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei / que dicunt facite que autem faciunt facere nolite / imponunt enim in humeros hominum onera grauia et importabilia / digito autem suo nolunt ea mouere

Inuidia pugnat contra supernam gratulacionem

In quo ille vel ille minor es tu eis equalis vel superior non es cumulata valent que ipsi non valent / non ergo tibi superiores aut etiam equales esse debent

Superna congratulacio Andet

Si ceteros virtutibus antecellis tuum in loco infimo quam infimo temetipsum consitueris / Eo quod enim de alto peior sit ruina / quod si tibi ut asseris quidam superiores vel equales sunt quid te ledit quod tibi nocet Caue prorsus ne dum aliis loqui cessit diuinis inuideas / illum imiteris de quo scriptum est inuidia dyaboli mors intrauit in orbem terrarum / imitantur autem illum qui sunt ex parte illius Odium insurgit contra dilectionem

Absit ut illum ames quem in omnibus contrarium habes qui tibi derogat qui tibi insultat qui te contumeliis exasperat qui tibi prospera tua inuiperat qui te ditari opibus operibus atque honoribus se prece festinat nisi enim tibi inuideret nequaquam se tibi preferret / Dilectio Andet Odio

Nequaquam hec que narras odio digna sunt in homine / potius non est damnanda dei ymago in homine Sicut christus qui in cruce positus inimicos suos dilexerat cum eciam tormentum ammonuit dicens Diligite inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt vos et orate pro persequentibus et calumpniantibus vos ut sitis filii patris vestri qui in celis est / Et per Salomonem et apostolum dicitur Si esurierit

E[s]urierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens
carbones ignis congeres super caput eius. Cum sine id apostolus ex-
pro[pr]io adiecit dicens: Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.
Quo contra dicit qui fecit odisse nos omnino prohibens dicens: Qui o-
dit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet
vitam eternam in se manentem. Et sursum: Qui in tenebris am-
bulat et odit fratrem suum in tenebris est usque adhuc et nescit
quo eat quoniam tenebre obcecaverunt oculos eius. Quid inquit hoc? Si-
fat (?) ut amantes me diligo. Sed dominus econtra: Si diligitis
enim eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne et pub-
licani hoc faciunt? Quod tu quoque adhuc obiicere potes. Certe
qui odit fratrem suum manet in morte, et qui diligit in deo manet
et deus in eo. Omne fellis amaritudinem excludit et quo vo-
luit caritatis dulcedine sumere. Nichil enim illa suavius, nichil
illa beatius. Deus, inquit Iohannes, caritas est. Et egregius predicator:
Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui da-
tus est nobis. Non non vindicto (?) commissa delictorum facinora dete-
gere dicit. Sicut scriptum est: Commissa delicta operit caritas. Et ali-
bi: Caritas operit multitudinem peccatorum.

Detractio contra libertatem iuste correctionis

Quis potest sustinere quibus silencio tegere quanta ille vel
ille prava committit nisi forte qui consentit? Liber-
tas. Nec tacenda sunt mala proximi ne consentiatur, nec referen-
da, sed caritate fraterna in facie proximus arguendus,
non autem occulte detrahendus, quod si obiicitur: Ideo fratrem
coram oculis increpare nolle ne exasperatus non correp-
tio proficiat. Occurrit scriptura diuina ut versa vice hoc magis
scandalum esse denunciat dicens: Sedens adversus fratrem tuum de-
trahebas adversus filium matris tue ponebas scandalum. Ma-
gis enim scandalum sumit qui se detrahentem intelligit quam
qui corrigentem sustinet. Et quia nonnumquam errata delinquentium
ad tempus silencio tangenda sunt, ut aptiori tempore corrigantur,
propterea subiungitur: Hec fecisti et tacui. Ne autem detractores ex
hoc discreto silencio sibi applauderent qui se occulte derogare
nolunt et qui numquam in apertam correptionem prosiliunt, ad hunc
subinfertur: Existimasti inique quod ero tui similis, ac si diceret:
Iniquum est cogitare ut inde detractori similis appaream,
cum ad tempus reticens nec derogans locum apte correptionis
expecto, cum protinus subditur: Arguam te et statuam contra faciem
tuam, velut diceret: Non occulte ut est tua consuetudo, sed in
aperto ut est mea sollicitudo aptum corrigendi tempus expectans
peccatorem arguam. Et eius delicta contra faciem illius statuam
ac inquilinus (?) non odio sed amore, quod ita in absconditis diiudicas
reprehendendo proximo magis hunc odisti et non diligis, cum detra-
his et non corripis. Quam sit autem detestanda detractio pro-

plerisque in locis diuina eloquia testantur. Vnde est illud Detrahentem
aduersus proximum suum occulte hunc persequebar. Et illud Qui
detrahit fratri detrahit legi. Et illud Qui detrahit fratri
suo eradicabitur. Item non. Et illud apostoli Videte ne ab inuicem
mordentes abinuicem consumamini. **Dyabolus impugnat**
Que erga te aguntur equanimiter
ferre non potes. Hec ymo patienter ferre **Pacienciam**
potius quam si non eius cum magna exasperatione resistis contra
te demerens sine mensura cumulatur. **Contendat paciencia**
Si passio redemptoris ad mentem reducitur nichil tam du
rum quod non equo animo tolleretur. Cristus enim ut ait
Petrus passus est pro nobis nobis exemplum relinquens
ut sequamini vestigia eius. Ipse autem dixit Si patremfamilias
Belzebub dixerunt quanto magis domesticos eius. Si me persecuti
sunt et vos persequentur. Sed quanta sunt in comparatione passionum
illius que nos patimur. Ille enim obprobria irrisiones contu
melias alapas sputa flagella spineam coronam crucemque
sustinuit. Et nos miseri ad unam confusionem uno sermone fatiga
mur uno verbo deicimur. Et quid agimus de eo quod per apostolum
dicitur. Si non compatimur non conregnabimus. Vngas retribuen
di sunt vere stimuli et eius metuenda dampnacio. Vnde dicit
dominus sicut scriptum est legimus. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.
Qui autem dixerit fratri suo racha reus erit consilio. Qui autem
dixerit fatue reus erit iehenne ignis. Ubi enim remedium in ire
initur ex eo quod subditur. Si offers munus tuum ante altare
et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te relin
que ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri
tuo et tunc veniens offer munus tuum. Ac si diceret ut in corde
tuo tantam pacem effundas nisi prius offensum proximum satisfa
ciendo ad lenitatis mansuetudinem reducas. Munus enim nostrum
est oratio nostra. Altare vero cor nostrum. Ille autem qui frater hic dicitur
erit quos inter duos ira sine causa fuit excitata. Premissam
dampnationem nequaquam incurrit si sunt multi peccatores venia delic
ta non remittit. Contra quos illa domini sententia venit qua dicitur. Si
non remiseritis hominibus peccata eorum nec pater vester celestis dimittet
vobis peccata vestra. Si dicas plura inquit sunt que committit et me
sepius offendit. Ad hec non ego sed dominus respondit. Nam cum
Petrus ad eum diceret Quotiens in me peccabit frater meus
et dimittam ei usque septies. At ille ait Non dico tibi septies etc.
Sunt multi autem sunt qui suas iniurias tarde relaxant dei
vero cito indulgent. Querunt namque ut occasione dei iniuriarum
vindicandi suas vindicent irati. Quid quoque de illis dicendum
est qui surgere tentantes usque ad verba prorumpunt maledictionis
nisi quod Paulus ait Neque maledici regnum dei possidebunt. Quod
Jacobus detestatur ait Linguam nullus hominum domare potest

inquietum malum plena veneno mortifero In ipsa bndi
cimus deum et patrem In ipa malediciomis homines qui adyma
gine dei facti sunt Ex ipso ore procedit maledictio Non oportet
fratres mei hec fieri nunquid fons de eodem foramine manat dul
cem et amaram aquam Ac de hac causa alibi dicitur mors
et vita in manibus lingue **Proterima contra mansuetu**
Nunquid stultis inquietis insensatis ac brutis dinem
animalibus leuia verba et non magis asperima ut tales
decet deum delinquunt obiecenda sunt **Mansuetudo con**
Non ista in hys persuasio sed apostoli **silendo Rndet**
est imitanda preceptio qui de
hac sua discipulum amonet dicens Seniore ne
increpaueris sed obsecra ut patrem iuuenes ut fratres anus ut
matres iuuenculas ut sorores in omni castitate Et rursum seruum
inquit domini non oportet litigare sed ad omnes esse mansuetum doc
torem pacientem cum modestia corripientem eos qui resistunt
Rursum que argue obsecra increpa in omni paciencia et doctrina
Unde videlicet malum pterime deterius tam ad huc sedi
tores quam plures notet Sepius enim contingit ut leuia ac di
taritatis dulcedine prolatam corruptorum sonat et cum humilitate
verba despectionis iracunda emittant Unde scriptum est Qui ar
guit derisorem ipse sibi iniuriam facit Unde contra de illo qui per
increpatorem prosperat dicitur Argue sapientem et amabit te

Timor contra satisfactionem

Testem habes deum in celis non curas dicere quid de te
homines suspicentur in terris

Satisfactio sic dicat respondendo

Non est danda detrahendi occasio neque susurrendi
suspicio Sed si autem sunt que corrigantur manifesta
da aut certe si desunt humili protestacione neganda
Unde apostolus monet nullam occasionem dare dyabolo male
dicendi gratia quod ecia in illis detestatus est Unde xpiana
fide preditis ad manducandum in ydola recumbebant Et quamvis
illa ydolum pro nichilo ducerent ymolata quasi innoxios cibos
sumerent infirmat tamen fratrum conscientias per hoc factum ad nephan
dos ydolorum ritus trahebant **Seculi tristitia contra gaudiu**
Quid habes unde gaudeas cum tanta mala de **spirituale**
proximis portas perpende cum quo merore
omnibus intuendi sunt qui in tanto amaritudinis cum te felle ver
santur

Gaudium spirituale Xi

Geminam esse tristiciam nouimus immo duas tristitias esse
nouimus unam videlicet que salutem Aliam vero que perniciem
operatur Unam que ad penitenciam trahit alteram que ad desspe
racionem ducit Tu quidem unam ex illis cognoscis sed omnino illa
que mortem operatur Non est igitur in hys constandum que

dicas Sed magis est tibi gaudendum in hijs que necdum intelligis quia et dator gaudij perhennis dicit Cum persecuti vos fuerint homines et dixerint omne malum adversus vos mencientes propter nomen meum gaude in illa die et exultate ecce enim merces vestra copiosa est in celo Memento quia inter religionis auctores apostoli ibant gaudentes a conspectu concilij Quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati Nullus ergo locus incomodus esse debet ubi tanta leticiam succedit

Tepor vel ignavia contra devocionem exercicium

Si lectionem continuas si studio insistis oculorum caliginem incurris Si indesinenter lacrimas fundis ipsos eciam oculos amittis Si prelatis vigilijs psalmorum sensum perdis capitis insaniam incurris Si cottidiano labore te insistis ad opus spirituale quo te constringis

Exercicium virtutum

Quid tibi adhuc perferenda tempus proponis spacia incertum quia si crastina die vivas ymo si eciam unam horam in hac vita facias an forte mente excidit quod salvator in ewangelio dicit vigilate quia nescitis diem neque horam Fuge ergo dissipa metis inerciam semperque memento Quia regnum celorum non tepidi non molles non desides sed violenti vimque facientes diripiunt illud

Imaginacio impugnat constanciam

Si deum ubique esse credis cur unum locum singulariter quod tanta mala perpetrant custodis et non potius ad alia transis modo

Constancia respondet

Si ita est ut asseris quia deum ubique esse fateris ergo nec iste locus desiderandus est quem fugere appetis Quia et in ipso deus est ac inquis meliorem inquiro meliorem invenio Sed vides numquam tu meliorem aut eciam talem invenies qualem dyabolus et homines perdidisse cognoscis Memor esto itaque quia primus angelus de celo ruit et primus de paradiso homo expulsus ad exempla hominum sancti pervenerunt Attende quia ex racio malorum probatus in terra zodemitas scitus fuit In monte sanctitatis corpore ebriatus cum filiabus peccavit quod tunc vagacione exercendo adhuc altam spem reddit dum quosdam eciam in uno loco persecverantes a spiritualibus extrahens vel terrenis negocijs implicare vel rebus vilissimis sathagit occupare contra dicta apostoli precantis Quia aut Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus ut ei placeat cui se probavit Et rursum Sine intermissione orate in omnibus gracias deo agite

Desperacio contra spei fiduciam sic pugnat

Quere et quanta mala commisisti et quam gravia crimina quam innumera delicta et pene in melius necdum vita mutasti necdum commissorum veraliter correxisti Ecce enim ut cernis mala sepe consuetudine obligatus teneris conaris exurgere sed peioris peccati relaberis omne Quid ergo agendum est quam desperantibus certa dampnacio imminet

de peccatibus emendacio nulla sufficiat nisi ut non amittant temporalem voluptatem quam consequi nequierit sicud scelus permissionis

Respondet spei fiducia

Si de criminibus et delictis agitur ecce dauid adulterio et homicidio reus de inferni faucibus liberatus describitur Ecce impurissimus et sordidissimus manasses omnium potens et nephandissimus illecebrosissimus et sceleratissimus per penitenciam de morte ad vitam redijt Ecce maria magdalena innumeris fornicacionum sordibus inquinata ad fontem pietatis anxia currens dominique vestigia lacrimis rigans capillis detergens deosculans quoque et lambens vngentoque pungens ablui meruit Ecce petrus negacionis sue vinculis asperitatis amarissimis lacrimis infidelitatis nodos resoluit Ecce sedicione simul et effusione sanguinis sagwinis latro obnoxius vnius hore momento vna confessionis voce de cruce ad paradisum transijt Ecce paulus ecclesie dei persequens multos pro nomine ihesu puniens et ut ita dixerim martirum cruore se totum insiciens apostolus factus in vas eleccionis est commutatus ubi ergo tanta precedunt exempla dei locum desperacionis mala Cum eciam scriptum sit In quacumque die peccator conuersus fuerit et saluus erit Et rursum nolo mortem peccatoris sed ut magis conuertatur et viuat dicat dominus De conuersione non in melius nequaquam mutata quid aliud respondeam ut quod heri quisque non egit agat hodie dum nescit si adhuc liceat viuere ne differat de die in diem dum nescit si vel vnam correccionis habeat diem sed qui prioribus pactis prauae consuetudini resistens dicat mane et vespere nunc cepi hec est mutacio dextere excelsi

Cupiditas contra contemptum mundi pugnat

Valde sine culpa est quod quedam habunda concupiscis qua non multiplicari appetis sed egere pertimescis Et quod male alius retinet ipse melius expenderis

Mundi contemptus sic vero

Ista nunc apud sclaues homines sine **largitatis pietas** periculo vel offensione pareant Cumque quanto magis quis habet tanto plus habere concupiscat sicque ut modum in concupiscendo non habeat dum in immundibus hiis semper orcus deseruire festinat ut enim ait scriptura Auarus non implebitur pecunijs Quam nimirum tamen sit detestanda paulus indicat dicens Et auaricia que est ydolorum seruitus quam sit noxia idem exponens ait Qui enim volunt diuites fieri incidunt in temptacionem et in laqueum dyaboli et in desideria multa et noxia que mergunt homines in interitum et perdicionem Item quam sit detestanda quidam sapiens diuulgat dicens auaro nichil est scelestius Auarus enim animam suam venalem habet Auaricia quam sit noxia iacobus apostolus aperit cum dicit Agite nunc diuites plorantes vlulantes in miserijs vestris que aduenient vobis diuicie vestre putrefacte sunt vestimenta vestra a tynea comesta sunt Aurum vestrum et argentum vestrum

eruginavit et erugo eorum in testimonium vobis erit et mandu-
cabit carnes vestras sicut ignis Sed et redemptor noster sternere
volens cupiditatis malum quam noxium esset ait quam difficile qui
pecunias habent in regnum dei intrabunt Et iterum facilius est ca-
melum per foramen acus transire quam divitem in regnum celorum
intrare Sic igitur secularibus viris ita periculosa est cupiditas in
iusticia quanto magis illis periculosior qui habitu et conversatione secu-
lares iam esse deserunt qui totum quod vivunt deo esse noverunt
Ad quos specialiter redemptoris transierunt verba quibus destrui posset
morbus avaricie Nolite inquit solliciti esse dicentes quid
manducabitis aut quid bibetis aut quo operiemini hec enim
omnia gentes inquirunt Querite autem primum regnum dei et hec
omnia adicientur vobis O quam beata o quam secura o quam amplecten-
da sunt Nullus in hac vita securus ut ille est qui nihil
preter christum appetens possidere cuncta que nostra sunt sub hac expo-
sitione probatur possidere Sicut paulus ditissimus pauper dice-
bat tamquam nihil habentes et omnia possidentes Omnia ita non super-
flua si tamen nostra ipso conformate ac dicite habentes victum et vesti-
tum hiis contenti sumus Dicis forte ideo a satis religiosis quam
viris plura habenda sunt ut melius a nobis quam a popularibus
erogentur christi pauperibus Et ego consentio sed a prelatis non aut
subiectis quod maxime illud inhieris Loth exemplum deterreat
Uxor dum post tergum a sodomis exiens aspexit in statuam sa-
lis conversa spiritum afflavit Unde et christus quod precavens denun-
ciat dicens Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens
retro aptus est regno dei Hinc petrus apostolus ait Melius illis
erat non cognoscere viam veritatis quam post cognitionem retrorsum
converti ab eo quod traditum est ab illis sancto mandato Contingat
enim illis illud proverbii veri Canis reversus ad vomitum suum et sus
in loto volutabri sui Verum inimicum avaricie morbus nunquam
melius compescitur nisi cum dies mortis sine oblivione cogita-
tur qualis post modicum in sepulchro futurus sit homo consi-
deratur Hoc certe frequenter monebat illius memoria qui dicebat
homo putredo et filius hominis vermis Hoc ab illius corde non
cesserat qui dicebat in omnibus tuis memorare novissima
tua et in eternum non peccabis Unde tibi rogo quid tibi divicie
proderunt Audi quid nudus egressus sum de utero matris
mee nudus revertar illuc Audi quid nihil intulimus in hunc
mundum sed nec auferre quid possumus

Obiectio contra misericordiam

Si ea que possides egentibus tribu-
is tunc subiectos absque penuria nutrire poteris

Misericordia respondet

Sed si apostoli modum in hac parte tenueris utrique prospice va-
lebis Hinc enim idem ipse ad thimotheum scribens ait
Si voluntas prompta est ex eo quod habet accepta est non sum

Operiemini

quod non habet non enim ut aliis sit remissio vobis autem tribulacio
Sed ex equa qualitate in presenti tempore vestra habundancia illorum
inopiam suppleat ut et illorum habundancia vestre inopie sit sup
plementum ut fiat equalitas sicut scriptum est Qui multum
habuit non habundabit et qui modicum non minorabit Hinc
quidam insuper plebem dilectam amonet dicens Si multum tibi fu
erit habundanter tribue Si autem exiguum ex hoc libenter im
partire Hinc quoque in tercia veritatis dicit verum Quod super
est date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis Audiat
obdurata precordia judicium fiat ei sine misericordia qui non facit misericordiam
quos eciam propheta amonet dicens Frange esurienti panem tuum et
egenos vagos que induc in domum tuam Cum videris nudum
operi eum et carnem tuam ne despexeris Memento quod pur
purato diviti contigit qui non eo dampnatus est quod aliena tu
lerit sed quod egenti pauperi sua non tribuit et in inferno po
situs ad petenda minima pervenit quia hic parva negavit Quando
eciam ad sinistram positis iudex celi dicturus sit Ite inquit in ig
nem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius Esurivi enim
et non dedisti michi manducare etc. Que ibi terribilis condempnacio fur
tum n. et fraus qui quem gradum teneat locacionis vani e(st)
tum quod dicit **Fraus et furtum contra innocenciam**

Si aliena non tollis ex proprio vel dives vel sufficiens esse non
vales Precepta que prelatus tibi servanda commisit illibata
consignes Et ne modicum quid conservandum existimas contra vel
proprijs utilitatibus consulas vel amicis et commilitonibus places
Melius est pauperem et insufficientem **Innocencia** (de)
esse innocentem quam ex dato placere quam aut que lede(re) furtu
vel fraude Cum n. aliena quolibet modo preripuerit ipse
sibi regni celestis aditum claudit contra predicator egregius quosdam
redarguit dicens omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter
vos quare non magis fraudem patimini sed vos iniuria facitis et
fraudes et hoc fratribus An nescitis quia iniqui et fraudulen
ti regnum dei non possidebunt atque inter cetera subiunxit Neque fures
neque rapaces regnum dei possidebunt Fallacia atque mendacium vicini
sunt et ipsi vicini dicuntur Fallacia autem fit in ingenio mendacium
in simplici verbo **Contra veritatem fallacia et mendacium**

Ut ex infirmitate vicini proferamus cum in adulando aliquis illude
querit quid inquit impetendo moras innectis Cum non
habeo quod tibi tribuam possum celans utique in corde quod
habet ut vel sic confusus vel quod aliis sit voluntas in eo tribuat

Mendacium vero vincet

Omnino non habeo quod postulas sic non artificioso ingenio
aut fallacia sed simplici negacionis verbo frustrans postere

Veritas vincet adversus

Non artificioso ingenio sed in simplici verbo oportet deci
pere quemquam quia quolibet modo mentiatur dictum est

ci Ob quod mentitur cedit animam et omnibus medicaminibus pro ob
llorum in stagno ignis ardentis et sulfure

Gula seu ventris ingluuies contra ciborum parsimoniam

Ad esum deus cuncta omnia condidit Et qui saturari cibo refugit quid aliud quam muneri concesso contradicat

Responsio parsimonie

Verum est tamen quod dicis ne tamen homo fame moreretur omnia ad esum deus cuncta creavit sed ne edendi mensura excederet abstinentiam imperavit nam inter cetera mala sua saturitate maxime panis Zodoma periit domino attestante qui per prophetam loquitur ad eam dicens Hec est iniquitas sororis tue Zodome saturitas panis Quapropter sicut eger ad medicinam sic ad sumendas dapes quisque debet accedere nequaquam suam voluptatem in illis appetens sed necessitati succumbens hinc etiam ipsa veritas per evangelium dicit Attendite ne graventur corda vestra crapula et ebrietate quo contra de insaciabili ventrium voracitate apostolus ait Multi ambulant quos sepe dicebam vobis nunc autem et flens dico inimicos crucis Christi quorum finis interitus quorum deus venter est et gloria in pudendis eorum eorum qui terrena sapiunt Et rursum Esca ventri et venter escis Deus autem hunc et has destruet Ille autem horum vitium plene superat qui in consumendis dapibus non solum parsimoniam tenet sed refectionem semper esuriens temperet Verum etiam accuratiores cibos et suaviores epulas excepta corporis infirmitate et hospitum susceptione contemnunt

Inepta leticia contra moderatum merorem

Tu quid animi gaudium intus abscondis egredere in publicum letus dic aliquid foris ut tu et proximi videant faciem eos letos leticia tua

Responsio meroris

Unde tibi inest tanta leticia numquid diabolum vicisti numquid iam infernorum penas evasisti numquid tu de exilio ad patriam venisti numquid iam de tua electione securitatem accepisti an forte in oblivionem venit quod dominus dicit Mundus gaudebit vos autem contristabimini sed tristicia vestra vertetur in gaudium An forte a memoria excidit quod idem alibi dicit Ve vobis qui nunc ridetis quia plorabitis et flebitis Et per Salomonem dicitur Risus dolore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat Et e contrario in evangelio Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur Rursus per Salomonem Nescit homo utrum amore an odio dignus sit sed omnia in futurum servantur incerta Comprime ergo inanem gloriam et leticiam Cum nondum evasisti penalem exilium nam stulte apud omnes insanus iudicatur qui in execrabilibus tenebris inclusus gaudere conatur

Multiloquium contra discretam taciturnitatem

Non ille reus tenebitur qui plura quidem si bona loquitur Sed ille qui saltem rara si mala dicere comprobatur

Responsio discrete taciturnitatis

Verum est quod dicis sed dum bona perfici videntur sepe contingit ut a bonis loquendo inchoantes ad aliquod pravum devolvantur. Sicut enim sacra scriptura testante Rima nullo quis potius non decreverit aut forte inter una verba declinaverit contenciosa. Et iniquum declamari possunt inutilia atque ociosa. De quibus racio in futuro erit reddenda. Tenendus est ergo modus in loquendo et ab ipsis nonnunquam utilibus verbis parcendum. Sicut enim beatus propheta legitur fecisse. Dicit enim: Humiliatus sum et silui a bonis

Immundicia contra carnis integritatem

Non est grande facinus sine contubitu maris vel femine altius vel propriis inquinari manibus

Respondet integritas

Non sic apostolus ait. Omnis ergo ait neque immundi neque libidinosi regnum inquit dei possidebunt. **Luxuria dicit**

Cur te in voluptate tua modo non dilatas cum quidquid te sequatur ignoras. Acceptum tempus in desiderijs perdere non debes quia quam cito pertranseat nescis. Si enim misceri deus homines in voluptate coitus nollet in prima generis exordio masculum et feminam non fecisset. **Castitas**

Nolo ignorare te fingas quod post hanc illibata reddet [?] vitam capias. Si enim pie et caste vixeris sine fine gaudebis. Si impie et luxuriose eternis incendijs subiacebis. Unde aut magis castus vivere debes unde quam cito labens tempus acceptum pertranseat ignorare te dicis. Quod vero exordio generis humani ad hoc masculum et feminam deum creasse perhibes ut mutuis se amplexibus se miscerent omnino verissime dicis. Sed quia nubendi licencia quibusdam tribuit, hoc est qui virginitatem vel castimoniam vidualem nequaquam professi sunt. Quibusdam autem ~~aut~~ non tribuit, id est qui virgines vel continentes esse decreverunt. Fornicacio vero nulli impune conceditur. Non attendis contemptendum putas quod apostolus liberius dicit: Fugite fornicacionem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus suum est. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Quod vero parvipendendum existimas audi quod postmodum in sempiternum deplorat et gemes. Neque adulteri inquit neque fornicarij neque masculorum concubitores regnum dei possidebunt. O quam parva est concubitus hora qua perditur vita futura. Quid ergo emolumenti affert corpori quod sic tribuit lucrum quod tam cito animam ducit ad tartarum

Spiritualis fornicacio dicit

Numquid dampnandum aliquid agit qui in corde libidini consentit et ad opus concubitus non pertransit. **Animi**

Omnino delinquit qui anime vicia corporis **Respondet** castimonia non custodit. Unde et auctor mundicie in euangelio ait: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mecha[tus]

sensus

tus est in corde suo. Quis contemplatur iob dicit: Pepigi fedus
cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim
partem haberet in me deus desuper et hereditatem omnipotens
de excelsis. Iustum enim auctori meo cogitacio prava sensus displicet
nequaquam propiciam dicet. Auferte maliciam cogitacionum vestrarum
ab oculis meis. Et in ewangelio phariseis. Quid cogitatis mala in
cordibus vestris. Sed ut paulus apostolus dicit: Cogitacionum inter
se accusancium aut defendencium in die quo iudicabit dominus
deus occulta hominum secundum ewangelium meum.

Appetitus seculi presentis contra amorem patrie celestis

Quid pulcrius quid honestius quid venustius quid re-
perit esse delectabilius quam que in mundi sunt seculo cottidie cernimus.
O quam inestimabilis celi camera in aere iocundo in lumine
solis splendido in augmentu lune atque defectu in varietate stellarum
et avium. O quam delectabilis terra in nemorum floribus in fructuum
suavitatibus in pratorum rivulorumque amenitatibus in segetum
culmis luxuriantibus in vinearum foliis et botris plenis palmitibus
in silvarum umbris et planis cetibus equorum in canum cursibus
in cervorum et caprarum saltibus in accipitrum volatibus in pavonum
columbarum turturum pennis et collis in domorum pictis muris et la-
cubus et organorum omniumque ministrorum cumulis cantibus mulierum venustis
aspectibus earumque superciliis et crinibus oculis et genis gutture
et labiis naso naribus et manibus collo et crinibus atque exquisitis
speciebus adhibitis vestibus auro et gemmis distinctis monilibus
et si qua alia sunt que modo non recolit sensus. Amor ce-
lestis patrie videtur.

Si ita delectant que sub celo sunt
non magis delectant que supra celos sunt. Si tantum
pulcra est patria et civitas domini qualis est. Si talia sunt
que colunt peregrini qualia sunt que possidet filii. Si mortales
et miseri talibus in hac vita sunt remunerati immortales et beati
quales sunt in illa vita ditandi. Quapropter recedat amor presentis seculi
quo nullus ita nascitur ut non moriatur. Et succedat amor futuri
seculi in quo omnes sic vivificantur ut deinceps nemo moriatur.
Ubi nulla adversitas turbat nulla necessitas angustiat nulla molestia
inquietat sed perhennis leticia regnat. Si queris quid ibi sit ubi
talis et tanta beatitudo subsistit aliud non potest nisi quicquid boni
est ibi est quicquid mali est nunquam ibi est. Quid inquis bonum id
est. Quod me interrogat a propheta et ab apostolo diffinitum est quod oculus
inquiunt non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit
que preparavit deus hiis qui diligunt illum. Ad hanc felicitatem
multis seculi diviciis constipatus david anhelavit cum dicit: Quid
michi restat in celo et a te quid volui super terram. Multis regalibus
dapibus habundans dicebat: Saciabor cum apparuerit gloria tua. Et
rursum: Sitivit in te anima mea ad deum fontem vivum quando
veniam et apparebo ante faciem dei. Et rursum: Heu me quia inco-
latus meus prolongatus est. Sicut paulus cupio dissolvi et
esse cum christo multo enim melius est. Hiis itaque declaratis quam quam

multa pertulerim tamen ut ne vir hostis vel fortia castra nostra quibus per se vincentes in christo non desinunt impugnare
Sed hijs non contenta ad alia vertit argumenta dum quibusdam
in somniis sepius vana pronunciat ut eos quoque ad falsitatem pertra
hat dum dormientes ante horam vel tempus exsuscitat vel vigilantes
tempore somno gravissimo deprimat cum psallentes atque orantes
sibilis stridoribus latratibusque diversis et incognitis agitat vocabu
lis vel ceca lapillis vel stercoribus perturbat ut eos a spirituali opere
detrahens inanes efficiat Tu autem homo vigilanti studio attende
que dico et ne ad hec magis stupenda narrati fidem prebeto
Apostolus dicit Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem
Sed adversus spirituales nequicias Ut ergo posse conflictum superare
carnis desideria calca et propicio christo victor dyaboli existes Cuiusdam
religiosi relacione nuper cognovi que dico Vir quidam religiosus
atque in medio habitu constitutus nec non tempore hostis antiqui est
inaudita temptatione pulsatus ita ut idem malignus spiritus vestimentorum
eius particulam deferret et extraheret illumque inconcinnamque immunda
collusione crebrius fedaret que mitem erat horrenda fetida et
noxia et nulla deinceps esset arte abluta De quo cum interrogatus
fuissem cur omnipotens versuto serpenti potestatem dedisset in eum
Respondi ut cordis immundicia foris ostenderet quam numquam in exteriori
habitu fecisset nisi interiorem omnino corrupisset sed ut puto infidelitate et
blasfemia aut certe inani et vana gloria Sanies quippe intus
in corde foris prestantia manavit que tu longe extra posi
tus non vidi sed tamen ut arbitror hoc et illo vel simili quod non
est ita unquam cum factum putatur sine causa sed per iudicium gestum
ut in eo immundiciam cordis foeditas illa fugaret ne hanc callidus
hostis maius fedaret Sicut paulus ne magnitudine revela
cionum extolleretur stimulum carnis accepit si ita quodlibet a certe
si non fuit numquam tamen quod ad extremum posuerimus stimulum verum non est
verum est omnino quod dico Verum est non esse collusionem illam
exstiterit anime noxiam si ipsam fugare studuit intus cordis
mundiciam retinens sicut turpe indicare arbitrari audio apud
vos quosdam dicere non posse in fine nativitatis peccata confiteri et
illud in argumentum sumentes quod dominus dicit Nemo propheta accep
tus est in patria sua quod primum oportet racionem veritatis compelli
et sic deinde quare intelligenda sit demum sua demonstrando audiant
igitur pacienter qui hoc dicunt quia dum se sapere scriptile pru
denter non consideraverunt pene omnes sectores corrigunt Si enim ita est
ut asserunt Ergo quotquot ex Romanis conversi apud Romanos
degunt Quotquot ex grecis apud grecos Quotquot ex ytali
a apud ytalos Quotquot ex germaniis apud germanos
Quotquot ex aquitaniis apud aquitanicos Quotquot ex bri
tannis apud britanos Quotquot ex angliis apud anglicos
religiose vivunt ingressi sunt certe hylarion ex palestinis apud

palestinos / pfectus est Ecce paulus / et anthiochus Anthonius
ex thebeis / apud thebeos / pfecti sunt Ecce macharius ex egip
tijs / apud egiptos / pfectus est Ecce nynivita civitas / tota pfecta
est ex ipsis civibus Ecce ut ad viciniora veniamus Gervasius
sunt / et prothasius / in ppria hac / mediolanensi civitate / ppriaque
domo manentes / ac per decem annos / monasticam vitam ducentes
ita pfecti sunt / ut martires fierent / An forte sola provincia mea
extra hanc regulam exit excepta ut non deberet Sed tamen de ex
terminis habeat monachos Satagendum itaque magis est ut quis
fuit iuxta pfectorum regulam vivat et non patria non propinquorum non
affinium illecebris a via pfectionis declinet Sed certe iuxta salva
toris sententiam patri matri fratribus sororibus filiis domibus et civitatibus quas
possidet renunciare valebit hoc autem dico non pfectos secessores eorum
qui de regno ad regnum de publico ad heremum transeunt summa lau
de non dico sed quo illos etiam qui magis effectibus peccata fugiunt
quam gressibus felices atque pfectos credam Obsecro itaque illos qui hoc
apud se pfectos fieri posse denegant ut vigilanti studio considerent
Cur non dixit dominus Nemo propheta pfectus est in patria sed nemo propheta
acceptus est in patria sua Sed ubi aliud intelligendum nisi quia
acceptum dixit non receptum Cuncti antiquitus prophete et de se ipso dominus
intelligi voluit quia apud incredulos iudeos non erat accepti
sed magis spreti Stephano ad eos dicente Quem prophetarum non sunt
persecuti patres vestri qui prenunciabant de adventu iusti cuius nunc vos
homicide et proditores estis Cuius autem non videat quante
temeritatis quanteque sit presumpcionis virum aliquem sibi prophete
nomen assumere Tu igitur caritatis affectionis desideria cunctis redar
gue et iuxta patrum regulam sic vivere stude Maxime autem regula
sancti confessoris Benedicti non declines nec illi addas quicquam nec
minuas totum enim quod sufficit habet Cuius verba atque impia sectato
res suos ducunt ad celi palacia Et te frater carissime intentatis
occupatoribus hunc simone nocturnis horis licet incerta veni
tate dictavi atque conscripsi quem quia epistolarum modo transire cog
novi libellum potius de conflictu viciorum atque virtutum volui nuncu
pare In quo si edificacionis aliquid reperies hunc legendum
et aliis trade etc.

Explicit liber beati Augustini de
conflictu viciorum et virtutum

De contemplacione Jhesu Christi eiusdem

Quoniam in medio laqueorum positi sumus facile a celesti
desiderio frigescimus Unde assidue indigemus muni
mento ut experrecti ad deum nostrum recurramus summum bonum
cum defecerimus recurramus Sed magna dei dilectione
hunc opusculo ad laudem eius operam dei ut eleganciorum dic
tis sanctorum patrum breve et manuale verbum de deo meo medi
tacionem Scitamus lectionis igne quo cum tepesco in eius accendar a//

more. Nunc adesto michi deus meus quem quero quem diligo ex
corde et ore et qua valeo virtute laudo et adoro tibi suspirans tibi
inhians te solum videre desiderans nichil hic dulce nisi de
te loqui de te audire de te scribere de te conferre tuam gloriam
frequenter sub corde versare volo ut tua suavis memoria sit inter hos
turbines aliqua respiratio mea te ergo in voto desideratissime
ad te clamo clamore magno in toto corde meo Et cum te
voco in meipsum voco quoniam omnino non essem nisi esses in me
quamdiu manes in memoria mea ex qua cognovi te et in ea
invenio te cum reminiscor tui et delector de te in te ex quo omnia
per quem omnia in quo omnia tu celum et terram imples omnia por-
tans sine maiore onere omnia implens sine inclusione semper
agens semper quietus colligens et non egens querens cum nichil
tibi desit Amans nec estuans zelans et securus es penitet te
et non doles opera mutas et non mutas consilium recipis quod inve-
nis et numquam amisisti numquam inops et gaudens lucris numquam ava-
rus et usuras exigis semper erogatur tibi ut debeas et quis habet
quicquam non tuum reddis debita nulli debens donas merita nichil
perdens Et ubique es et ubique totus qui sentiri potes et videri non
potes Cum nusquam desis et tamen ab iniquorum cogitationibus longe es
qui nec ibi dees ubi longe es Quia ubi non es per gratiam ades
per vindictam Cum ubique presens es et vix inveniri potes Quem
stantem sequimur et apprehendere non valemus qui tenes omnia im-
ples omnia sustines omnia amplecteris omnia superexcedis omnia
Qui corda fidelium doces sine strepitu verborum qui locis non diste-
nderis nec temporibus variis [illegible] nec habes accessum neque recessum
qui inhabitas lucem inaccessibilem quam nullus hominum vidit
nec videre potest in te manens quietus circuis ubique totum
non enim scindi vel dividi poteris quia vere totus es nec in parte
tes efficeris sed totus totum tenes totum imples et totum illustras
et possides Si totum mundum libri repleant tua scientia inenarra-
bilis non potest enarrari cum sis ineffabilis nullo modo scribi poteris
neque concludi Tu es fons luminis divini et sol claritatis eterne
Magnus enim es sine quantitate et ideo immensus Bonus sine qua-
litate et ideo et summe bonus et nemo bonus nisi tu solus cuius
voluntas opus est cui velle posse est Quia omnia que ex nichi-
lo creasti voluntate fecisti qui omnem creaturam tuam absque indige-
ntia aliqua possides et sine labore gubernas et absque tedio regis
Et nichil est quod conturbet ordinem imperii tui vel in summis vel in
imis qui in omnibus locis sine loco haberis et omnia contines
sine ambitu et ubique presens es sine situ et motu qui nec auctor
mali es quod facere non potes qui nichil non potes nec umquam te
quicquam fecisse penituit Cuius bonitate facti sumus et iustitia pe-
nas luimus et clementia liberamur Cuius omnipotentia omnia guber-
nat regit et implet que creavit Nec ideo omnia te implere dicimus
ut te contineant sed ut ipsa potius a te contineantur Nec particulatim



docet sine strepitu verborum

libri scribunt non te possunt

Magnus

Bonus

imples omnia Nec ullatenus ita putandum est ut unaqueque
res pro magnitudine porcionis sue capiat te id est maxima maius
et minima minus cum sis ipse pocius in omnibus sine omnia
in te Cuius omnipotencia omnia concludit Nec euadendi potenciam
tuam quis aditum inuenire potest Quem enim deum non habet
placatum nequaquam euadit iratum Te igitur clementissime inuoco
in animam meam quam preparas ad capiendum te ex desiderio quod
inspiras ei Intra ergo in eam et coapta eam tibi ut possideas
illam quam fecisti et refecisti ut habeant te velut signaculum
super cor meum Queso piissime invocatorem ne deseras qui prius
quam te invocarem me vocasti et quesivisti ut ego servus tuus te
quererem querendo invenirem et inventum amarem Quesivi et
et inveni te domine et amare te desidero Auge desiderium meum
Et da queso quod peto Quia si cuncta que fecisti dederis michi non
sufficit servo tuo nisi te ipsum dederis Da ergo te ipsum michi deus
meus redde te michi Te amo enim et si parum est amem validius
tuo ego amore teneor tuo desiderio flagro tua dulci memoria
delector Ecce dum mens mea suspirat tibi et tuam ineffabilem pye-
tatem meditatur ipsa carnis sarcina minus gravat cogitacionum tumultus
cessat pondus mortalitatis et miseriarum more solito non hebetat
Silent cuncta tranquilla sunt omnia Cor ardet animus
gaudet memoria viget intellectus lucet totus spiritus meus ex desi-
derio visionis tue accensus invisibilium amore rapi se videt
Assumat spiritus meus pennas ut aquila volet et non deficiat vo-
let et perveniat usque ad decorem domus tue et thronum glorie
tue ut ibi super mensam refectionis civium supernorum tuorum pascatur
de occultis tuis in loco pascue tue iuxta fluenta plenissima
Tu esto nobis exultacio qui est nostra redemptio salus atque spes
tu esto nostrum gaudium Qui es futurum gaudium te semper querat
anima et tu presta ut querendo non deficiat Ve misere anime
que Christum non querit nec amat arida manet et misera perit quia
vivit qui deum non diligit qui curat vivere non propter te domine
nichil est quod pro nichilo est qui tibi vivere recusat mortuus est
Cui tibi non sapit desipit O misericordissime domine tibi me com-
mendo reddo et concedo per quem sum vivo et sapio In te confido
spero cum quo manebo et totam spem meam pono per quem
resurgam vivam et requiescam Te cupio te diligo et adoro cum
quo manebo regnabo et beatus ero Anima que te non querit
non diligit peccato servit viciis subiecta est nunquam quieta inquieta
semper est famulatur tibi mens semper piissime suspiret tibi pectus meum
mea ardeat in amore tuo cor meum requiescat in te deus meus
anima mea contempletur in te in mentis excessu et cantet laudes
tuas in iubilacione et hec sit in exilio hoc consolacio mea Confu-
giat mens mea sub umbra alarum tuarum ab estibus cogitacionum
huius seculi expansat in te cor meum cor mare magnum et
tumens fluctibus Dives omnium bonorum dapium superne civitatis

domine opulentissime largitor deus da lasso cibum collige disper-
sum libera captivum redintegra scissum en stat ad hostium et pul-
sat Obsecro per viscera misericordie tue quibus visitasti nos oriens ex
alto iube pulsanti misero aperiri ut liberis gressibus ingredi-
atur ad te et requiescat in te et reficiatur de te pane celesti tu
es panis et fons vite Tu lumen claritatis eterne Tu omnia
ex quibus vivunt iusti qui diligunt te deus lumen cordium te
videncium et vita animarum te amancium et virtus cogitacionum te
querencium ut sancto amori tuo inhereram Veni rogo in
cor meum et ab ubertate voluptatis tue inebria illud ut ob-
liviscatur ista temporalia pudet et pigeat me ista pati qualia
mundus agit Triste est mihi omne quod video quicquid de transito-
riis audio Adiuva me domine deus meus et da leticiam in corde
meo Veni in me ut videam te sed angusta est domus anime
mee quo venies ad eam dilatetur abs te ruinosa est refice
eam habet que offendant oculos tuos fateor et scio sed quis
mundabit eam aut cui alteri preter te clamabo Ab occultis meis mun-
da me et ab alienis parce servo tuo fac me dulcis Christe Ihesu bone fac
me rogo amore et desiderio tuo deponere onus carnalium desideriorum
et terrenarum concupiscenciarum Dominetur ergo carni anima anime racio ra-
cioni gracia tua et tu me intus exteriusque subde voluntati tue
tribue michi ut laudet te cor meum et lingwa mea et omnia ossa
mea Dilata mentem meam et attolle intuitum cordis mei ut
vel rapida cogitacione spiritus meus attingat te eternam sapienciam super omnia
manentem dissolve me a vinculis quibus constrictus teneor ut derelictis omni-
bus omnia ista tibi festinem tibi soli inhereram soli intendam felix
anima que terreno resoluto carcere libera celum petit que te dul-
cissimum dominum facie ad faciem cernit que nullo mortis metu afficitur
sed de incorrupcione eterne glorie letatur Tranquilla est et secura
non timet hostem neque mortem habet iam pium dominum quem diu
quesivit semper quem amavit ympnidicis sociata choris celestia per-
petue festivitatis carmina ad laudem glorie tue rex Christe in eternum
concinit Inebriatur enim ab ubertate domus tue et torrente vo-
luptatis tue potabis eam felix societas supernorum civium et glo-
riosa sollempnitas omnium ad te redeuncium ab huius nostre peregrinacionis
tristi labore amenitatem pulchritudinis formositatem tocius
splendoris atque dignitatem tocius elegancie intuencium ubi cives
cernunt mich est omnis quod contristet mentem te amantem que
cantica que organa que melodie ibi sine fine cantantur Sonant
enim semper melliflua ympnorum organa suavissima angelorum
melodia cantica canticorum mirifica que ad laudem et gloriam tuam
a supernis civibus in perpetuum decantantur Amaritudo et omnis fellis
asperitas in regione tua locum non habent Non enim est in ea ma-
lignus neque malicia non est adversarius neque impugnans nulla est
ulla peccati illecebra Nulla est ibi indigencia decoris nullum na

rixa nullum impedimentum. Carnis nulla. Nulla timor nulla inquietudo nulla pena nulla dubietas nulla violencia nulla discordia sed pax summa caritas plena iubilacio et laus dei eterna secura sine fine requies gaudium semper in spiritu sancto fortunatus. Ego si audiero io cundissimas civium tuorum cantilenas carmina melliflua laude summe trinitati debito honore promencia. Sed et nimium felix ego si meru ero cantare canticum domino de dulcibus canticis syon. O vitalis vi ta sempiterna vita et sempiterne beata ubi gaudium sine merore re quies sine labore dignitas sine tremore opes sine amissione

Vita celestis



sanitas sine languore habundancia sine defectione vita sine mor te perpetuitas sine corrupcione beatitudo sine calamitate ubi omnia bona in caritate perfecta ubi species et visio dei facie ad faciem ubi plena sciencia in omnibus et per omnia ubi summa dei bonitas cernitur et lumen illuminans a sanctis glorificatur ubi presens maiestas dei conspicitur et hoc in te cibo sine defectu mentes intuencium saciatur vident et videre desiderant sine anxietate desiderant et sine fastidio saciantur ubi verus iusticie sol mira sue pulchritudinis visione omnes reficit. Et mundos celestis patrie cives illuminat ut luceat ipsi lumen illuminanti se per divinum lumen illuminans ultra omnem solis splendorem atque cunctarum stellarum claritatem immortali adherentes divinitati ac per hoc quos dedisti michi volo ut ubi ego sum et illi sint mecum ut videant claritatem meam ut omnes unum sint sicut tu pater in me et ego in te et ipsi in nobis unum sint. O regnum celorum regnum gloriosum regnum carens morte et vacans fine cui nulla tempora succedunt per eternum ubi continuus dies sine nocte nescit habere tempus victor miles donis ineffabilibus cumulatur nobile perpetua caput amplectitur corona ut dimissa mortale pondere me ultima finiorum christi iuberet di vina pietas hanc carnis sarcinam deponere ut in illius eternitatis gaudia eterna reparanda ubi requiem sumerem et sanctissimis choris interessem cum spiritibus beatissimis glorie conditoris mei contagerem de perpetuitate immortalitatis incorrupcionem gaudens et sciendi omnia consummata omnis ignorancie cecitatem amitterem si terrena cun

Vita presens

cta parvipenderem. Nunc autem pater per vallem lacrimarum istam intueri ut convinsti non dignarer ubi vita laboriosa vita corruptibilis vita ad amaritudine plena vita domina malorum ancilla infernorum quam homines ostendat dolores extenuant ardores exsiccant aera morbidant esce inflant ieiunia macerant ioci solvunt tristicie consumunt sollicitudo coartat securitas hebetat divicie iactant pau pertas deiciat iuventus extollit senectus incurvat infirmitas fran git meror deprimit dyabolus insidiatur mundus adulatur caro delectatur anima excecatur totus homo conturbatur. Et hiis tantis malis mors formidanda succedit vanisque gaudiis ita finem imponit ut esse desierint nec fuisse putentur. Sed quas laudes quas ve graciarum acciones tibi referre valeamus deus meus cum nos et inter hos tantas mortalitatis mee erumnas non desinis consolari mira visitacione gracie tue. Ecce me insertum miseris meroribus plenum dum vite mee timeo dum patriam desidero dum iudicium

tum fremido dum mortis horam timeo ut cogito dum supplicia tor
tari horreo dum opera mea qua districtione a te pensentur ignoro
ro dumque hec et alia multa mecum sub corde exacto Consola
toribus ades solita pietate et inter has querelas et nimis plora
tus ac profunda cordis suspiria assumis mestam et anxiam mentem me
am super alta iuga montium ad ortolas aromatum et collocas me
in loco pascue secus rivulos dulcium aquarum ibi preparas in conspectu
meo mensam multiplices apparatus dona fugatum spiritum expandes et
cor triste letifices Cumbus tandem esfallatis et miltarum miseriarum
mearum oblitus super orbem terrarum pace quiesco Amo te deus meus
et magis magisque amare cupio da speciose pre filiis hominum ut desi
derem ut amem te quantum volo quantum desidero immensus es
et sine mensura debes amari presertim debes amari presertim a no
bis quos sic saluasti sic amasti pro quibus tanta ac talia fecisti A
mor qui semper ardes et numquam extingueris dulcis xpe bone ihesu ca
ritas mea deus meus Accende me totum igne tuo amore
tuo desiderio tua dilectione tua caritate tua voluptate tua iocundita
tua exultatione et suavitate et pyetate tua voluptate et concupiscen
tia que sancta est et bona que casta est et munda ut totus dulcedine
amoris tui plenus totus flamma caritatis tui vaporis diligam te
dominum meum pulcherrimum et dulcissimum ex toto corde et ex tota anima
mea et ex totis visceribus meis et ex omni intentione mea cum
multa cordis contritione et lacrimarum fonte cum multa reverentia et tre
more habens te in corde et ore et oculis meis semper et ubique ita ut nullus
in me adulterinis amoribus pateat locus pulcherrime Rogo te
per illa sacratissima effusione sanguinis tui precioso quo sumus redempti
Da michi cordis contritionem et lacrimarum fontem precipue dum tibi preces
meas et orationes meas offero Dum tue laudis psalmodiam decanto
Dum misterium mee redemptionis manifestum indicium dilectionis tue indicatur
recolo vel profero Dum sacris altaribus licet indignus assisto cupiens
offerre illud mirabile et celeste sacrificium cum reverencia et devotione
dignum quod tu domine deus meus sacerdos immaculate instituisti et
offerri precepisti in commemoratione tue caritatis mortis scilicet et passionis
pro mea salute et cottidiana mee fragilitatis reparatione Confirmetur
mens mea inter misteria dulcissime presencie tue sentiat tibi te ad
esse et letetur cor te in presencie Ignis qui semper lucens amor qui semper
ardes dulcis xpe bone ihesu lumen eternum et indeficiens panis
vite qui nos semper reficis et in te numquam deficis comederis cottidie
et integer semper manes resplende in me accende me illumina et sanctifica
me vas tuum omni malicia evacuatum imple gracia et plenum
conserva ad salutem anime mee manducem cibum carnis tue
ut cibus manducando te vadam per te requiescam in te O dulcedo a
moris tui et amor dulcedinis comedat te cor meum et nectare tui
amoris repleantur viscera anime mee ut eructet mens mea verbum
bonum caritas deus meus mel dulce lac meum cibus es gran
dium fac me crescere in te ut sano palato manducare possim a me
es vita mea qua vivo spes tui inherere gloria quam adipisci desi
dero tu michi cor tene mentem rege animum suspende et in

superna fluenta oris sitientis spiritum trahe / taceant queso tumultus
carnis conticescant fantasie / terrarum et aquarum aeris et poli ta-
ceant sompnia et ymaginarie revelationes omnis lingwa omne sig-
num et quicquid transeundo fit sileat et ipsa anima et transeat se
non cogitando sed te deus meus quoniam tu es unica tota spes et fidu-
cia mea Est enim in te deo meo et in domino meo ihesu christo dulcissimo
et benignissimo atque clementissimo uniuscuiusque nostrum porcio et san-
guis et caro ubi ergo porcio mea regnat regnare me credo
ubi sanguis meus dominatur dominari me sencio ubi caro mea
glorificatur ibi gloriosum me cognosco / quamvis peccator sim de hac
tamen communione gracie non diffido Et si peccata mea prohibent substancia mea
requirit Et si delicta propria excludunt nature communio non repellit
Non enim tam inmitis est deus ut obliviscatur hominis et non me-
minerit ipsius quem ipse gestat Desperare utique potuissem domine propter
nimia peccata mea et vicia et culpas et negligencias infinitas quas
egi et cottidie indesinenter ago corde ore et opere et omnibus modis
quibus humana fragilitas peccare potest nisi verbum tuum deus caro
fieret et habitaret in nobis sed desperare non audeo quoniam subditus ille
tibi usque ad mortem mortem autem crucis Tulit cirographum
peccatorum nostrorum et affigens illud cruci peccatum crucifixit et occidit mor-
tem In ipso autem securus respiro qui sedet ad dexteram tuam et
interpellat pro nobis in ipso confisus ad te pervenire desidero / In
quo iam resurreximus et revivimus tibi laus tibi gloria tibi honor
et graciarum accio piissime domine qui nos sic amasti et salvasti sic
vivificasti sic sublimasti piissime domine quam dulcis est meditacio
tua / quanto magis in te meditor tanto magis es michi dulcior
Iocunde delectent me valde bona tua prout intuitu in
loco peregrinacionis mee iuxta modulum meum interim quamdiu
hic fragilibus subsisto membris considerare tuo enim iaculo amo-
ris vulneratus sum tuo desiderio vehementer flagro ad te pervenire
desidero te videre cupio / Stabo super custodiam meam stabo et
vigilantibus oculis spiritu psallam et mente et totis viribus te
factorem et redemptorem collaudabo te polum penetrabo me
te et desiderio tecum ero ut in presenti quamvis miseria solo corpore
tenear tecum autem aviditate omni et cogitacione atque desiderio sim
semper quatenus ibi cor meum sit ubi tu es thezaurus meus desi-
derabilis incomparabilis multumque amabilis Sed ecce deus meus
piissime ac misericordissime domine tue inmense bonitatis et pietatis
gloriam considerare volo cor meum non sufficit excedit enim omnem
sensum humane mentis cum decor tuus pulchritudo tua virtus tua gloria
tua magnificencia tua maiestas et tua caritas Sicut ineffabilis est
tue glorie splendor ita inestimabilis est eciam caritatis benigni-
tas qua illos quos de nichilo creasti adoptas in filios et tibi con-
iungis / O anima mea si cottidie oporteret nos tormenta perferre si
ipsam gehennam longo tempore tollerare ut christum in gloria sua videre pos-
simus et sanctis suis sociari nonne esset dignum pati omne quod triste

est ut tanti boni tanteque glorie participes habeamur / insidiemur ergo
demones parant suas temptaciones frangunt corpus ieiunia
premat resompta labores graveantur vigilie exsiccent puriret me
iste inquietet me ille frigus indeat scia minuet calor urat
caput doleat pectus ardeat inflentur stomachus pallescat vultus
infirmetur totus desiciat in dolore in vita mea et anni mei in ge-
mitibus ingrediatur putredo in ossibus meis et subter me scateat
que erit gloria iustorum quam grandis sanctorum leticia cum unaqueque fa-
cies fulgebit ut sol cum ordinibus distinctis populum suum deus in reg-
no patris sui cepit recensere meritis atque operibus singulorum promissa
restituet pro terrenis celestia pro temporalibus sempiterna pro minimis
magna reddat cumulus felicitatis erit cum deus adducet sanctos
in visionem paterne glorie et faciet in celestibus considere ut sit deus
omnia in omnibus O felix et iocunda felicitas sanctos videre cum eis esse
et sanctum esse deum videre et deum habere in eternum et ultra Si queras
quo illud sit precio ut quibus auxiliis audires ista posita in potestate facere
eas Cum regnum celorum vim patitur Regnum celorum o homo aliud non
querit precium nisi teipsum tantum valet quantum habes te da et habebis ipsum
Quid turbaris de precio xpistus semetipsum tradidit ut acquireret te regnum
deo et patri Ita ut tu temetipsum da ut sis regnum deo patri eius ac non
regnet peccatum in tuo mortali corpore sed spiritus in acquisicionem vite O
anima mea cunctamur adunitatem celestem in qua scripti sumus
et cives decreti sit ergo cives sanctorum et domestici dei et sicut heredes dei
et coheredes autem xpisti Consideremus in civitatem urbis nee felicitatem
in quantum conspectare possibile est dicamus ergo cum propheta Sicut letancium
omnium habitacio est in te fundaveris cum exultacione universe terre Non est
in te senectus nec senectutis miseria non manicus non claudus
non gibosus neque deformis Omnes enim occurrent in virum perfectum
in mensuram etatis plenitudinis xpisti Quid hac vita beatius
ubi non est paupertatis metus non egritudinis imbecillitas nemo
leditur nemo irascitur nemo invidet cupiditas nulla exardescit
Nullum ibi desiderium nulla honoris atque potestatis pulsat ambicio nullus
ibi dyaboli metus insidie demonum nulle ieherne procul mors
neque corporis neque anime sed vitam immortalitatis munere iocunda
nulla erit tunc usquequaque discordia sed omnia consona omnium sanctorum una
erit concordia pax cuncta leticiam continens tranquilla sunt omnia
et quieta iugis splendor non iste qui nunc est sed tanto clarior
quanto feliciar O una civitas ut legitur illa non egebit lumine solis
sed dominus omnipotens illuminabit eam et lucerna eius est agnus
ubi fulgebunt sancti sicut stelle in perpetuas eternitates et splendor
firmamenti qui erudiunt multas O numquam nox ibi nulla nulle tene-
bre concursus nimbiorum nullus frigoris ardoris ve asperitas nulla sed
talis erit rerum temperies quam nec oculus vidit nec auris au-
divit nec in cor hominis ascendit nisi illorum qui ea perfrui digni
inveniuntur O quorum nomina scripta sunt in libro vite verum super hec
omnia est sociari choris angelorum archangelorum atque omnium celestium
virtutum intueri patriarchas et prophetas videre apostolos atque omnes sanctos

vide et parentes meos gloriosa sunt hec Sed multo gloriosius pre
sentem dei vultum videre eterne in claritate luminis vide super
excellens gloria erit cum dominum videbimus et habebimus in nobis que
eterne sunt est Magna res est amor quo anima per semetipsam
fiducialiter accedit ad deum deo constanter adheret deum familiariter
percunctatur et exultatur de omni re Anima que amat deum nichil
aliud potest amare cogitare nec loqui cetera contempnit omnia fastidit
quicquid meditatur et quicquid loquitur amore sapit amore redolet et ita
eam amor dei sibi vendicavit Cum vult hunc notitiam dei frustra attendit
ad legendum ad meditandum adorandum qui non amat Amor dei amorem
anime parit et eam intendere sibi facit Anima quam tangit amor dei
nichil aliud potest desiderare sed frequenter suspirat dicens Sicut cervus
desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus
Deus amore venit ad homines et factus est homo Amore deus invi
sibilis sinit suis similis factus est amore vulneratus est propter mea de
licta tuta et firma requies non est infirmis et peccatoribus nisi in vul
neribus salvatoris Secure hic habito patent michi viscera per
vulnera quicquid ex me non deest usurpo ex visceribus domini
mei quia misericordia affluunt nec desunt foramina per que affluant Per
foramina enim corporis patet michi archanum cordis patet magnum
pietatis sacramentum patent viscera misericordie dei mei in quibus visi
tavit nos oriens ex alto vulnera christi itaque plena sunt misericordia ple
na pietate plena dulcedine et caritate foderunt manus eius
et pedes et latus eius lancea perforaverunt per has rimas licet
michi gustare quam suavis est dominus meus Cum vera suavis et mitis
et multe misericordie omnibus invocantibus eum in veritate inquiren
tibus quibus hic maxime diligentibus copiosa redemptio data
est nobis in vulneribus salvatoris mei Magna multitudo dulcedinis
gratie ista plenitudo Ibi enim Cum me pulsat aliqua corporis co
gitatio recurro ad vulnera christi Cum me premit caro mea recorda
tione vulnerum domini mei resurgo Cum dyabolus parat insidias michi
fugio ad viscera domini mei et recedit a me Si ardor libidinis mo
vet membra mea recordatione vulnerum filii dei extinguitur et In
omnibus adversitatibus non inveni tam efficax remedium quam
vulnera christi In illis dormio securus et requiesco intrepidus
Christus mortuus est pro nobis nichil tam forte ad mortem quod mor
te christi non salvatur tota spes mea est in morte domini mei Mors enim
eius meritum meum refugium meum salus mea et resurrectio mea
meritum meum est miseratio domini Non sum meriti inops quamdiu iste
miserationum non fuerit Et si multe domini miserationes multus sum ego
in meritis Quanto ille potentior ad salvandum tanto ego securior
Peccavi peccatum grande et multorum sum conscius non desperabo nec
sic despero quia ubi habundaverunt delicta superhabundavit et
gratia Qui desperat a venia peccatorum suorum negat deum esse miseri
cordem magnam deo iniuriam facit qui de eius misericordia diffidit
quantum in se est negat deum habere caritatem veritatem et potestatem
in quibus tota spes mea consistit in caritate adoptionis in

In deo est Caritas
Veritas
Potestas

veritate promissionis et in potestate redemptionis Numquid ia
quando voluit insipiens cogitacio mea dicens Cuius es tu et gratia
et gloria ista quibus ea meritis illa obtinere speras Et ego fiducialiter
respondeo Quia cum crucis filius cum quia in caritate nimia
adoptavit me in filium quia verax est in promissione potens in
exhibicione et licet ei facere quod vult possum terreri multitudine
peccatorum si mors domini mei in mentem meam venerit quia peccata me
ab illo vincere non poterunt Clavi et lancea clamant michi quod vere
reconciliatus sum christo si eum amavero Longinus aperuit michi
latus christi cum lancea et ego ibi requiesco securus Qui timet
amat quia caritas foras mittit timorem Nullum tam potens et
et tam efficax contra ardorem libidinis medicamentum quam mors
redemptoris mei Extendit manus suas paratus in amplexus
peccatorum inter brachia salvatoris mei et vivere volo et mori cu-
pio Ibi securus Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec de-
lectasti inimicos meos super me Salvator meus caput inclina
vit in morte ut osculatur adilectis Totiens deum osculamur
quotiens in eius amore compungimur O anima mea insignita dei
ymagine redempta christi sanguine desponsata fide dotata spiritu
ornata virtutibus deputata cum angelis dilige illum a quo tam
dilecta es intende illi qui intendit tibi quere querentem te
ama amatorem tuum a quo amaris cuius amore preventa es que
est causa amoris tui Ipse est meritum ipse premium ipse fructus
ipse usus ipse finis esto sollicita cum sollicito cum vacante va-
cans cum mundo munda cum sancto sancta Qualem te parareris
deo talis oportet tibi deus ipse enim est qui et suavis et mitis et
multe misericordie suaves mites et humiles requirit Ama
illum qui eduxit te de lacu miserie et de luto fecis Elige illum
amicum pre omnibus amicis tuis qui cum omnia subtracta fuerit
solus tibi fidem servabit in die sepulture tue cum omnes amici tui
recedunt a te iste derelinquit te sed tuebitur a rugientibus paratis
ad escam et perducet te per ignotam regionem atque perducet ad pla-
teas superne syon et ibi collocabit cum angelis ante faciem maies-
tatis ubi audies illud melos angelicum ubi est illud canticum
letitie vox exultacionis et salutis graciarum actio et vox laudis
atque alleluia perpetuum Ibi est cumulus felicitatis super eminens
gloria super habundans leticia et omnia bona O anima mea suspi-
ra ardenter desidera vehementer ut possis venire ad illam civitatem
supernam de qua tam gloriosa dicta sunt In qua sicut letancium
omnium habitacio est in te Amore potest ascendere amanti nichil est
impossibile Anima que amat ascendit frequenter et currit familiariter
per plateas celestis ierusalem visitando illos patriarchas prophetas saluta-
do apostolos admirando exercitum martirum confessorum choros virginum spe-
culando Celum et terra et omnia que in eis sunt non cessant michi dicere
ut amem deum meum etc. Explicit liber de contemplacione ihesu christi
Alias de salute anime liber beati augustini episcopi yponensis

Anima quo-
modo currit per pla-
teas celestis ierusalem

De vera et falsa penitencia.

Quantum sit appetenda gratia penitentie omnes auctores clamat. omnium bonorum vita conatur ostendere. languores enim sanat, lepras curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, quam conservat, languidis gressum, aridis copiam, cecis confert visum, vicia fugat, virtutes exornat, mentem munit et roborat, omnia sanat, omnia letificat, omnia redintegrat, temperat successus, restringit impetum, moderat excessus, ignorantes se peccasse recognoscit, se querentes pro peccato se revenit. hec est que ad angelos deducit, creaturam reddit creatori, ovem perditam restauravit querenti et decimam dragmam obtulit inquirenti. hec dissipatorem filium ad patrem reduxit et vulneratum a latronibus custodi curandum commendavit. In hac omne bonum invenitur. per hanc omne bonum conservatur et fugat tenebras, inducit lucem, excogitat omnia, ipsa agimus confirmat. Set omnia prudens virago sensisti que hoc bonum tam dilexisti. vix enim diligit quis quod omne ignorat. super hoc bonum iuxta fortes esse potes ad omnia bona. itaque voluntate tua quam super hoc bono cognovi libenter adiuvo et suaviorem laborem super hac re ut rogasti desideratur suscipio, sperans dei adiutorio in tuo intellectu Scio intencionem tuam nunquam frustrandam, sed in omnibus que considerat dilatandam. Nam cum dives esses, te pauperem pro Christo reddidisti et in anima dives eris spiritui sancto connexa. Ego felix ego si quod auxilium ad veras tuas divicias adhibere potero. Tue itaque trado dilectioni quicquid de penitencia sentio, auctore deo et illustracione spiritus sancti. Nec modo cum huius temporis impugnamus errores, sed eos dum impugnatur pro copia rationum conamur addere dulcedinem et suavitatem, ut integritas tue mentis que deo dante omnes expulit falsitates suffugatis rationandi (?) fecet.

Si fides fundamentum est penitencie, preter quam nihil est De fide quod bonum est. Si appetenda est penitencia, quia constat in fide fundata. Non enim potest arbor bona fructus malos facere. Penitencia utique que ex fide non est utilis non est. Oportet autem credere remedium penitentie a salvatore concedi. Si enim omnis penitencia peccatorum sterilis esset, nequaquam ad penitenciam exhortaretur inexfrenatores Christi, qua predicavit mitis deus et mansuetus et cunctis hominibus. dixit enim: facite fructus dignos penitencie, ostendens penitenciam non sterilem, sed digne fructificare. Cum enim dixit: Nolo mortem peccatoris, satis ostendit quod non expectabat mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Convertitur autem quis ut vivat nisi qui erat longinquius in regione. In iniquitatibus meis conceptus sum, dicit David, et in delictis concepit me mater mea. Qui autem in domino prohibet testimonium invenit hominem secundum cor meum. Hic idem a domino laudatus penitens de domino dicit: propicius eris peccato meo, multum est enim. Quia multum erat. Sed quia David illud multum reputat, sic qui iam fastidiosus erat. Non enim laboravit exonerari peccato cum non videret minimum. Unde quod multum videtur si adhuc in illo delectaretur quod rogaret perdere nisi doleret hec. Si enim non doleret hec, gauderet commisisse. Sciens quia delevit dominus peccatum David. Aut quia dolebat peccasse aut quia gemebat et stratum suum lacrimis rigabat et cinerem tanquam panem manducabat. Si autem gaudet, non magnum sed peccatum suum dicet. Fallimur itaque qui obicientes penitencias optio

et eam viderets | dicunt eum cum peccabimus ut gratia habundet di
cebat Quidam adpenitenciam sperare de venia etiam si maxima sit
iniquitas habundauit et gracia nullum peccatum potest remanere ad
penitenciam predicat Cum conuerti si vult se conuerteret aliquis cui prior
status placeret Cum igitur conuertitur dolet se gaudet perdere
pennam itaque acquirit indulgentiam sine qua nemo peruenit ad ve
niam Si enim absque ea saluaretur anima non diceretur peccasti queste
Sine enim quiesceret nisi quia malum est si peccaret quod diligit et
non odio haberi potest quod retentio damnat et fugatum saluat Cum
ergo non quiescit dolere oportet qui prius non quieuit statim saluatur et qui
dolet statim liberatur quia penitet Et dolere eum docuit ei peccatum
Quod facta tu quasi dicat Ideo doleo peccasse quia nichil tam
graue est quod non velim cum me indicare Cum ex eo enim quod sup
plicium in me possum excogitare quod tu possit sufficere nichil in
graue si me aptos potest liberare Relinquitur ergo penitentem veniam
volentibus inuenire

De errore quorundam

Sunt autem qui credunt usque in baptismum penitenciam proficere
Naam sirus Naaman Cum per aquam perdidit lepram Sed
postea peccantibus cassam perseuerare Gaudeant singu
laritate arrogantes ex hoc non sunt iactantes se mundos ut po
te quasi nichil post baptismum commiserunt un inde dolere possit
hii sinistre omnia intelligentes verbis exterius auctoritatem assumentes
et sequentes preter mendacium mendacia exponunt quod concordat ve
ritati Legitur enim in apostolo quod intelligere nolunt Impossibile est eos
qui semel sunt illuminati et gustauerunt dulcedinem donum celeste
et participes facti sunt spiritus sancti et gustauerunt verbum bonum dei virtutes
seculi futuri iterum renouari per penitenciam rursus crucifigentes filium dei et
ostentui habentes Si si superbia eos non excecasset videretur apostolus non ita
esse destructorem sui laboris atque sui gaudii Quos enim apostolus corrigeret
nisi qui post baptismum ceciderat et impetu perseuerabant Gentiles enim
visitabat corporali presencia et verbis et miraculis eos conuertebat quomodo
staret infidelibus ipsi eas multiplicat conuertentibus hinc lapidabat
longius cedebat et eis scribet ut se corrigerent Cur autem et scribet
correptor fidelium si de eorum desperaret salute quos scriberet quod
se facere omnino et in vano nichil proficit si non possunt reuocari ad penitenciam
aut predicaret eam Preterea corinthium post baptismum excommunicat
peccantem et fornicatorem gentium superantem Quo tempore penitere
si sic eum sine predicaret preceptum Sed de baptismo hoc intellexit
Dixit enim eos reuocari per penitenciam impossibile esse et rursus crucifi
gant filium dei et ostentui habeant id est iterum baptizentur Cum enim
baptisati sunt mortem crucis Christi representant et sepulturam suam nam
in immersione sua per signum enim crucis quisque in aqua submergitur
et submersus sepultus ostenditur Non enim qui prolapsi sunt post pec
catum baptismum consequi potuerunt veniam Sicut enim semel crucifixus
est deus Christus sic baptismus iterandus non est Venia enim morte sua
omnes redemit ut amplius mori non oporteat Quod videns est

Heb. 6

1 Cor. 7

no intellexit iterand ee baptismu Per fructus itaq baptisma
tis prime adhibet spes venie Nam filius erat qui recesserat in re
gione longinqua susceptus a patre per penitentiam confitente dixit n no
sum dignus vocari filius tuus no cuncta a te dedisti ista apud
te cepi hunc suscepit pater familias et stola et anulo induit Stola
dotauit eum quia in eo integritatem caritatis restaurauit anu
lo in manum posuit quia ex fide fecit operari spiritus sancti
dona eum subarrauit et cum calciamenta pedum reddit quia e
clesiam eius predicatorum ditauit sententia communio osculum est intu
itus signatus quia in quo habitat omnis pulchritudo diuinitatis cor
poraliter ille sanctus est tibus phos ostendens cum sacramenti domina
corporis per penitentiam et confessionem reddi peccantibus baptisatis Si enim
aliter esset petrus post dominum ascensionem caput esse no persuasisset sy
monem in eundem spiritus spem habiti ut penitentiam sumeret inde cum penitentiam
abdicauit in maledictionem Ille quoque qui incidit in latrones
ab iherusalem descendebat no in egyptum ad hebreos no ad ydumeos
sanguineos pulue assumptus Sed a iericho qui incidit in latrones
quia prius latro no erat no est electus a samaritano si adiutus
et curatus refectus q no fuisset si solius no baptisatus venia et spem
venie reliquisset Quamuis est vocatus lazarus et postea a mortu
is fetidus resuscitatus est et quadriduanus ostendens quantumcumque
peccat homo et postquam fuit diu amaris tunc potest spiritus si valido
dei clamore et meliorum fletu foras a peccato vocabat preuiis tollet
lapis desuper ab ipso quia cordibus diuina pietatis examinato quam
tollent intercessores et predicatores labore suo filia abrahe qua
alliga nexat sathanas soluit deus clamantibus inderis ligata est
filia ligata et absoluta in sabbato
Adhuc sunt qui clamat no esse peccatorum remissionem baptisma
tis per penitentiam dicentes peccatum in patrem et filium remitti in spiritum
sanctum omnino no ignosci putantes peccatum in patrem et filium esse
infidelium et hec remissionem per baptismum isti peccant absque spiritu que
no acceperint per baptismum Illi autem per spiritum sanctum quem acceperint per
baptismum qui eius bona no tenet et dyaboli venena eligunt
Istos intelligunt neque hic neque in futuro veniam consequi posse Sed
iste intellectus magis est erroris quam fidei sancte Si enim preter baptis
mum qui iterandus no est fit remissio peccatorum tunc adderet dominus
neque in futuro remitti ubi no est operatio baptismi in futuro autem
nemo baptisabitur si a peccato liberabitur Utique falsa est interpretatio que
remissionem concedit soli baptisato no enim soli infideles peccant
in patrem et filium sed quicumque peccata no committunt Sed soli peccant
in spiritum sanctum qui impenitentes existunt usque ad mortem Spiritus
enim est caritas dei diuinitatis Amor est genitoris geniti verbi
Qui sua no gratia tribuit sui ipsius caritatem Quicumque ergo peccat et
gratiam suam recuperare no amat et numquam habet caritatem ab eo dili
gi qui totus est amor et caritas nec ad illud tendit quam suscipit
caritatem in spiritum peccat et numquam post mortem sic neque viuens consequetur
veniam Utique nullus peccat in spiritum sanctum qui fugit ad illum Si quis

leonis serie ubi hoc legit^r sibi causam cogitauit et si aliter
intelligit sinistre interpretantibus no concordat Dicebant tn
iudei in belzebub principe demoniorum eicit demonia Opus spt
sancti dyaboli attribuentes peccati Dic ergo sunt pcta que no sunt
deferenda sunt blasphemie consecrate unam Sed blasphemare spm
sctm ut incepistis ducet ad morte Vn postea dicit Non pt arbor
mala bonos fructus facere quasi dicat no queunt uite uite de
mala bonos fructus facere Conuitium
spu talia dicere Arbor bona no pt fructus malos facere Conuitium
spu talia dice Arbor bona no pt fructus malos facere Conuitium
in arborem magna traxiste iam no potestis de spu scto talia sentire
Obiciunt alium dictum Johis e pctm no ad mortem pro quo oret quis
et est pctm ad mortem pro quo no oret quis quasi p pctis ante
baptismum e orandum fallunt^r qui sic intelligunt Concio sibi
ipsi erat qui primas admonuit ecclie pergami Alia uero q admis
te no est si p fructu pnie soluunt^r Sed sunt queda pcta venia
lia que oron dnica cottidie soluunt^r Cum dicat^r dimitte nobis
debita nra sic et nos dimittimus etc Et hec utique ait no sunt ad mor
tem Cum petrum sacramentum suscepit remissionem no negat baptis
matis n audierat Tibi dabo claues regni celorum qui hic deum nega
uerat et ante amicos xpi excomunicauit p primas et amaros fletus co
rruit Ergo sic ce dns dicit respiciens sr membra iuncta qui me
bra xpi sunt p baptismi sacramentum deo iuncti sunt in quibus enim
si egerint comederat no ab omnibus pcta negat que cottidie de
fecit p primam

De impugnatione quorundam

Adhuc instant perfidi qui plus sapiunt quam oportet no sobrie
sed excedentes mensuram Dicunt enim si semel peccantibus
post baptismum valeat pnia no tn sepe proderit iterata
alioquin remissio esset ad pctm incitacio Dicunt enim Cuius no se
peccaret si redire se posset Dicunt n dum incitatorem mali si se
penitentibus subueniret Et etia placent pcta quibus se presto est gratia
Cerat aut isti Constat n multum pcta displicere cui se presto est
ea destruere Si n illa amaret no se destrueret Sed conseruaret
atque ut sua munera foueret se destruit pcta que inuenit ne
spoliat^r quod creauit ne corrumpat^r quod amauit Ciuimus occa
sione ypocrite isti cuius dni Cum n bis illuminauit quos leprosos
bis mundauit quos mortuum bis suscitauit no lazarum quem suscitat
dilexit Non filium vidue vnius in ostiis mei reddidit no filium dissi
patorem legit^r bis suscepisse Non filia abrahe bis a demonio
liberasse Nulla psona iteratum est sctm docens peccatis no sepe a
domino ficri remedium dixit multis vade et amplius noli peccare
ne quid deterius ti contingat permittes primam no amplius veni
am quia multos cecos et diuersis tpe illuminauit et multos debiles
confortauit Ostendit in illis diuersis eadem sepe pcta dimitti ut que
prius sanauit leprosum alio tpe illuminauit cecum Ideo n tot sana
uit cecos claudos et aridos ne desperaret sepe peccator Ideo no scri
bit^r aliquis nisi semel ita sanatus ut quisque timeat iungi pcto Vi
demus adhuc cottidie in ecclia sepe febricitantes sepe languidos sepe
passionibus captos sepe liberari ut appareat creatoris opus misericordia

quocies confessio sit penitentis quod enim corporis et vilis res est
et ab ipso dissimilis sepe sanaret et animā dignorem et eciam
nō tociens liberaret Medicū se vocat nō sanis sed male habentibus
oportunum Sed qualis est medicus qui malum nesciret sana
ret Medicorum enim est crebrius infirmū visitare crebrius curare
Dum certus inmor esse qui aliis possibilia ignoraret Necnon ē sui q
promisit Nolo mortē peccatoris sed ut magis convertatur et vivat Neque
enim peccatorū excludit et qui omnibus promisit indulgenciā aliis pro
missionibus declarat Dum me confessus fuit corā hominibus
Omnis quicunque et quocienscunque peccator cuiuscunque ordinis est si fuit sa
cerdos confitebor et ego eum coram qui invocavit nomē dnī id ē
se qui nominat deus idē qui nominavit eum ad se fugiendo et nō
contradicendo ut forsitan sepe sciat omnes id est quicunque sit ille peccator
salvus erit Omnem enim animā iste promissor satiavit bonis eos
sedentes in tenebris et in umbra mortis nullam excipiens aiam
Hunc maximus intellexit disciplinam ille qui corinthios per epis
tolas suas voluit corrigere Et ipse testatur ter in lectis eos cor
rexit Oportebat enim ut quocies eos tāde peccaret tociens inna
ret singuli Memor enim erat illius qui dixit Cuius remiseritis
peccata remittuntur eis Bonum autem et primos peccatores et omni tempore ec
clesiā dei usque in septuagies septies quod est semper peccata dimittere quam
potestatem illi ab ecclesia auferre conatur Oportet enim ... eciam sic
credere quod confitetur se peccare Negant enim veritatem in se esse
qui se absque peccato sine crimen esse putant quapropter eliminandus est
ab ecclesia qui unquam penitentibus negat indulgenciam Nō enim in
telligit quid apostolus senserit Cum dixit nichil michi conscius sum
sed nō in hoc iustificatus sum Veniales etiam et iustis peccata solent
contingere Nō se confirmabat absque peccato qui se cognovit indis
solubili vinculo caritatis xpo coniunctum Nisi enim sciret iustos
sepe venire adveniam quo peccare se dubitaret qui se sciebat
spiritum dei habere et intencionem mundissima ei fuerit Cur deus la
visset pedes petri et etiam hic docuisset nisi quod cottidiana
est confessio oportet quod cottidiana sit remissio Cur docuisset ora
tes dicere dimitte nobis debita nostra nisi ipse misericors peccare
caret qui nos ab hac peticione nō vult deficere Nullus itaque un
quam posset peccator qui penitens voluit desperare Quid enim ē quod
desperare quam deum sibi comparare Nam qui adeo nō sperat venia
nō advertit plus peccato suo dei posse clemenciam Si enim sentiret
deum magis bonum quam se malum quod in se instare nō crederet se
a deo magis bono exspectaret et qui diffidit quia summa bonitate
maiorem sua nequicia nō sentit Ille enim solus tantum peccare potest
quantum deus bonus ē cui sit nullus qui hoc possit qui timet
de se presumat de minime Dyabolus . n . omnibus nequicia minor ē
quam dei misericordia Ipse enim si posset sperare et culpam in se solvere
quod nō invenit in se sumeret in dei pietate Ad hunc enim diffidit

et suam nequiciam dei benignitati comparat fine imponit diuine
bonitati dans fine infinito et peccatorum diuitatis auferens adeo tamen ad
est quod eciam cogitacio non potest Non itaque eciam si sacerdos peccauit despe
rare possit licet scriptum est Quis orabit pro eo tota namque eccia atque
alius sacerdos et omnium sanctorum ordo orabit pro eo Sed hic considerandum
est sacerdoti ne facile cadat tamen in hoc granior notatur pena
dicit apud se si plebs mea ruina ubi dei peccauit Oportebit me
ferre partem ponderis non audebo importabilia illi imponere et non
digito mouere ea Sed ego si peccauero quid faciam nisi si e
uadam me oportebit flere miseriam non enim sic statim est
de statu est de subiecta plebe Sic et sacerdos timeas peccare sed
magis timeat desperare **De desperacione et minima confidencia**

Sunt alii minime desperacionis tamen adeo presumunt et de deo
confidunt quod quamquam sibi licenciam peccandi non acquirant
eciam sine penitencia exspectant veniam Quid credunt quod xpi
am vocantur adulantes sibi quod scriptum est Omnis qui inuocauerit
nomen domini saluus erit putant enim se nomen domini inuocare quod
xpm per credere et sacramenta ecclesie sumere non uerentes multos
esse uocatos sed paucos putant enim omnes xpianos paucos esse
in multitudine gencium et iudeorum Unde et si omnes saluarentur crederes
paucorum electio in tanta multitudine Si quis in aduentu voluit
deceptos hos omnes eciam iudicabit licet confidant in xpi redempcione
dicunt enim quid prodesset xpm venisse si tamen sic ante aduentum suum
adhuc pereunt Antequam enim fieret homo mali tamen dampnabantur
et si adhuc idem esset eum venisse Quid prodesset multum inquam
nam omnibus bonis ante aduentum saluus factus est peccatoribus Nemo
enim infernum egredi posset nisi a xpo preueniente inde eam extrahi
meruisset neque facultas bene operandi et dyabolo contradicendi tanta ho
minibus inesset nisi xpus tanta pati et surgere decreuisset hii neque
apostolos neque verba domini attendunt qui fornicatoribus et crimi
nosis hominibus tam multiplicatur et torrens penam permittit

Adhuc addit iniquitas
A priori consilibus licet contraria desperantes enim dei iudicat
misericordiam hii contempnunt iusticiam iustum deum blasphe
mantes qui reddere malis ignorat et peccata eorum exaltat Sed timeor
errant apostolo dicente Spes non confundit Cum non verentur
penam quam ei iste criminosus promittit Si enim ubi minatur ve
rax non est tamen confidunt sperantibus quod verum dicat Sed qui
verus est in promittendo verus est in minando Sed non est spe
rare bonum pro malis exspectare Ideo temerarius est qui peccatum
non abhorret sed omnium peccat ad penitenciam reseruat Confidat in domino
quem timeat iustum iudicaturum inimicum **De modo et ue**
ritate penitencie

Cum itaque penitencia efficax est et fructifera
nemmem relinquens sed veniam mortuos suscitans de modo et
veritate eius dixeramus aliqua penitencia enim baptisandis necessaria est
Sed baptisatis de maioribus et peccatis mortalibus penitendum est
per fidem enim ecclesie sola remittuntur peccata que contraxit homo

in origine ut sicut a pre peccante dampnacionem accepit Ita p[ri]mus
fidem confessorum consequitur. Sed p[er] se peccat p[er] dolorem cordis p[er] fide[m]
indulgenciam acquirit hec p[er] baptismum Ita hominem reddit mundum
et nouum ut nichil quod displiceat deo Omne peccatum nulli p[ro]sunt
baptisma qui peccat spontaneus Si quis aut baptizatus co[n]uictus
et infalsitate confessus non penituerit saluus erit adiuuante fide
et caritate tociusque membris ecclesie per totum orbem diffuse Ad hunc sunt
cathecumini in ecclesia constituti ut dum baptismum expectant inde
in vera penitencia doceantur. Hoc constituit homines in libertate arbitrii
p[ro]prium peccatis adheret in habundancia bonorum constituti Est enim penitencia
assidue peccantibus assidue necessaria et in multis offendimus omnes quia
cottidie committuntur Sic se ploratur et sic semper peccatur Ita per
sacramenta et ordines ecclesie se fugantur et demum audiat Tota
pulchra es et macula non est in te non quod non fiat dico sed manere
non potest Tanta est enim peticionis tue et vnitatis ecclesie ut quic
quid extraneum acciderit durare non possit hic enim speciosi sunt
pedes euangelizancium pacem euangelizancium bona lauatur
tamen in confessionibus signum exeuntibus est puluis qui crescit
in via hec peccata et si sunt parua per dei misericordia sunt magna
in peccatoribus per negligencia Nullum peccatum est deo adeo par
uum quod non crescat neglectum Non enim considerandum est
quid fecerit sed quem offenderit quam bonum quam benignum quam graciosum
quam primus est qui illum sua dulcissima pietate creauit exnich
ilo qui eum absque merito perduxit ad baptismum et educauit et
nutriuit ut filium Ad cuius tu comodum creauit celum et terram
et omnia que in eis sunt Ex nichilo tibi fiunt omnia tamquam filio
Sin misit an[gelum] in auxilium propter que forte et talis debilitauit
hostem eius antiquum propter que pati tam multipliciter sustepit
ut mereri filius quem eum quo dignatur. Hec considerandum qui deus
maiestate regit et gubernat omnia propter eum potestate sua talem
patrem offendere contra eius voluntatem aliquid committere
acquiescentibus ac se ignorantibus quam est crudele Vnde qui
se cognoscunt sic se peccant ita se plorat in tota vita sua
que est temptacio se tercium plorant tota vita sua Ista aut
sunt cum aliquid circa vel ultra modum agitur Ipsa enim bona si
aliqua continent cum excedunt quicquid de est a p[er]fectione quic
quid deficit ab homine quicquid et minimum non est plorando do
lendum est quicquid alio modo agimus non mundissima in
tencione quicquid aliud nos operamur et non tamen purissimo dei a
more non est liberum a fragilitatis oppidum Nunc usque tam im
pium esse ut hominem cum dilexerit Et qui fragilitate corporis non ab
horruerit sed se exinaniuit et suum esse corporis misit propter acquirendum
verum esse quod deus est tollerauit addit opus diuinum dolendum
procul dubio est qui se cognoscat quem diligat hoc solum quam expectat

ad illum qui est Si quis sapienter cogitat quod turpissime fragilitati
ab ipsa condicione inhereat quomodo fedus et turpis sit in carne quasi
mutabilis in mente hoc solum in se diligit quod talem ad deum ducit
Quod enim boni facimus si id melius facere possemus a nobis est
qua in omne bonum non sumus Si quid bonum nouimus et minus aliquid
operemur non omnino a nostra operacione alienum Ista assidua et quasi
quodammodo nostra assidua lamentacio confessio assidua et constan
ter iubilacio Surgamus purissimi ad purissimam perfectionem ne
istis que prima sunt multiplicatis quasi quadam scabie patiamur
corrumpi et collidine pinguedo caritatis inuncta sanam in ani
me affligi et nota immunde consuetudine macerari sed tendamus in
melius sed in puritatem baptismi tenderes eam summope conser
uantes ut cum de hac vita exibimus adeamus cum mundissimus
et mundi sine mora suscipiamur Doleamus ergo exules a patria
doleamus viuere in corporali materia hic dolor magis ex desi
derio quam vindicta sit con dicitur pena Pena est quedam dolentis
vindicta penitens in se quod dolet commisisse Qui dolet quod timet
immortali corpore desiderat quod amat plorans quod tardat Omnis pena
est de mala usu libertate Nullum autem peccatum est nisi voluntarium Ipsum
autem peccatum originis ob hoc fuit malum quia fuit in adam spon
taneum Illud. n. voluntas male usa libertatis punitur in
nobis non quia voluntarium sed quia spontaneum Nichil enim a nobis
quid quod commisissemus Nichil a nobis exigit nisi quod
fecissemus Delinquunt in filios opus patris voluntatis Deque
dyabolus filiorum sunt irrite Iste dolor sanctus non est ex conscientia pec
catrice sed ex operante caritate non premens malum sed augme
ntans bonum non ex impacientia sed ex desiderio In hoc desiderio suspen
sus erat Andreas in cruce positus ad omnes requirebat Quamdiu
comedes terre corpus meum volebat enim populus de cruce eum de
ponere Et ipse incepit deum rogare ne permittat descendere viuum
sed tempus est ut commendes terre corpus meum tam diu enim id
portaui Tam diu sicut commendatum vigilaui et laboraui quod velle
ab ipsa obediencia liberari et isto grauissimo indumento Recordor quan
tum in ponderando onerosum infonendo infirmum coherendo le
tum in domando superbum laboraui Scis domine quociens a puritate
contemplacionis tue retrahere contendebat quantum et quociens
a dulcissime quietis tue sompno me excitare contendebant
quantum et quociens dolorem ingerebat Cum igitur tamdiu pater
benignissime pugnanti restati et tua opera superaui et vici a te pio
et iusto remuneratore. posco ne ultra comedes sed depositum
redde Commenda alii qui illo ultra non impedias et resurreccionis
seruet et reddat ut et ipsum quoque sine multum laboris recapiat
Terra commenda me amplius vigilare non oporteat et libere ad te
fontem indeficientem gaudii tendere anxiantem non retrahat iam
nec impediat

De fructifera et infructifera penitencia

Sunt etiam et alia peccata que omnino excipiunt vitam nisi suscitat

pnia Non omnis enim qui dicit domine domine intrabit in regnum celorum
Cenore agenda est pnia ut deleantur crimina Sed quia omnis pnia
non est bona dicamus aliqua que separant veram a falsa sterilem

Iudicii

a fructifera Sunt enim quos peccasse penitet quia pena supplicia
displicet ut latroni pro culpa qui patitur pena desit vindicta re
uertitur ad crimina Ista est pnia non ex fide procedens nec caritate unde
vita sterilis manet et sine venia Hec non purgat conscientiam nec
lavat crimina in hac sit nulla spes venie nulla expectatio in
dulgentie Huic concordant qui confitentur iudicii non amore bo
ni sed ut fugiant dampnum et incommodum seculi Sunt enim mundo quia amat
querunt sua gratiam ad quam anhelant recipiunt mercedem quam expe
tant Si quibus tali pnia securus extiterit et ad vera de ista non
contenderit deceptus et miser peribit Utilis ergo erit penitens
spontanee dum querat que amisisse doleat ad illum anhelans

Dimidietas

sit que non est vita Sunt plures quos penitet peccasse sed non
omnino reservantes sibi quedam in quibus delectentur non attendi
tentes deum simul mutum et surdum a demonio liberasse per hoc
docens nos numquam nisi de omnibus sanari Si enim vellet pnia ex
parte reservari sicuti septem demonia potuit in expulsis ex
pulit aut septem ut omnia crimina simul eiacienda doceret
legione aut ab illo eiciens neminem reliquit de omnibus qui
liberationem possideret Unde si pnia sint mille oportet te de omnibus pe
nitere laudatus est enim dominus quia eiecto demonio locutus est mutus
Numquam aliquem sanavit quem omnino non liberavit Totum enim hominem
sanavit in sabbato quia corpus ab infirmitate et animam ab omni con
tagione indicans penitentem oportere sic dolere de omni crimine cor
de in anima et corpore Sed non deum inimicum omni criminoso quo enim
qui unum crimen reservat de aliis rapiet veniam sine amore dei
consequeretur indulgentiam sine quo nemo umquam recepit gratiam Que
dam enim impietas infidelitatis est ab illo qui iustus et iusticia
est dimidiam sperare veniam Iam enim foret sine pnia in venie gratiam
pnia non vera ad baptismi puritatem confitentem conatur ducere
Beate non penitens quicquid sordidum post purificationem contraxit
oportet ut abluat saltem lacrimis mentis Sed satis dictum est
tamquam mentis dolorem nequeunt declarare Sed sciat culpabiliter se
dictum qui deflet damna temporis vel mortem amici vel dolorem peccati
lacrimis non ostendit Non itaque est ut quis excuset se non habere
fontem lacrimarum qui enim lacrimis ostendit dolorem temporalium Quo

De peni. dis. I.

Quidem ergo penitet omnino aliquis debet confiteri de peccatis
penitentiat et dolorem lacrimis ostendat pronunciat inditium
dei professionem precepit enim deus mundatis ut oste
derent se sacerdotibus docens corporali peccata confitenda pnia non
per nuncium nec per scriptum manifestanda Dixit enim ore monstrate
et omnes non unus pro omnibus non alium statuat nuncium qui pro
vobis offerat munus a moyse statutum sed qui per vos peccastis

pro exubescatis. Erubescencia enim ista partem habet commissionis. Ex-
misericordia enim hoc posuit dominus ut nemo penitens in occulto in hoc
nisi quod ipsemet dicat sacerdoti et erubescencia vincat timore offensi sit
venia criminis fit enim veniale per confessionem quod criminale erat in opera-
cione. Et si non statim purgatur fit tamen veniale quod commiserat mortale
crimen. Multum enim satisfactionis obtulit qui erubescencie dominans nil e-
orum que commisit vicario dei denegavit. Deus enim qui misericors
et iustus est sicut conservat misericordiam in iusticia ita et iusticiam in miseri-
cordia. Opus enim est misericordie peccanti peccata dimittere sed oportet ut iuste
misereatur. Iuste oportet enim ut non solum quid sed in quo doleat co-
sideret si dignus est non dico iusticia sed misericordia. Iusticia enim sola
dampnat. Sed dignus est misericordia divina spirituali labore petit graciam.
Laborat enim mens paciendo erubescenciam. Et quoniam verecundia magna e-
st pena, qui erubescit pro Christo dignus fit misericordia. Unde patet quanto pluribus
confitebitur in spe venie turpitudinem criminis tanto facilius consequitur
graciam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt prodesse plus peni-
tentibus parcere quibus crimina remittit deus. Lazarum enim de monumento
mortuum iam suscitatum obtulit discipulis solvendum per hoc ostendens po-
testatem solvendi concessam sacerdotibus. Dixit enim quodcumque sol-
veritis super terram solutum erit et in celis. Velud est ego deus et omnes ordi-
nes celestis milicie et omnes sancti in mea gloria laudant vobis-
cum et confirmant quos ligatis et solvitis. Non dixit quos putatis
solvere et ligare sed in quos exercetis opus iusticie aut misericordie.
Alia autem opera vestra in peccatores non cognosco.
Quod qui confiteri volt peccatum ut inveniat
Q graciam querere debet sacerdotem scientem ligare et solvere. Ne-
cum negligens circa se extiterit negligatur ab illo qui eum misericorditer ad-
monet et ne ambo in foveam cadant quia stultus evitare noluit.
Tanta vis confessionis est ut si deest sacerdos confiteatur pro-
ximo. Sepe enim contingit quod penitens non potest verecundari coram
sacerdote quem desideranti nec locus nec tempus offert. Et si ille cui con-
fitebitur potestatem non habet, fit tamen dignus venie ex desiderio sacerdotis
qui et confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi
dum ibant ostendere ora sacerdotibus antequam ad eos pervenirent.
Unde patet deum ad cor respicere dum ex necessitate prohibetur ad sacerdotem
pervenire. Sepe quidem eos querunt et sani et leti dum querunt an-
tequam perveniunt moriuntur. Sed dei misericordia est magna qui et
iustis novit parcere sed non tam cito sicut solventur a sacerdote. Qui
igitur confitetur omnino sacerdoti meliori quam poterit confiteatur.
S Si peccatum occultum est sufficiat
referre in consciencia sacerdotis ut grata sit oblacio muneris. Tria
resuscitacionis filie principis pauca interfuerunt qui viderint.
Nondum erat sepulta, nondum extra portam civitatis delata, nondum
ex domo in noticiam vulgi portata. Intus resuscitavit quam intus
invenit, retentis solis Petro Johanne et Jacobo patre et matre puelle
in quibus in figura continentur sacerdotes ecclesie. Quos autem extra
invenit ad advertendum est quo suscitavit. Flebat autem turba pro

filium vidue flevit martha et maria supplicantis pedibus suo flebat
et turba que mariam erat secuta lacrimis marie admonita In
quo docemur publice peccantibus non privatum sed ecclesie remedium Sic ita
quod mortuus iacebat sic qui se mortuum ostendat publice mortem suam
publico publice statuit penitencie agendo ut turba ploret amissum et de
fleat que doleat mortuum istis lacrimis movebitur deus qui reddidit
mei remordeat filius Qui nimis perseveraverit et se mortuum prostituit penitencie
non declaravit tanto plus oportet addere ut lacrimas excitet non solum
marthe sed et marie Tantum se affligat tantum se dolere et mortem
sentire ostendat ut audientes et contemplantes plorando crescentem
veniam quoque fletu ecclesie impetret Cum multos offendit peccando
multos oportet placare satisfaciendo ut ecclesia prius offensa pro culpa
in confessione flectatur per magis orans pro ipso que defunctum plorabat
bat vir deus flectetur ad veniam qui prius adhibent ymaginem
Laboret itaque penitens in ecclesia
De peni di 6 Laborent itaque penitens in ecclesia
esse et ad ecclesie unitatem tendere Nisi enim unitas ecclesie
succurrat nisi quod deest peccatori sua opitulacione compleat de
manibus inimici non eripietur anima anima mortui Credendum
enim est et pietas fidei postulat credere quod omnes elemosine totius
ecclesie et orationes et opera iusticie et misericordie succurrat recognoscenti
mortem suam ad conversionem suam Ideo nemo digne penitere
potest quem non sustentat unitas ecclesie Ideoque non petat sacerdotes
per aliquam culpam ab unitate ecclesie divisos Iudas enim penituit
ad phariseos reliquit apostolos nichil invenit auxilii nisi
argentum desperacionis Dixerunt enim quid ad nos tu videris
si peccasti tibi sit non tibi succurrimus non peccata tua caritative suscipimus
non supportanda promittimus Et qualiter deponas onus doctrinis
Eunde ut nobis et vi te qui nec opera sequimur iusticie Si isset ad fratres
isset ad illos qui oraverant pro soceri petri febricitante qui chananeam
impiam misericordie et exaudiri contulerat interrogasset petrum
pro se effundentem lacrimas non fugisset mariam et martham
que vitam impetraverat lazaro non turbam plorantem que
unicum filium acquisierat vidue fuit adunitos et divisis
periit Sane caritatem omnis boni sensit operatricem qui dixit vinea
mea fuit pacifico meo qui habet populos non enim in ecclesia viri
populos se continentes cognoscat utpote qui pro omnium salute laboraverat
se absque auxilio ecclesie stare non posse Non enim prius
omne bonum sunt sive in celo sive in terra constitutum Hoc admittens
per excitatorem nisi ipse recipiet per se te meis precatu Quomodo
inquit digne poterit penitere quod deum poterit in venire
qui eius sanctissimam sponsam et meam filiam et sororem dubitat
offendere et eius auxilium omnino contempnere
Ex fide peniteat credat hanc esse medicinam
Et omnes sanctos sue penitencie patronos habeat Nunquam sufficiat semper
doleat se deobire an que peccavit exubescat dolorem

cum vita finiat. Nam si apostolus etiam peccata per baptismum dimisse
cottidie plorat nobis super fundamentum apostolorum positis. Quid
post plorare restat quam semper dolere in vita. Ubi enim dolor fi
nitur deficit et penitentia. Si autem penitentia finitur quid relinquitur de venia
tamdiu vel gaudeat vel speret de gratia quamdiu sustentatur a
penitentia. Dicit enim dominus: Vade et amplius noli peccare. Non dixit
ne pecces sed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo serua
bitur nisi dolor in penitentia continue custodiatur. Semper doleat et
de dolore gaudeat. De dolore penitentia si contigit semper doleat et non sit
satis quod doleat sed ex fide doleat non semper doluisse doleat.

Consideret qualitatem criminis in loco, // varietate
in tempore, in perseverantia, in ~~varie~~ persone et quali hoc fecerit // De peni dis. 1.
temptatione et ipsius vicii multiplici executione. Oportet enim pe
nitere fornicatorem secundum excellentiam sui status aut officii et secundum mo
dum meretricis et in modo sui operis et qualiter turpitudinem suam pe
git si in loco sacrato aut cui debebat excellentiam fidei ut sunt domini dominorum
et aliorum multorum. Si in tempore orationi constituto ut in festivitatibus sanctorum
et tempore ieiunii. Consideret quantum perseveraverit et defleat quod per
severanter peccavit et quanta victus fuit impugnatione. Sunt enim // quod non solum non
qui ~~non sunt~~ vincuntur sed ultro se peccato offerunt nec expectant tem
tationem sed preveniunt voluntatem et pertractat secum quam multipli // peccaverit
ci actione vicii delectabiliter peccavit. Omnis enim ista varietas est confi
tenda et deflenda ut cum cognoverit quod peccatum est cito inve
niat deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati inveniat
se cuius erat etatis cuius sapientie et ordinis statim omnes ~~non~~ aliquo non
peccantis inmoretur in istis singulis et sentiat modum criminis om
nem qualitatem vicii defleat virtute qua interim caruit. Do
lendum est enim et dolore purgandum non solum quia peccavit sed quia
virtute se privavit. Nam licet speret se consecuturum veniam
dolere tamen potest quia non pervenit ad virtutem. Consideret ad
anxietur et doleat quod modo effugiens desperatus pena miser inde
non expectat veniam gloriam. Cuius omne tempus quam brevissimum est
debuit detestasse ad consequendum premium. Defleat etiam quod in uno
offendens factus est omnium reus ~~cum omnibus~~ ingratus enim
extitit qui plenus virtutibus deum non omnino timuit. In hoc enim
quisque peccator fit culpabilior quo est deo acceptior. Ideo enim adam
plus peccavit quia omni bono habundavit. Item etiam offendens in uno
factus est omnium reus. Etenim omnis virtus patitur detrimentum ab uno
vicio. Nam si cadit in avaritiam largitatem destruit et etiam casti
tatem minorat. Amore enim pecunie vel violaret castitatem
vel saltim minus amaret. Et si non tantum quod deviat adhuc castitas inest
ut nolit eam perdere tamen saltim minori gaudio minori affectione
tueatur eam ubi videt perdisse dampna pecunie. Sic quoque et in aliis que
etiam si non expellantur tamen per receptionem unius vicii vel satis parum
minuuntur vel intentionem deteriorantur. Non omnibus tamen unius criminis
deflenda et de omnibus indulgentia petenda. Paradutem etiam oportet

⁊ in animo adulendo deflere animam proximi quam fornicator deo eripuit vel exceptam in malo confirmavit eciam exemplum extitit
mali in operacione sive criminis tamen magis profuisset si alius fuisset tam
commissionis / Gemat itaque aliorum vitam in sua corruptam vel corrup
tam conservatam ⁊ comodum proximi quod dedisset exemplo boni / dole
at de tristicia quam bonis peccando intulit ⁊ deletitia quam eis non
exhibuit Et non solum cogitet quid ⁊ qualiter fecit sed quoniam iniuste
deum in uno peccato offenderit Timeat illam veritatis sentenciam Non po
testis duobus dominis servire Timeat quod omnia bona que fecit dum
in uno peccato perseveravit ex totam maculacione mali perdidit ut qui
fuit dyabolo per omnem / deo quicquid obtulit amiserit Similiter parum
est credere ut recepta dei gracia que in eo destruit mala
pera eciam reviviscet bona ut cum destruxit quod suum non invenit
amat diligat bonum quod placuit instante placuerunt
In omnibus doleat aut solum de relinquat
a saltem que sine admixtione mali non sunt administrata ut
mercata ⁊ milicia ⁊ alia que utentibus sunt nociva
ut administraciones seculares potestatis nisi hiis ex obediencie licencia
ponat se omnino in potestate iudicis In iudicio sacerdotis nichil sibi
reservans sive ut omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda
vita anime quecumque faceret pro evitanda corporis morte et
hoc cum desiderio Eterna vitam compararit infinitam ut dein
cum gaudio enim debet facere immortalis futurus que faceret
pro differenda morte moriturus Semper deperiret deinde certus
de venia quam omnibus modis ⁊ sine tedio dubius rogaret
potestatem terrenam / Abstineat a multis licitis qui in libertate
arbitrii commisit illicita sic offerat deo mentem ⁊ contritionem De
inde et quod potest de possessione tue quod offert sequentibus offert Respexit
dominus ad abel ⁊ ad munera eius Sed prius dixit ad abel quam
ad munera eius Sumitur enim mentem quam cognovit humilem ⁊
puram commendavit eius largitatis munera Ad cayn vero non
respexit ut ad eius munera mentem eius quam viderat quam
non cognovit puram eius munera non respexit In iudicio
itaque cordis consideranda est elemosina tribuentis / sicut iam
consideranda quam fructuose qua sic affectione dat quod potest Vi
dua enim duobus que habuerat minutis larga plus omnibus
misit Cum igitur peccata sua redimere velit temporalia oblacione teneat
ut prius offerat mentem Caveat sibi ne verecundia ducta dividat
apud se confessionem ut diversa diversis sacerdotibus velit manifestare
Quedam enim uni celat que alii manifestanda revelat confirmat
quod est se laudare ⁊ ad ypocrisim tendere ⁊ sic veniam carere
quam pertensa putant in venire Caveat preterea quod religiosus relinquat
prima ut non prius ad domini corpus accedat quam confitetur bona
consciencia Sed in hac separacione remedium dei iudicium cogitet ubi
magis terribilis sentencia penitentes separabit in ignem / Gemat

no

Sed qua mente qua

q nodum audet sitire quem multum desiderat scilicet salutatem
ista sunt fructus digni penitentie etiam captiua elaqueantes et in liber
tatem suantes Cohibeat se a ludis et a spectaculis seculi qui per
fectam vult consequi graciam remissionis Nam dina si se cohibu
isset si intus suos remansisset ab extraneo raptore non fuisset corrupta
Tanto igitur magis se caueat et cohibeat se dampna que sepe velut vel
sed capta et corrupta Timeat iam corrupta docta experimento quod ignorauit
timeat ergo diligat quod intuetur non sequatur que anima dam
nat suus Hec non iudicat qui penitentie fructus non habentem a se non
elongat laudat eum et amat quos indigne sanctificare non
ignorat Cauerat fructus dignos et si non dignos penitentie sunt enim
fructus digni fructus adiutam qui non sufficiant penitentibus
prima non clamores expostulat ut sic placeat libera ut placa
to dolore gemitibus mortuus impetret vitam
Sentiat culpam suam esse nec velit se excusare
Sine augeat culpam ut adam cui non suffecit peccasse sed
ampliauit crimen culpando vxorem et culpando vxorem
culpam transferens in actorem Illud potius multorum inuenitur sed ne
sceleri ignorat Nam itaque peccantes dicam non aliud potui quia
me fecit statuit fieri qui fecit me deus pauperem Nec mirum si dedi
sim fornicacioni quia talis fuit necessitas et fragilitatis fragilitas enim non
voluntas cogit me committere criminalia errat qui sic fallitur Na
cum talis est ut possit quisque resistere malo cui se subiceat ex arbitrio
Sunt autem qui defendunt culpam suam in dei prudencia reputantes
dei ordinacioni et necessitati quod creatum est voluntati et arbitrii liber
tati Sciunt enim deus quid facturus esset qui peccat si non ordinauit
potius quia nullum delinquit ipsimet Amauit penam amatibus
culpam Ignis enim est operis iusticie non inane ut habeant vnde doleat
qui gaudere non amant non ordinauit peccare qui potius non
sunt creare sed premisit libertati quia peccator donauit necessitati Si
enim non posset peccare vnde deberet qui totus est iusticia cum coronare
rare Ideo non non sanctificauit animalia bruta quia nulla pos
sunt committere crimina Angeli quoque qui persisterent si liberi non
fuissent vnde coronarentur potuerunt enim peccare quorum si (?) electi
ciderunt licet non misericorditer cauta crearet iusticia tamen in iusticia
qui iustus est custodire oportuit Sed dicatis qui culpam suam non
sentit nichil bonum possimus habere nisi misericordie gracia nichil enim sine
ea possimus facere Si itaque meam confirmat ego qui ex me nichil pos
sum quomodo habeo culpam Si ego sine eo possem vitare crimen me
sentirem culpabilem Adhuc omnia quecumque voluit fecit in celo et in terra
Quid itaque culpe in me est si non vult me saluare Multum in qua
licet enim nichil consequi possis sine misericordia illa qua repleueris expel
lens potes tamen libere tenere graciam qua concedo potes si tibi placet et vitare
culpam Deus enim tibi semel incepit benefacere nisi quod omnino
remedium derelinquimus beneficium qui prius est misericordie cogit te ex
necessitate miseri misericordie neminem posse prius relinquere Non enim

relinquit nisi relinquentem Ideo culpa mea est quia fugimus
gratiam qua possemus hec peccata Hec invite recedit et numquam aliquem
spontanee deserit Sicut tamen semen non tondat Et omnia quecumque voluit
fecit Creavit enim quicquid voluit nec plus creavit quam voluit et
tamen in unoquoque bonum in malo malum Sed sic vult ut homo qui vult
peccare non velit ad bonum statuere Non enim licet que remuneraret
nec cum fulgore sue claritatis infunderet nec eo eidem statueret nec quod
ymaginem et similitudine sua imprimeret nec illius qui totus est iusticia
fuit sic aliquem firmare ut non posset peccare Si hic poneretur huma-
na libertate velit sed bono salvo utrumque et ut ipse remaneat deus ille
homo sit Cum formaret hominem sine libertate tota iniuria faceret
que deus Et auferret libertatem humana dignitas non remaneret
Voluit itaque non peccare hominem sed et humanam naturam non amittere Sic
itaque pius est qui veniam vult salutem et non est impotens quod hic vult sal-
vo utrumque iure iustus enim est et veritas autem cui oportet se presto esse gratia
quem numquam deserat nisi prius expulsa et continue interno quod fundus est
inspirat si sit qui capiat Et expulsa redit per penitentiam et ut non
pereat creatura quam pietate creavit liberam et libertate ditatam
in auxilium remedie gratie que se prebet omnem creaturam fecit ut
libere frueretur Ad hanc protegendam Ad hanc non expellendam addidit
angelos et omnes bonos spiritus addidit atque omnes creaturas vita collo-
catos addidit etiam in carne vivos et totam sanctam ecclesiam omnibus
in omni suo bono suffragantem Et quod maxime misit filium suum in auxi-
lium quam tanta pro nobis pati decrevit et intercessorem constituit coti-
die quem dilexit ut inspirationis sue pietatis pro qua numquam tamen
non expellamus non fugiamus non fastidiamus sed omnibus adminiculantibus
fruamur et cum gratiam accipimus teneamus Sic culpa mea est non creaturarum
in auxilium nobis tributarum non auctoris nec omnipotentis Qui itaque
in confessione ita accedit ut saltem cum ista culpam suam non defendat
per penitentiam consequitur veniam Hec est vera penitencia que sic est fructi-
fera quam nobis concedit qui totus est misericordia vera

De peni. di. A

Nullus itaque expectet quando iam non possit peccare
arbitrii enim querat libertatem ut dolere possit amissa non
necessitatem Cum itaque prius a peccatis relinquitur quam ipse relinquat
ea non libere sed necessitate condempnat Licet enim latro veniam meruisset
in fine de omni crimine non tamen dedit baptisatis peccandi et perseverandi
in auctoritate Cum enim baptisatus est qui tunc positus in cruce
xpm confessus est Penitentia enim si in extremo hiatu vite advenerit
sanat et liberat in ablucione baptismi quam nec purgatorium senciunt
qui in fine baptisantur Sed qui ditati bonis sancte matris ecclesie ex-
ceptivi sunt multiplicat bonum in vera beatitudine Illi autem
qui cum potuerunt numquam converti voluerunt confitentes cum iam
peccare nequeunt non sic facile acquirunt quod volunt Oportet
potorem ut in penitentia fructificet ut mortuus vitam impetret Scrip-
tum est Sine caritate neminem esse salvandum Non itaque in solo timo-
re vivat homo quem pro scelere penitet non solum timeat deum iudi-
cem sed iustum diligat non timeatur pro pena sed ametur pro gloria

dz enim dolē de crimē & de oī eius pctā valet Cum enim vix liceat
de eius salute aliquis potuit dubitare credo q ille qui dixit Quacumque
hora pctor ingemuerit & conuersus fuerit vita viuet dixit conuersum
nō tn̄ ꝯfessum viuere/ verissime quidē de pctō qui dolet de crimine Conuerso
qui dolet de oīa qua ex pōmis paretate vertatur a pctō qui iam
volt obmittere potius Conuertatur vere totus & in oīm vertatur qui nō iā
penas timet Sz ad bonum deum festinat tendere Sine confessione si ro
tingerit aliquē etiā in fine desperandū nō est de eius remissione
Sed cum vix vel raro ē tam iusta conuersio timendum ē de penitēte
sero Cum enim morbus vrget pena terret ad veniam vix veniat satisfac
tione maxime cum filij quos illicite dilexit sunt presentes vxor & mundus
ad se vocet multos solet serotina pnīa decipere Sed cum deus sic potens
ē sp̄ pt & in morte iuuare quos placet Cum itaqz opus sit nō homīs
sed dei fructifera pnīa inspirare eā pt quocūqz sua mīa & remunerare
ex mīa quos dampnare pt ex iusticia Sz cum multa sunt que impedi
ut languentem retrahunt Periculosissimum & interitui vicinum ad mortem pro
trahere pnīe remediū Sz magnum est cui deus tunc inspirat si quis
ē veniam pniam qui expectat dei mīaz maiore sentiet bonitate dei
sua nequicia

Ed si etiā conuersus vita vita viuat & nō mouatur nō tamē
promittimus q euadat omēz penā Nā prius purgandus ē igne pur
gatorio q fructum digne confessionis sic distulit/ hic aut ignis & si e
ternus nō sit miro tn̄ modo grauis Excellit enim omēz penā quā vn
quam aliquis in hac vita passus est Nunquam in carne tanta inuenta ē pena
q passus est quis inhac vita Nunquam in carne tanta inuenta ē pena
licet mire passi sunt tormenta et multi nequiter & iniqui quanta sepe sus
tinuerunt supplicia Studeat ergo quisqz sic pctā corrigere ut post mortē
nō oporteat penā pati Tollerare Quedam enim pctā sunt que sunt
mortalia & in pnīa sunt venialia nō statim sanata Sepe enim q
dā moretur eger nisi mediaretur/ nec statim sanatur Languet vir
tutibus qui erat moriturus Cum aut inpenitentes moriuntur omnino
moriuntur & eternaliter cruciantur Cum .n. inpenitentes sunt si sic viuet
sic periret et dei est misericordis q operatur sine pctanti Obliuisci etiā
sine fine tenaciter Anima ultore puniatur qui plenius iniquitate
sic sine caritate torquetur sine fine Anima illa mala deuitat
pnīa que dolorem sic expetit & penam

Vtimne enim dolendum est de pctō quod delectat ipsa
dictionis virtus Penitē est penā tenere ut sic peniteat
inse vlciscendo quod commisit peccando Pnīa .n. ipsē dicitur
lectio que punit & vindicat q quisqz commisit Ille penam
tenet qui sic vindicat q commisisse dolet Pnīa itaqz ē vin
dicta penitentis quod doluit commisisse Supradictis itaqz modis re//
quirat indulgentiam q dolet de culpa nō erubescat confiteri pctā
patri Si enim sacerdos pctm̄ nō licet erubescere possit qui pctā
sua ei manifestaret

Acerdos itaqz cui oīs confitetur pctor cauēat q statuitur oīs
langwor in ipso illorum sit iudicandus que in alio iudicare
ē promptus/ iudicans aliud qui ē iudicandus condempnat
seipsum/ cognoscat igitur se ut purget alios quos videt sibi

de pen di f a



de pen di f b

offere se Caueat ut a se piciat quicq in alys dampnosu rephendit
Jo. 8. Aduluit qui sn pcto e prim in illa lapide mittat Ideo em libe
rauit peccatrice qz no erat qui iuste piceret lapide Nemo lapi
daret qui se lapidandu cognosceret Nullus em erat sine pcto In
quo intelligit omes crime fuisse reos Na venialia se remittebat
p cerimonias Sed q pcto in eis erat potius criminale erat Detteri
ores itaqz in hoc sacerdotes sut se prius no edificates illis q dim
obseruabant insidys In hoc itaqz potissim e crimen sacerdotu et
ultra modum detestabile qui no prius se iudicant et alios obligat
Debent em in se sentire crimen quod in alys timuerint et
detestabile senserint Illi quidem a deo erant ceca q simulam
sapiam sperabant capere suis insidys Quod illis patuit quod tunc
quisqz incurrit videlz sacerdos q in hoc peior iudeis illis existit
Caueat spualis iudex ut sicut no commisit crimen nequitie ita
no careat munere scie Oportz ut sciat cognoscere quid debeat
iudicare Iudiciaria n ptas hoc postulat ut qd debeat iudicari discernat
Diligens n inquisitor subtilis investigator sapienter et qsi astute interro
get a peccatore q forsitan ignorat vel verecundia velit occultare Cognito
itaqz crime varietates eius no dubitet investigare et locu et tps et
cetera que sup dixim in exponenda eor qualitate Quibus cognitis assit
beniuolus paratus secu erigere et secu portare ostendat dulcedinem in affec
tion pietatem in altero crime discretionem in varietate Adiuuet confitente
orando elemosinas faciendo et cetera bona p eo agendo Semp n iuuet li
niendo consulendo spem pmittendo et cu opus fuerit eciam increpando
doceat loquendo instruat operando fiat particeps laboris qui particeps vult
fieri gaudij Doceat perseuerantia Caueat ne corruat ne iuste pdat
ptatem iudiciaria Licz n pnia possit ei acquirere gram no tn mox
restituit ei ptatem sine licz em petrus post baptismu restitutus
fuit et sepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitas ptas no e nccie
ut omnibus concedat quasi ex auctoritate Inveniuntur auctoritas que con
cedat et quasi imperat Inveniuntur alia que ime concedit sed ne
cit que scripture no repugnat sed concordant Si tpus et locus
pnie et modus pacem adhibeat Cum em tot sint qui labuntur
ut pristina dignitate ex auctoritate defendant et qsi ansam peccandi
sibi faciat resecanda est spes ista Si no locus e ubi ista euacinat
ibi restitui pnt qui peccant Ita pontifex misericors atqz districtus no cogit
sacerdotes suos se abicere n mox restituere nisi tn fiat a romano pon
tifice Ex sup dictis pz q pnia omnibus utilis est n spem aufe
rens n temeritate concordes si vere et digne suscepta pmittit
no solum indulgentia si cetera pnia hec scissima ti studiosa ve
ritatis et certitudinis amatrix de vera pnia varm a falsa sepe
antes qua nobis debes expimento cognoscere et usqz ad fine dul
cedinem sentire illuminator et sui luminis prerogativa contulit dig
nitatis et ipse stabilitatis in odorem suauitatis Amen

Explicit liber bti Augustini
de vera et falsa penitentia

Liber de vilitate humane conditionis Innocentii pape tertii

Domino patri karissimo P. dei gratia portuensi episcopo. Lotharius indignus dyaconus
gratiam in presenti et gloriam in futuro. Modicum otii quod inter multas angusti-
as nuper captavi non ex toto in otio consumpsi
sed ad deprimendum superbiam que caput est omnium vitiorum vilitatem humane
conditionis utcumque descripsi. Titulum autem presentis opusculi vestro nomini
dedicavi rogans et postulans ut si quid in eo vestra discretio dignum
invenerit divine gratie totum ascribatur. Sed et si paternitas vestra suggesserit di-
gnitatem humane nature Christo favente describam quatinus ita per hoc humilietur elatus
ut per illud humilis exaltetur. De miseria hominis. capitulum primum

Quare de vulva egressus sum matris ut viderem laborem et do-
lorem et consumerentur in confusione dies mei. Si de se talia locutus est
ille quem deus sanctificavit in utero qualia loquar ego de me quem mater mea genuit
in peccatis. Heu me dixerim mater mea quid me genuisti filium amari-
tudinis et doloris. Quare non in vulva mortuus sum vel egressus ex utero non
statim perii. Cur exceptus genibus lactatus uberibus natus in combustionem
et cibum ignis. Utinam in utero fuissem ut fuisset mihi mater mea se-
pulcrum et vulva eius conceptus eternus fuisse cum qui non essem de utero trans-
latus in tumulum. Quis dabit oculis meis fontem lacrimarum ut fleam misera-
bilem humane conditionis ingressum culpabilem humane conversationis progressum
dampnabilem humane dissolutionis egressum. Considerandum igitur cum lacrimis
de quo factus sit homo quid faciat homo quid facturus sit homo. Sane formatus de terra
conceptus in culpa natus ad penam. Agit prava que non licent vana que non
expediunt fiet cibus ignis esca vermis massa putredinis. Exponam
et explicem plenius. Formatus est homo de pulvere de luto de cinere quodque
vilius est de spurcissimo spermate conceptus in pruritu carnis in fervore li-
bidinis in fetore luxurie quodque deterius est in labe peccati. Natus ad laborem
timorem dolorem quodque miserius est ad mortem. Agit prava quibus offendit deum
offendit proximum polluit conscientiam. Agit vana quibus negligit seria
negligit utilia negligit necessaria. Fiet cibus ignis qui semper ardet et urit
inextinguibilis esca vermis qui semper rodit et comedit immortalis massa
putredinis que fetet et sordet horribilis. De vilitate materie. capitulum secundum

Formavit igitur dominus hominem de limo terre quod ceteris indignius est elementis
planetas et stellas fecit ex igne flatus et ventos ex aere
pisces et volucres fecit ex aqua homines et iumenta fecit de terra. Con-
siderans igitur aquatica se vilem invenit. Considerans aerea se viliorem inve-
nit. Considerans ignea se vilissimum invenit et reputabit nec valebit
se parificare celestibus nec audebit se preferre terrenis quia parem se iu-
mentis invenit similem recognoscet. Unus est enim interitus hominis et iumentorum
et equa utriusque conditio et nihil habet homo iumento amplius. De terra orta sunt et in
terram pariter revertentur. Verba sunt ista non cuiuslibet hominis sed sapientissimi Salomonis.
Quid est homo nisi lutum et cinis. Hinc enim homo dicit ad deum memento queso quod sicut

lutum fecisti me et in pulverem reduces me. Hinc est quod deus dicit ad hominem: Cinis es
et in cinerem reverteris. Comparatus sum luto et assimilatus sum favillis et cineri.
Lutum efficitur ex aqua et terra, utroque manente; cinis autem fit
ex igne et ligno, utroque deficiente. Expressum misterium sed alias exprimendum.
Cur igitur lutum superbis? de quo pulvis extolleris? unde cinis gloriaris?

Illud forsitan videbis quod Adam ipse fuit (Ca. iij de vicio conceptionis)
de limo terre formatus, tu autem ex humano semine procreatus. Ille quidem fuit formatus
de terra sed virgine, tu vero procreatus de immundo semine. Quis enim potest facere mundum
de immundo conceptum semine? Et quis est homo ut immaculatus sit et iustus appareat
natus de muliere? David: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea.
Non in una tantum iniquitate, non in uno tantum delicto, sed in multis iniquitatibus
et in multis delictis. In delictis et iniquitatibus propriis, in delictis et iniquitatibus
alienis. Est enim duplex conceptio: una seminum, altera naturarum. Prima
fit in commissis, secunda in contractis. Parentes enim committunt in prima, proles contrahit in secunda.
Quis enim nesciat coniugalem concubitum nunquam committi sine pruritu
carnis, sine fervore libidinis, sine fetore luxurie? Unde semina concepta
fedantur, maculantur et viciantur, ex quibus anima tandem infusa contrahit
labem peccati, maculam culpe, sordem iniquitatis. Sicut ex vase corrupto
liquor infusus corrumpitur et pollutum contingens ex ipso contactu polluitur.
Habet enim anima tres naturales potentias sive tres naturales vires: rationabilem
ut discernat inter bonum et malum, concupiscibilem ut appetat bonum,
irascibilem ut respuat malum. Iste tres vires tribus oppositis viciis
corrumpuntur originaliter: vis rationalis per ignoranciam ut non discernat inter
bonum et malum, vis irascibilis per iracundiam ut respuat bonum, vis
concupiscibilis per concupiscenciam ut appetat malum. Prima gignit delictum,
ultima parit peccatum, media delictum generat et peccatum. Est enim delictum
non facere faciendum, peccatum agere non agendum. Hec tamen vicia contrahuntur ex carne
corrupta per tres carnales illecebras. In carnali quippe coniunctione ratio
sopitur, intuitus ut ignorancia seriatur; libidinis urtica pruritus ut
iracundia propagetur; voluptas saciatur affectus ut concupiscencia conbatur.
Hic est tyrannus carnis, lex membrorum, fomes peccati, languor nature,
pabulum mortis, sine quo nemo nascitur, nemo moritur; qui si quando
transit reatu, semper tamen remanet actu. Si enim dixerimus quia peccatum non habemus,
nosipsos seducimus et veritas in nobis non est. O gravis necessitas et infelix
condicio. Antequam peccemus peccato constringimur, et antequam delinquamus delicto
tenemur. Per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit et per peccatum in
omnes homines mors pertransiit. Ezechiel: Annon comederunt patres
uvam acerbam et dentes filiorum obstupescunt? (Ca. iiij qualiter cibo
infans nutriatur in utero matris sue)

Sed attende quo cibo in utero
conceptus nutriatur. Profecto sanguine menstruo qui cessat ex
femina post conceptum ut ex eo conceptus nutriatur in femina. Qui fertur
esse tam detestabilis et immundus ut ex eius contactu segetes non germinent,
arescant arbusta, moriantur herbe, perdant arbores fructus; si canes

qui comeduntur in rabie efferantur. Concepti eius seminis vitium contrahunt ita ut
leprosi et elefantici ex hac corruptione nascantur. Unde secundum legem mosaycam
mulier que menstrua patitur reputatur immunda et si quis ad menstruatam ac-
cedet iubetur interfici, et propter menstruorum immundiciam precipit ut si mulier
masculum pariet XL, si vero feminam LXXX diebus a templi cessaret
ingressu.

Cap. v de imbecillitate infantis

Quare ergo data est misero lux et vita hiis qui sunt in amaritudine anime.
Felices illi qui moriuntur antequam oriuntur, prius mortem sencientes
quam vitam sencientes. Quidam enim tam deformes et prodigiosi nascuntur ut non
homines sed abhominaciones pocius videantur, quibus forte melius fuisset pro-
visum si nunquam prodissent in visum, quia ut monstra monstrantur et ostenduntur ostentui.
Plerique non diminuti membris et sensibus corrupti nascuntur, amicorum tristicia,
parentum infamia, propinquorum verecundia. Et quid hoc particulariter dixerim de
quibusdam cum generaliter omnes sine sciencia sine verbo sine virtute nascamur.
Flebiles debiles imbecilles parum a brutis distantes, ymo minus
in multis habentes. Nam illa statim ut orta sunt gradiuntur. Nos autem non solum erecti
pedibus non incedimus verum eciam curvati manibus non reptamus.

Cap. vi de dolore partus et eiulatu eius qui nascitur

Omnes nascimur eiulantes ut nostre miseriam exprimamus. Masculus enim
recenter natus dicit A, femina dicit E. Vel A quotquot nascuntur ab Eva.
Quid est Eva nisi heu a, utrumque dolentis est interiectio doloris exprimens
magnitudinem. Hinc enim ante peccatum virago, post peccatum Eva meruit
appellari ex quo cum Domino audivit: In dolore paries. Non est dolor
sicut parturientis. Unde Rachel pre nimio dolore partus interiit et nomen filii sui
moriens vocavit Benoni, id est filius doloris. Uxor Finees subitis do-
loribus irruentibus peperit simul et periit et in ipso mortis articulo vocavit
filium suum Ichabod. Mulier ut naufragus cum parit habet tristiciam, cum
vero peperit masculum iam non meminit pressure propter gaudium quia homo
natus est in mundum. Concipit ergo cum immundicia et fetore, parit cum tristicia
et dolore, nutrit cum angustia et labore, custodit cum instancia et
timore.

Cap. vii de nuditate infantis

Nudus egreditur et nudus regreditur, pauper accedit et pauper recedit.
Nudus inquit egressus sum de utero matris mee et nudus revertar
illuc. Apostolus: Nichil inquit intulimus in hunc mundum, haut dubium quia nec
auferre quid possumus. Si quis autem indutus egreditur attendat quid proferat:
immundum dictu, turpius auditu, turpissimum visu, fedam pelli-
culam sanguine conviolatam. Hec est illa maceria de qua legitur Thamar in par-
tu: Quare propter te divisa est maceria. Ob hanc causam vocavit nomen eius Phares.

Capitulum viii. Quem fructum homo producit

Vilis humane condicionis indignitas, indigna vilitas humane condicionis.
Herbas et arbores investiga, ille de se producunt flores, frondes
et fructus, et tu de te lendes, pediculos et lumbricos; ille de se fundunt oleum

vinum et balsamum et tu de te sputum urinam et stercus. Ille de se spirant
suavitatis odorem et tu de te reddis abhominacionem fetoris. Qualis arbor
talis est fructus. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Quid est enim homo secundum
formam nisi quedam arbor eversa cuius radices sunt crines, truncus est
caput cum collo, stipes est pectus cum alvo, rami sunt ulne cum tibiis,
frondes sunt digiti cum articulis. Hoc est folium quod a vento rapitur et
stipula que a sole desiccatur. *Capitulum ix de senio hominis*

In primordio condicionis humane nongentis annis homines et amplius
vixisse leguntur, sed paulatim vita hominis declinante dixit Dominus
ad Noe: Non permanebit spiritus meus in homine in eternum quia caro est, erunt
que dies illius centum xx annorum. Quod intelligi potest tam de termino vite quam de
spacio penitendi. Ex tunc enim novissime leguntur homines vixisse plus.
Sed cum magis et magis vita recedit humana, dicitur per prophetam: Dies an-
norum nostrorum in ipsis lxx anni. Si autem in potentatibus lxxx anni,
plurimum eorum labor et dolor. Nunc autem paucitas dierum meorum finietur
brevi. Dies mei transierunt quia a texente tela succiditur. Homo natus de
muliere b. v. t. r. m. miseriis q. q. f. e. c. Pauci nunc ad xl, paucissimi
ad lx annos perveniunt. Si quis autem ad senectutem processerit, statim cor
eius affligitur et caput concutitur, languet spiritus et fetet anhelitus, facies
rugatur et statura curvatur, caligant oculi, vacillant articuli, nares ef-
fluunt, crines defluunt, tremit tactus et deperit actus, dentes pu-
trescunt et aures surdescunt. Senex facile provocatur et difficile
revocatur, cito credit et tarde recedit, tenax et cupidus, tristis et
querulus, velox ad loquendum, tardus ad audiendum, laudat antiquos
et spernit modernos, vituperat presens et commendat preteritum, suspirat et
anxiatur, torpet et infirmatur. Audi poetam: Multa senem circumveniunt
incommoda. Porro nec senes contra iuvenes glorientur nec insolescant
iuvenes contra senes, quia quod sumus iste fuit, erimus quandoque quod hic est.

Avis nascitur ad volandum et homo nascitur ad *Capitulum x de labore hominum*
laborem. Cuncti dies eius laboribus et erumpnis pleni sunt, et nec
nocte requiescit mens eius. Et hoc nonne vanitas? Non est quicquam sine labore
sub sole, non est sine defectu sub luna, non est sine vanitate sub tempore.
Tempus enim est mora motus rerum mutabilium. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes,
et omnia vanitas. O quam varia sunt hominum studia, quam diversa sunt exercicia,
unus tamen est omnium finis et idem effectus, labor et afflictio spiritus. Occupacio
magna creata est omnibus hominibus et iugum grave super filios Adam a die exitus
de ventre matris eorum usque in diem sepulture in matrem omnium.

Perscrutentur sapientes *Capitulum xi de studio sapientum*
et investigent alta celi et lata et profunda terre, de singulis disputent,
de cunctis pertractent, discant semper et doceant. Et quid exinde occupa-
tionis? laborem et dolorem et afflictionem spiritus inveniet. Noverat hoc
experimento qui dixerat: Dedi cor meum ut scirem prudentiam et doctrinam errores

stulticiam et agnovi quod esset labor et afflictio spiritus eo quod in multa sapientia
multa sit indignatio et qui addit scientiam addit et laborem. Licet enim oporteat
indagantem multum insudare vigiliis et vigilando sudoribus comprehendat ad
quid vix forsan est scire perfecte quod nil scitur perfecte, quamquam ex hoc indissolubiliter re
quirendo consequatur. Ecclesiastes vi. Certe res. Corpus quod corrumpitur aggravat animam et
deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Audi quid super hoc sentiat
Salomon. Cunctas res difficiles non potest homo explicare sermone. Est homo
qui diebus et noctibus non capit somnum oculis et nulla operum dei potest
invenire racionem et quanto plus laboraverit ad requirendum tanto minus inveniet.
Deficiunt ergo scrutatores scrutinium. Cum accedet homo ad cor altum et
exaltabitur deus. Perscrutator enim maiestatis opprimetur a gloria. Qui magis
scit magis dubitat et ei videtur plus sapere qui plus desipit. Pars ergo scientie
est scire quod nescias. Unde Salomon fecit deus hominem rectum et ipse se infinitis se
miscuit questionibus.

C. xii de vanis studiis hominum

Currunt et discurrunt mortales per sepes et semitas, ascendunt montes,
transcendunt colles, transvolant rupes vel colles, pervolant alpes,
transgrediuntur foveas, ingrediuntur cavernas, viscera terre, profunda
maris, incerta fluminum, opaca nemorum, invia solitudinis, exponunt se
ventis et ymbribus, tonitruis et fulminibus, fluctibus et procellis, ruinis
et precipiciis. Metalla cudunt et conflant, lapides sculpunt et poliunt,
ligna succidunt et dolant, telas ordiuntur et texunt, vestes incidunt et consuunt,
edificant domos, plantant ortos, excolunt agros, pastinant vineas,
succendunt clibanos, extruunt molendina, piscantur, venantur,
aucupantur. Meditantur et cogitant, consiliantur et ordinant, querulantur
et litigant, diripiunt et furantur, decipiunt et mercantur, contendunt et preliantur
et innumera talia operantur ut opes congregent, ut questus multiplicent, ut lucra
sectentur, ut honores acquirant, ut dignitates extollant, ut potestates
extendant. Et hoc quoque labor et afflictio. Si michi non creditur Salo
moni credatur. Magnificavi, inquit, opera mea, edificavi michi domos,
plantavi vineas, feci ortos et pomeria et consevi ea cuncti generis
arboribus, extruxi michi piscinas aquarum ut irrigarem lignorum
silvam germinancium, possedi servos et ancillas multamque familiam
habui, armenta quoque et magnos ovium greges ultra omnes qui ante me
fuerunt in Jerusalem. Coacervavi michi argentum et aurum et substancias regum et provin
ciarum. Feci michi cantores et cantatrices et delicias filiorum hominum, sci
phos et urceolos in ministerio ad vina fundenda. Unde supergressus sum
opibus omnes qui ante me fuerunt in Jerusalem. Cumque me convertissem ad universa
que fecerant manus mee et ad labores quibus frustra sudaveram, vidi
in omnibus vanitatem et afflictionem animi et nichil permanere sub sole.

C. xiii de diversis anxietatibus hominum

O quanta mortales angit anxietas,
affligit cura, sollicitudo molestat, metus exterret, tremor
concutit, horror abducit, dolor affligit, contribulat tristicia, contristat
turbacio. Pauper et dives, servus et dominus, coniugatus et continens, denique
boni et mali omnes mundanis cruciatibus affliguntur et mundanis afflic

cruciari. Propterea credo integro. Si impius fuero ve michi et si
iustus non levabo caput saturatus afflictione et miseria. C. xiiii
Pauperes enim premuntur inedia. De miseria pauperis et divitis
Cruciantur erumpna fame siti nuditate vilescunt et tabescunt
spernuntur et confunduntur. O miserabilis condicio mendicantis. Et si petit pu
dore confunditur, si non petit egestate consumitur, sed ut mendicet neccessitate
compellitur. Deum causatur iniquum quia non recte dividat, proximum criminatur mal
ignum quia non plene subveniat. Indignatur murmurat imprecatur. Adverte su
per hoc sententiam Salomonis Melius est mori quam indigere. Etiam proximo
suo odiosus erit. Omnes dies pauperis mali. Fratres pauperis
oderunt eum insuper et amici procul recesserunt ab eo. Cum fueris
felix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris.
Pro pudor secundum fortunam existimatur pauper cum potius secundum pauperem
sit existimanda fortuna. Tam bonus reputatur ut dives tam ma
lus ut pauper cum potius tam dives sit reputandus ut bonus et tam
pauper ut malus. Dives autem superfluitate resolvitur et iactancia ef
frenatur. Currit ad libitum et corruit in illicitum, et fiunt instrumenta
penarum que fuerant oblectamenta culparum. Labor in acquirendo, timor in
possidendo, dolor in amittendo mentem eius semper fatigat sollicitat et
affligit. Ubi enim thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Sed de hiis plenius in sequentibus
agemus. Capitulum xv de afflictione servorum.
Servus minis terretur angariis fatigatur plagis affligitur opibus
spoliatur. Quia si non habet habere compellitur et si habet cogitur non habere. Cul
pa domini sui pena, culpa sui domini preda. Quidquid delirant reges plectuntur
achivi. Venacio leonis onager in heremo. Sic pascua divitum
pauperes. O extrema condicio servitutis. Natura liberos genuit, sed fortuna
servos constituit. Servus cogitur pati et nemo sinitur compati, dolere
compellitur et nemo condolere permittitur. Sic ipse non suus est ut nec
sit suus. O miseri qui tante servitutis miseriam aliena vivunt. Quod dubium
si crudelis est odium illum vere propter nequiciam subditorum. Si mitis est
contingit illum contempni propter insolenciam subditorum. Severum ergo metus
affligit, mansuetum utilitas parvipendit. Nam crudelitas odium
parit, familiaritas enim contemptum. Cura fatigat et sollicitudo domestica mo
lestat. Ore enim semper est paratum ubique munitum ut possit malignancium
insidias precavere, oppugnancium iniurias propulsare, hostes conte
rere, cives tueri. Nam sufficit diei malicia sua, sed dies diei laborem
eructuat et nox nocti sollicitudinem indicat. Dies ergo labore
si ducuntur et noctes expediuntur insompnes. C. xvi de miseria con
tinencium et coniugatorum
Si potest ignis non urere potest
stato non concupiscere et quantumcumque pugnetur iniquum tamen ex toto
thebuseus iste potest expelli. Nam expellas furca tamen usque recurret.

Non omnes inquit capiunt istud verbum sed qui potest capere capiat. Unde et quod deus
precepit de certis pontificalibus indumentis vestiri ut moyses et aaron
filios eius vestiret, de solis femoralibus non precipitur sed ait ut ipsi femoralibus
tegerentur cum ingrederentur thabernaculum testimonii. Sed apostolus inquit Nolite
fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis oracioni, melius
est enim nubere quam uri, pugnat ergo contra continenciam angelus sathane qui
carnalis stimulat et quandoque colaphizat, ignemque subiectionis flatu succendit
et manum apponit facultatem tribuit et oportunitatem ingerit, pugnat et species
que subito visa facile concupiscitur. Unde cum david deambularet post
meridiem in solario domus regie videns ex adverso bersabee se lavantem
erat autem mulier pulchra valde misit et tulit eam et dormivit cum ea, porro
qui cum uxore est sollicitus est que sunt mundi et divisus est, distrahitur
enim per multas angustias et in varias sollicitudines dissecatur ut filiis et
uxori famulis et ancillis necessaria subministret, tribulacionem tamen carnis
huiusmodi habebunt. Contendit preciosum habere ornatum et variam supellectilem ut
plerumque sit sepe cultus uxoris quam mariti, alioquin per dies et noctes
suspirat plangit garrit et murmurat. Salomon. Tria sunt que expellunt
hominem a domo fumus stillicidium et mala uxor. Illa enim
cum ornatior procedit in publicum hec ab omnibus honoratur. Ego misera
in conventu feminarum despicior sola a cunctis contempnor sola vult
diligi sola laudari alterius amorem sui asserit odium alterius honorem sui
dedecus suspicatur. Amandum est omne quod diligit, odiendum est omne quod spernit
vincere vult sed vinci non valet, famulari non patitur sed dominari molitur
cuncta vult posse nonnulla nosse. Si pulchra fuerit facile adamatur
si feda facile concupiscit. Sed difficile custoditur quod a multis diligitur
et molestum est possidere quod nemo dignatur habere. Alius forma alius ingenio
alius facetiis alius liberalitate sollicitat et ex aliqua parte capitur quod
undique lacessitur. Equus et asinus bos et canis vestes et lecti prius
probantur et postea comparantur, sponsa vero vix tandem ostenditur ne prius displiceat
quam ducatur. Qualiscumque casus obvenerit necesse est habenda si feda
si fetida si egra si fatua si superba si iracunda si quibuslibet viciosa
propter solam fornicacionem potest uxor a viro dimitti sed non dimittens
aliam potest ducere nec dimissa potest alii licite copulari. Apostolus Nam
quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicacionem et aliam duxerit
mechatur. Item apostolus quod si uxor a viro discesserit manere debet innupta
vel viro suo reconciliari. Similiter et vir si discesserit ab uxore. Salomon
Grave est nimis pondus coniugii. Nam stultus et impius est qui tenet
adulteram. Et patronus est turpitudinis qui celat crimen uxoris.
Si eam dimittit adulteram absque sui culpa punitur quia invitus co-
gitur continere, propter quod et discipuli dixerunt Si ita est causa hominis cum uxore non expedit

nube eius pinguem potuit equanimiter sustinere, vitalis sola suspicio zeli spiritu vehementer affligit. Nam et scriptum est: Erunt duo in carne una, et tamen viri duos in carne una non patitur.

Capitulum xvii de miseria bonorum et malorum

Non est gaudere impiis dicit Dominus, propter quod peccat homo. Propheter torquetur, vermis enim conscientie nunquam moritur et ignis vicii nunquam extinguetur. Vidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metunt eos perisse Deo flante et spiritu ire eius esse consumptos. Superbia inflat, invidia rodit, avaricia stimulat, ira succendit, angit gula, luxuria dissolvit, mendacium ligat, homicidium maculat. Sic et cetera viciorum portenta ut que sunt homini oblectamenta peccati dona sunt instrumenta puniendi. Invidus alterius marcescit rebus opimis. Sed invidia Siculi non invenere tyranni maius tormentum. Vicium corporis penam apostolo testante qui ait: Evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in inmundiciam ut contumeliis afficiant corpora sua. Et sicut non probaverunt Deum habere in noticia sua, tradidit illos Deus in reprobum sensum ut faciant ea que non conveniunt. Sed et qui pie volunt vivere persecutionem patiuntur. Sancti namque ludibria et verbera sunt experti insuper et vincula et carceres; lapidati sunt, secti sunt, temptati sunt, in occisione gladii mortui sunt; circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes in montibus et in speluncis et in cavernis terre; periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ex falsis fratribus. In labore et erumpna, in vigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate, in angustiis multis. Iustus enim abneget semetipsum, crucifigens membra sua cum viciis et concupiscentiis ut sibi mundus crucifixus sit et ipse mundo. Non habet hic manentem civitatem sed futuram inquirit; sustinet seculum tanquam exilium, clausus in corpore velut in carcere. Incola inquit David ego sum in terra et peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte michi ut refrigerer priusquam abeam et amplius non ero. Heu me quia incolatus meus prolongatus est; habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Quis infirmatur et ego non infirmor, quis scandalizatur et ego non uror. Nam proximorum peccata fixoria sunt iustorum; hoc est irriguum quod Caleph addidit filie dedit in dotem.

Capitulum xviii de hostibus hominis

Job vii

Militia est vita hominis super terram. Numquid non vere militia, cum multiplices hostes undique insidientur ut capiant, persequantur ut perimant? Demon et homo, mundus et caro: demon cum viciis, homo cum bestiis, mundus cum elementis, caro cum sensibus. Caro enim concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Vere non est nobis colluctatio tantum adversus carnem et sanguinem sed adversus spiritualia nequicie in celestibus, adversus rectores tenebrarum harum. Adversarius enim noster dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Attendite ignea tela nequissimi. Mors ingreditur per fenestras nostras, oculus animam depredatur. Pugnat

orbis terrarum contra insensatos. gens contra gentem, regnum adversus regnum, terremotus
magni erunt per loca, pestilentie et fames, terroresque de celo et signa
magna erunt; terra producet spinas et tribulos, aque procellas et fluctus,
aer tempestates et tonitrua, ignis choruscationes et fulgura.
Maledicta terra in opere tuo, dominus vendicans in terra unde sumptus es quia terra es.
In terra ibi insidiatur aper de silva et singularis ferus depascitur,
lupus et ursus, pardus et leo, tigris et onager, cocodrillus et griffo,
serpens et coluber, basiliscus et anguis et aspis, cerastes et draco,
scorpiones et vipere, sed et lendes et pulices, pediculi et cinifes,
musce et scrabones et vespe, pisces et volucres. Nam qui creati
sunt ut dominarentur piscibus maris et volucribus vel volatilibus celi et
universis animantibus que moventur in terra, nunc dantur illis in predam. Dam-
pnatam. Scriptum est enim: Dentes bestiarum immittam in eos cum furore
trahentium super terram atque serpentium. C. xix de carcere anime hominis
Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Certe non
vult educi de carcere qui non vult exire de corpore. Nam corpus
carcer anime de quo dicit David: Educ de carcere animam meam. Nusquam
quies et tranquillitas, nusquam pax et securitas, ubique timor et
tremor, ubique labor et dolor. Caro dum vivit dolebit et anima
super semetipsam lugebit. C. xx de brevi leticia hominis
Quis unquam vel unicam diem totam duxit in sua delectatione iocundam,
quam in aliqua parte diei reatus conscientie vel impetus ire vel motus con-
cupiscentie non turbaverit, quem livor invidie vel ardor avaricie vel
tumor superbie non vexaverit, quem aliqua iactura vel offensa vel quis passio
vel passio non commoverit, quem denique visus vel auditus vel actus aliquis
non offenderit. Rara avis in terris nigroque simillima cigno. Audi sa-
pientem: A mane usque ad vesperam mutabitur tempus. Tenent
tympanum et cytharam et gaudent ad sonum organi, ducunt in bonis
dies suos et in puncto ad inferna descendunt. C. xxi de vicinitate mortis
Semper enim mundane leticie tristicia repentina succedit,
et quod incipit in gaudio desinit in merore. Mundana quippe
felicitas multis amaritudinibus est respersa. Noverat hoc ille qui dixerat:
Risus dolore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat. Expertus est
et liberi Job, qui cum comederent et biberent vinum in domo fratris sui pri-
mogeniti, repente ventus vehemens irruit a regione deserti et con-
cussit quatuor angulos domus, que corruens oppressit universos.
Merito pater aiebat: Versa est in luctum cythara mea et organum meum in
vocem flentium. Melius est ergo ire ad domum luctus quam ad domum convivii.
Salubre consilium: In die bonorum ne immemor sis malorum. Memorare
novissima tua et in eternum non peccabis. C. xxii de brevi vita hominis
Semper ultimus dies primus et numquam primus dies ultimus
reputatur, et cum tamen sic vivendum decreat, tamquam semper moriendum oporteat.
Scriptum est enim: Memor esto quia mors non tardat. Tempus breve

et mors appropinquat, cum illi anni ante oculos morientis sicut dies hesterna que preteriit. Semper enim futura nascuntur, semper presentia moriuntur, et quicquid est preteritum totum est mortuum. Morimur ergo dum vivimus, et tunc tantum desinimus mori cum desinimus vivere. Melius est ergo mori vite quam vivere morti, quia nil est vita mortalis nisi mors vivens. Salomon: Laudavi magis mortuos quam viventes, et utrisque feliciorem iudicavi qui necdum natus est. Velociter fugit et teneri non potest, mors autem instanter occurrit et impediri non valet. Hoc est ergo mirabile, quod quanto plus crescit tanto magis decrescit, quia quanto plus vita procedit tanto magis ad finem accedit.

C. xxiii. De terrore sompniorum

Tempus quod quieti concessum est non conceditur esse quietum. Nam terrent sompnia, visiones conturbant. Et licet non sint in veritate tristia vel terribilia vel laboriosa que sompniant sompniantes, tamen in veritate contristant, terrent et fatigant, ita tamen ut et dormientes aliquando lacrimentur et vigilantes sepissime conturbentur. Audite quid super hoc dicat Elyphar Themanites: In horrore visionis quando solet sopor occupare homines, pavor tenuit me et tremor, et omnia ossa perterrita sunt. Et cum spiritus me presente transiret, inhorruerunt pili carnis mee. Considera Iob dicentem: Si dixero: Consolabitur me lectus meus, et relevabor loquens in strato meo mecum, terrebis me per sompnia et per visiones horrore concuties. Nabuchodonozor sompnium vidit quod eum valde perterrebat. Et ubi multa sompnia, ibi plurime vanitates. Multos errare fecerunt sompnia, et exciderunt sperantes in illis. Apparent enim frequenter in sompniis turpes ymagines, ex quibus per illusiones nocturnas non solum caro polluitur, sed et anima maculatur. Unde dominus in Levitico: Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit sompno, egredietur extra castra et non revertetur priusquam ad vesperam lavetur aqua, et post solis occasum regrediatur in castra.

C. xxiiii. De compassione

O quanto dolore turbamur, quanto tremore concutimur, cum amicorum dampna sentimus, cum pericula putamus formidamus. Plus interdum sanus formidat quam infirmus egritudine turbatur; plus hic voluntarius affectu doloris quam ille invitus effectu languoris affligitur. Unde enim est illud poeticum: Res est solliciti plena timoris amor. Cuius pectus tam ferreum, cuius cor tam lapideum, ut gemitus non exprimat, lacrimas non effundat, cum proximi vel amici morbum vel interitum intuetur, ut patienti non compatiatur et dolentibus non condoleat? Ipse dominus, cum vidisset Mariam et Iudeos qui cum ea venerant ad monumentum plorantes, infremuit spiritu, turbavit semetipsum et lacrimatus est, sed eo potius quod mortuum ad vite miserias revocabat. Sciat autem se culpabiliter durum et dure culpabilem, qui corporalem amici sui mortem deplorat, et spiritualem anime sue mortem deflere negligenter obmittit.

C. xxv. De diversis egritudinibus

Nondum a scholis tot egritudinum genera ut passionum species physica vel industria

quot

potuit indagare quot humana fragilitas potuit tollerare. Tollerabilem
enim morborum intollerantiam, an intollerabilem dixerim tollerantiam,
vel utrumque convenienter. Nam tollerabilis est ob passionis acerbitatem,
intollerabilis est propter patiendi necessitatem. De dieta dicam? magister ac magister huma-
na corrupit, ita quod multa sunt olim experimenta salubria, que propter
defectum ipsius hodie sunt mortifera. Senuit iam mundus uterque, mega-
cosmus et microcosmus, et quanto plus utriusque senectus producitur, tanto
magis utriusque natura turbatur. C. xxvi De subitis infortuniis

Subito cum non speratur infortunium accidit, calamitas irruit,
morbus invadit, mors incipit, quam nemo evadit. Ne glorieris
in crastinum, ignorans enim quid superventura pariat dies. Nescit homo finem suum,
sed sicut pisces capiuntur hamo et sicut aves comprehenduntur laqueo, sic ca-
piuntur homines tempore malo, cum eis ex templo supervenerit. C. xxvii
Quid dicam de miseris qui puniuntur? De diversis generibus tormentorum

Diversis tormentorum generibus puniuntur: ceduntur fustibus et gladiis iugulantur,
cremantur flammis et lapidibus obruuntur, discerpuntur ungulis et pati-
bulis suspenduntur, torquentur virgis, scorpionibus flagellantur, detruduntur
carceribus, ieiuniis macerantur, precipitantur et submerguntur, excoriantur,
distrahuntur, secantur et suffodiuntur. Qui ad mortem, ad mortem, et qui
ad gladium, ad gladium, et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem,
ad captivitatem. Crudele iudicium, inmane supplicium, triste spectaculum,
datur esca volatilibus celi, bestiis terre, piscibus maris. Heu heu heu
misere matres, que tam infelices filios genuistis. C. xxviii
Illud hic horribile facinus libet De quodam horrendo facinore

inserere quod Josephus de iudaica obsidione describit. Mulier
quedam facultatibus et genere nobilis cum cetera multitudine que con-
fluxerat Ierusalem, cum omnibus obsidionis casum ferebat. Huius
reliquias facultatis quas de domo convexerat in urbem tyranni pertinaces
rapuerunt. Si quid vero reliquiarum ex magnis opibus fuerat absconditum, et
victum cottidianum preripere ducentes irruentes per momenta predo-
num satellites rapiebant. Propter quod indignans mulier ex indignatione
quedam velut insania fatigata, ita ut interdum predones in necem sui
maledictis et iniuriis instigaret. Unde cum nemo irritatus quisquam in-
iuriatus illam perimeret, et si quid forte alicunde ubi fuisset quesitum,
et aliis ut iam usque fieret copiose regrediendi, fames autem durans visce-
ribus insisteret atque medullis, et ad furorem iam famis media pungeret,
pessimis usa consiliis contra ipsam iam armatur naturam. Erat enim
illi sub uberibus parvulus filius, quem ante oculos ferens infelix mater:
miseris, o infelicior fili, in bello, fame, ut in direptione predonum cui
te reservabo? Nam et si possis vita superari, iugo tamen Romane servitutis ingem-
iscas. Veni ergo nunc, o mi nate, esto matri cibus, predonibus furor, seculis fabula,
que sola deerat cladibus Iudeorum. Et cum hec dixisset, protinus filium
iugulat, et deinde igni suppositum torret, et medium quidem comedit

medium fugiat obtectum. Et ecce confestim predones irruunt combuste
carnis odore percepto mortem minantur nisi sine mora cibos quos
servant demonstraret. tunc illa ingemiscens partem optimam reservavi et cott
que supererant membra detexit instantesque ad illos repente horror
invasit tamquam exanimes cum diriguere vox eis faucibus inhesit.
Illa vero torvo vultu ipsis quasi iam truculentior predonibus, meus inquit
hic filius est, meus est et puer vel partus et meum est facinus. edite nam
prior comedi quem genui. Nolite vos effici vel muliere religiosiores
vel femina molliores. Quod si vos pietas vincit et meos exe-
mini cibos, ego que iam talibus pasta sum ego hos iterum pascar.
Post hec illi taciti tremuentes que discedunt qui hunc solum ex omnibus
facultatibus misere matri cibum reliquerunt. C. xxix de pena innocentis

Nemo se confidat exemptum a pena qui se non
novit immunem a culpa. Qui enim stat videat ne cadat.
Nam sepe dampnatur innocens et nocens absolvitur. Ihesus crucifigitur
et Barrabas liberatur. Hodie vir quietus et iustus, vir religiosus
ypocrita reputatur et simplex ut fatuus deridetur ut ait Job. Sim-
plicitas iusti lampas contempta apud cogitaciones divitum.

2 Pars de progressu culpabili

Secunda pars in qua determinatur de culpabili humane condicionis progressu. C. i

Tria maxime solent homines affectare opes, voluptates,
honores. De opibus prava, de voluptatibus turpia, de honoribus
vana procedunt. Unde cum Johannes ait: Nolite diligere mundum neque ea
que in mundo sunt, quia omne quod est in mundo concupiscencia carnis est et concupiscencia oculorum
et superbia vite. Concupiscencia carnis ad voluptates, concupiscencia oculorum
ad opes, superbia vite ad honores pertinet. Opes cupiditatem gignunt
et avariciam, voluptates pariunt gulam et luxuriam, honores nutriunt
superbiam et iactanciam. C. de cupiditate ii

Nichil est ergo avaro scelestius et nil iniquius quam amare pecuniam.
Verbum est sapientis, Ecclesiastici x c. Et confirmat apostolus dicens: Qui volunt
divites fieri incidunt in temptacionem et in laqueum dyaboli et desideria
multa et inutilia et nociva que mergunt homines in interitum et
perdicionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Hec sacrilegium
committit furtaque et rapinas exercet, predas et bella gerit,
homicidia. Symoniace vendit et emit, inique petit et recipit, in-
fenerat iuste negociatur et fenerat, instat dolis, imminet fraudibus,
dissolvit pactum et violat iuramentum, corrumpit testamentum
et pervertit iudicium. C. iii de iniquis muneribus

Consule prophetam, evangelistam ysaiam. Omnes enim inquit diligunt
munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, causa vidue
non ingreditur ad eos. Non ipsi precedunt retributiones ut iudicent ad
iusticiam, sed retributiones precedunt ipsos quia iudicant amore pecunie.
Hoc enim sequuntur largicionem vel promissionem vel spem, et ideo non iudicant
pupillo a quo nec largiri vel promitti vel sperari. Principes infideles

socii furum quique [omnes] diligunt munera / sequuntur retributiones / numquam excecatur | Ezechi. 22
animus a munere si prius excecatur cupiditate a pretio. De vobis dicit propheta /
principes eius quasi lupi rapientes predam. Et avare sectando lucra principes | Michee 3
eius in muneribus iudicabant, et sacerdotes eius in mercede docebant, et
prophete eius in pecunia divinabant / Ecce dominus per moysen precepit in lege / | Deut. 16
iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis ut iudicent populum /
iusto iudicio / nec in alteram partem declinent. Non accipies pecuniam nec
munera quia munera excecant oculos sapientum et mutant verba iustorum.
Iuste quod iustum est persequaris ut vivas / Duo dicas iustum et iniuste /
quidam enim iniuste quod iustum est et alii quod iustum est iniuste plerique perse-
quuntur / ℭ iiii de acceptione pecuniarum
Ve vobis qui corrupti prece vel precio / qui tracti amore vel odio / dicitis | Isay. 7
bonum malum et malum bonum / ponentes tenebras lucem et lucem tenebras /
mortificantes que non moriuntur / vivificantes animas que non vivunt /
vos enim non attenditis merita causarum / sed merita pecuniarum / non iura sed
munera / non iusticiam sed pecuniam / non quod ratio dictat sed quod voluntas affectet /
non quod lex senciat sed quod mens cupiat / non inclinatis ad iusticiam
[illegible] / non quod licet hoc libeat sed ut liceat hoc libet / Nunquam in vobis ita simple-
x oculus / ut totum corpus sit lucidum / sed ad administrationes fuerit / quod massa
corrumpatur pauperum / causa cum mora negligitur / divitum tamen cum in-
stancia promovetur / In illis rigorem ostenditis / cum istis ex mansuetudine
dispensatis / illos cum difficultate respicitis / istos cum favore tractatis /
illos negligenter auditis / istos diligenter auscultatis / Clamat pau-
per et nemo exaudit / loquitur dives et omnes applaudunt / dives locutus est et
omnes tacuerunt / et verbum eius usque ad nubes perducunt / pauper lo-
cutus est / dicunt quis est hic / et si offenderit subvertunt illum / Clamat pa-
ciens et nemo exaudit / vociferatur et non est qui iudicet / Si forte
pauperum causam suscipitis / illos dimisse fovetis / Cum autem divitum causam
assumitis / eos privatis adiuvatis / pauperes despicitis / divites ho-
noratis / istis venientibus assurgitis / illos despicabiliter conculcatis / Si
introierit in conventum vestrum vir aureum habens anulum in veste candi-
da / Introierit autem pauper in habitu sordido / et intendatis in eum qui indutus
est veste preclara / et dixeritis ei tu sede hic bene / pauperi vero dicatis tu sta
illic / aut sede sub scabello pedum meorum / Nonne iudicatis apud vos- | Je. 7
metipsos / et facti estis iudices cogitacionum iniquarum / De vobis quos
dicit propheta / Magnificati sunt et ditati incrassati sunt et impinguati
causam pupilli non direxerunt et iudicium pauperum non iudicaverunt /
Sed lex precipit / Nulla erit distancia personarum ita parvum audietis
ut magnum / nec accipietis quamlibet personam quia dei iudicium est / Non enim
personarum acceptio est apud deum ℭ v de vendicione iusticie /
Vos autem non graciam gratis datis / nec iusticiam iuste redditis / quia
nec venit nec provenit nec datur nisi vendatur / Sepe iusticiam tamen dif-
fertis / quod litigantibus prius quod totum aufertis / quia maior est sumptus quam expense

Nullus est iustitie in illo ... [illegible]
... avaricia ... [illegible]

dilecto

qui fictus sine / Heu aut potius ubi districto iudicio / dicat ut unde quid
percepit / Gratis accepistis gratis date / hic mittatur dampnum et consci-
peccuniam captatis / sed animam captivatis / Quid enim proficit homini si mundum
universum lucretur, anime vero sue detrimentum patiatur / Aut quam dabit
commutacionem pro anima sua / Frater non redimet, redimet homo non dabit deo placa-
cionem suam, nec precium redempcionis anime sue / laborabit in eternum et vivet
adhuc in finem / Audite divites / quid contra vos Jacobus apostolus ait / Agite
nunc divites plorantes / ululate in miseriis vestris que advenient vobis
merces Divicie vestre putrefacte sunt et vestimenta a tineis comesta sunt
aurum et argentum vestrum eruginavit / et erugo eorum erit vobis in te-
stimonium et manducabit carnes vestras sicut ignis / thezaurizastis
vobis iram in novissimis diebus / ecce merces operariorum vestrorum qui
messuerunt regiones vestras / que fraudata est a vobis / clamat
et clamor ipsorum in aures domini sabbaoth introivit / Veritas per se
Nolite thezaurizare vobis thezauros in terra / ubi erugo et tinea de-
molitur, ubi fures effodiunt et furantur / C vi de insaciabili desiderio cupidorum /

O ignis inextinguibilis cupiditas et
insaciabilis. Cupidus nunquam cupido primo fuit voto contentus
cum adipisci quod optaverat desiderat ampliora / semper in hoc tendens et
nunquam in habitis finem constituit / Insaciabilis oculus cupidi in parte non
non saciabitur / Avarus non implebitur pecunia / et qui amat pecunias
fructum non capiet ex eis / Infernus et perdicio nunquam replentur / et sic
oculi hominum insaciabiles / Sanguisuge due sunt filie dicentes
Affer affer / Nam crescit amor nummi quantum pecunia crescit

C vii quare cupidus saciari non possit /

Tibi o cupide sic queris / Es vacuus et nunquam impleris / Non
impleta mensura que quantumcunque contineat adhuc capax
amplioris / Sed animus capax est dei / quia qui adheret deo unus
spiritus est cum eo / Quantumlibet igitur contineat nunquam est plenus nisi deum habeat
esse capax / Si vis ergo cupide saciari / Desinas cupidus esse
quia dum cupidus fueris saciari non poteris / Non est conventio lucis ad tene-
bris / Christo ad belial quia nemo potest deo servire et mammone / C viii
de falso nomine diviciarum

O falsa diviciarum felicitas que
divitem nativitatis efficit infelicem / Vere enim falso qui opes
mundane divicie nuncupantur / Opposita sunt divitem et egenum
esse / Aut opes mundi non auferunt sed afferunt egestatem / magis
modicum enim sufficit modicum pauperi / quam plurimum diviti / Nam ubi multe
divicie / multi qui comedunt eas / Et quid magnates
indigeant / ipse met frequenter experior / Opes itaque non faciunt di-
vitem sed egenum / C ix Exempla contra cupiditatem

Quam multos seduxit cupiditas / quam plures perdidit avaricia / Ba-
Num 23. laam asella redarguit / pede quia sedebat adivit / quia captus mu-
2 q. 1 neribus promissorum disposuerat maledicere populo israel / Achar populo
lapidatur quia tulit argentum et aurum de anathemate Jericho /

Item de Balaam

Jesus A. ... [illegible]
... de ... [illegible]

De Achab. 3 R.
l. dist. ... [illegible]
23 q. ... [illegible]
... [illegible]

Jud. 1. q. 1. Qui studet
23 q 7 Si quis clerici
Tu dixisti
De pen. di. 3 Judas
Nutrix omnium
Nichil prodest

4 Reg 6.
1 q 1

Cito
qui studet
...
Eos ——— 22 q 1 presumat.
et r mutabunt

127 253.

Naboth interemptus est ut achab vineam possideret. Giezi lepra perfunditur
qui pecuniam recepit et argentum et vestes sub nomine helyzei. Judas — De Symonia / Giezi
laqueo se suspendit qui vendidit et tradidit xpm. Ananiam et zaphyram
subitanea mors extinxit quia de precio agri defraudaverunt apostolum.
Exspiravit tyrus nundinas suas et coacervavit argentum quasi humum et
aurum quasi lutum platearum. Sed ecce dominus possidebit eam et percutiet in mari — Ezech 8
fortitudinem eius et hec igne devorabitur. C x de iniqua possessione
Necesse est quod sapiens protestatur. Multos perdidit argentum. Divitiarum — Eccli 31
Et aurum. Qui aurum diligit non iustificabitur. Ve illis qui sectantur
Ecce ipsi peccatores et habundantes in seculo obtinuerunt divitias. Hinc vitas propter
plus dicens. Nolite possidere aurum et argentum neque pecuniam in zonis
vestris quia sicut camelus non potest transire foramen acus ita difficile est
divitem intrare in regnum celorum. Arta enim via et augusta porta que
ducit ad vitam. Apostolus ergo securitatem nostram ... acerbat — Ysaie
qua itur et intratur ad vitam. argentum et aurum non est michi. Ve ergo qui iungitis domum domui et
agrum agro copulatis usque ad terminum loci. Repleta est terra argen- — Ysaie
to et auro et non est finis thesaurorum eius. propter iniquitatem avaricie iratus
sum et percussi eum. C xi de divitiis.
Certum abraham dives fuit. Job locuples. David opulentus
Et tamen de abraham dicit scriptura quia credidit deo et reputatum est ei
ad iusticiam. Et de Job quia non erat ei similis in terra vir simplex et
rectus ac timens dominum et recedens a malo. De david vero ait deus
Inveni virum secundum cor meum. Justi fuerunt qui nil habentes omnia possidebant
Sed propheta. Divitie si affluant nolite cor apponere. Nos autem
sumus omnia possidentes et nil habentes. Sicut david dicit. Divites egu-
erunt et esurierunt. Facilius enim invenies qui diligat divitias quam
qui non diligat quia difficile est in igne esse et non ardere. Difficilius
est possidere divitias et non amare. Audi prophetam. A minore usque ad
maiorem omnes student avaricie. Et propheta usque ad sacerdotem omnes
faciunt dolum. C xii de incertitudine divitiarum
Omnis cupidus rerum mundi mentitur et emolitur. Nam cum pauperem
adducit in mundum nam pauperem reducit de mundo. Nudum
enim terra suscepit et nudum terra recipiet. Cupidus autem cupit et
curat fieri dives in mundo. Destruam inquit horrea mea et ma-
iora faciam et illuc congregabo omnia que nata sunt michi et omnia
bona mea. Sed o stulte hac nocte repetent a te animam tuam que autem
parasti cuius erunt. Thesaurizas et ignoras cui congregabis ea.
Dormierunt sompnum suum et nil invenerunt. Dives cum dormierit nil
secum auferet. aperiet oculos suos et nil inveniet. Ne timueris
cum dives factus fuerit homo et cum multiplicata fuerit gloria domus eius
Non enim cum morietur accipiet hec omnia neque simul descendet cum eo gloria eius.
Sed relinquent alienis divitias suas et sepulcra eorum domus illorum in eternum
hic et sapiens attestatur. Qui ex animo suo acervat iniuste aliis congregat

ti bonis ipsius aliqui luxuriabuntur, proh dolor, quae hunc hostem dimittit
heredem. Capitulum xiii De superflua sollicitudine cupidorum

Cur ad congregandum inhiatis, quibus instat cum stare non possit
qui congregat? Nam quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut
umbra et numquam in eodem statu permanet. Cur multa desidera-
tis cum pauca sufficiant? Habentes inquit apostolus victum et vestitum his contenti
simus. Cur necessaria est multa sollicitudo cum ipsa non sine magna
difficultate se offerat? Audi quod super hoc veritas dicat: Nolite sol-
liciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur.
Quaerite ergo primum regnum dei et iustitiam eius et haec omnia adicientur vobis.
Numquam enim vidi iustum derelictum nec semen eius quaerens panem.

Tantalus sitit in undis et avarus. Capitulum ix De avaritia hominum

sitit in opibus, cui tantum est quod habet quantum quod non habet, et numquam utitur
quaesitis sed semper inhiat acquirendis. Est qui dives cum nihil habeat,
et est qui pauper cum in multis divitiis sit. Avarus et infernus neuter comedit
et non digerit, recipit et non reddit. Avarus nec patientibus compatitur
nec miseris miseretur, sed offendit deum, offendit proximum. Nam deo deti-
net debita, proximo denegat necessaria, sibi subtrahit opportuna. Deo ingratus,
proximo impius, sibi crudelis. Vero cupido et tenaci sine re est scele-
et homini livido ad quid aurum? Qui sibi nequam est cui alii bonus erit? et non
iocundabitur in bonis suis. Qui habet substantiam huius mundi et viderit
fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas dei
manet in eo? Non enim proximum suum diligit sicut semetipsum quem inedia
perimit, egestas cogit. Neque deum diligit super omnia cum praefert
et praeponit argentum. Capitulum xi Cur avaritia dicitur servitus idolorum

Recte diffinit apostolus avaritiam idolorum servitutem. Sicut enim idolo-
latra servit simulacro, sic avarus servit thesauro. Nam ille cultum
idolatriae diligenter amplificat, iste cumulum pecuniae libenter
augmentat. Ille cum omni diligentia colit simulacrum, et iste cum omni
cura custodit thesaurum. Ille spem ponit in idolatria, et iste spem po-
consistit in pecunia. Ille timet minui simulacrum, et iste timet mi-
nuere thesaurum. Capitulum x De quibusdam proprietatibus avarorum

Avarus ad petendum promptus, ad dandum tardus, ad negandum
frontosus. Si quando expendit totum amittit, tristis, querulus
et morosus. Sollicitus supputat, dubius habet, invitus impendit.
Magnificat datum, sed vilificat dandum. Dat ut lucretur, sed non
lucratur ut det. Largus in alieno, sed parcus in proprio. Gulam evacuat
ut archam adimpleat, corpus extenuat ut lucrum extendat.
Manum habet ad dandum contractam, sed ad recipiendum aptam. Porro
substantia iniustorum quasi fluvius exsiccabitur, quia qui male congregat
cito dispergit, iusto iudicio ut quae de malo proveniunt ad malum
proveniant. Nec accedat ad bonum quod non procedit ex bono. Avarus
autem dampnum habet vite que nec est fuar. Capitulum xi De vitio gulositatis

Initium vite hominis aqua panis et vestimentum et domus protegens turpitudinem.
Nunc autem gulosis non sufficiunt fructus arborum, non genera legumi-
non radices herbarum, non pisces maris, non bestie terre, non aves
celi. Sed queruntur pigmenta, comparantur aromata, nutriuntur altilia,
capiuntur que studiose coquantur arte cocorum, que laute parentur
officio. Alius contundit et colat, alius confundit et conficit, substantiam
convertit in accidens, naturam vertit in artem, ut saturitas transeat in esuriem,
ut fastidium revocet appetitum, ad irritandam gulam, non ad suste- 1
ntandam naturam, non ad necessitatem supplendam, sed aviditatem explendam.
Letum tam brevis est gule voluptas, ut spacio loci vix sit quatuor
digitorum, spacio temporis vix sit totidem momentorum. Contempnitur
mediocritas, superfluitas affectatur in diversitate ciborum et varietate sa-
porum, aviditas nescit modum, et voracitas excedit mensuram.
Sed ingurgitatur stomachus, turbatur sensus, opprimitur mens, inde non salus et ingravatur
sanitas, sed morbus et mors. Audi super hoc sententiam sapientis: Noli
avidus esse in omni epulacione, et non te effundas super omnem escam,
in multis enim escis erit infirmitas, et propter crapulam multi obierunt.
Salom. Esca ventri et venter escis, Deus autem et hunc et has de-
struet certissime. C. 18 Exempla plurima contra gulam.

Gula carnis tributum exigit, sed vilissimum reddit, quia quanto sunt
delicatiora fercula, tanto fetidiora stercora, turpius egerit
quod turpius ingerit, superius et inferius horribilem flatum exprimens
et abhominabilem sonum emittens. Gula paradisum clausit,
primogenita vendidit in marco, suspendit pistorem, decollavit
Baptistam. Nabuzardan princeps cocorum templum incendit et Ierusalem
cendit, libro regum. Balthazar manum in convivio aspexit contra se scribentem,
eadem nocte interfectus est a Caldeis. Sedit populus manducare et
bibere et surrexerunt ludere, sed adhuc esce eorum erant in ore ipsorum, ore
et ira Dei ascendit super eos. Daniel. Qui vescebantur voluptuose ira
interierunt in viis. Dives qui vescebatur voluptuose sepultus
est in inferno. C. 19 De vicio ebrietatis.

Quid turpius ebrioso, cui fetor in ore, tremor in corpore, qui
promit stulta, prodit occulta, cui mens alienatur, facies trans-
formatur. Nullum enim ibi secretum ubi regnat ebrietas. Fecundi ca-
lices quem non fecerunt disertum? Porro non sufficit vinum, non sicera, non
cervisia, sed studiose conficitur mustum, claretum, labore multo, solli-
citudine magna, sumptu non modico, sed hinc contenciones, rixe, lites
et iurgia. Ecclesiastici: Vinum cum multum potatum, ut ait sapiens,
irritacionem et iram et ruinas multas facit. Osee: Fornicacio et
vinum et ebrietas aufert cor. Ideo dicit apostolus: Fugite vinum et tumultuosam
ebrietatem. Propheta: Filii Rachal et filius Zacharie vinum et siceram et
omne quod inebriare potest non bibunt. C. 20 De ebrietate.

Ebrietas nec verenda nudat, incestum committit, filium regis
occidit, principem exercitus iugulat. Unde est ergo quod Salomon dicit:
vacantes potibus et dantes symbola consumuntur. Ysaias: Ve qui

consurgitis mane ad sectandam ebrietatem et potandum usque ad vesperam
ut vino estuetis cythara et lyra tympanum et tybia et vinum in con-
viviis. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad
miscendam ebrietatem. Ecce gaudium et letitia occidere vitulos et iugu-
lare arietes comedere carnes et bibere vinum. Comedamus et biba-
mus cras enim moriemur. Et revelatum est in auribus meis vox domini
exercituum. Si dimittetur hec iniquitas vobis donec moriamini. Ve corone
superbie effraym. Sacerdos et propheta nescierunt pre ebrietate ab-
sorpti nescierunt videntem ignoraverunt iudicium. Proh pudor.
Cum a quodam presbitero ad puniendam curiam lectorum bibendo pro
hesternam crapulam et nocturnam ebrietatem eructuans alta voce dixisset
potum suorum biberat rex anglorum. Capitulum 21 de luxuria.

Putrido vero turpis mater filiam generat turpiorem. Iustum est enim ut
qui in sordibus est sordescat adhuc. Omnes adulterantes quasi
clibanus succensi a coquente. Ceperunt principes furere a vino. Vet-
erem a pipe satur. Liberum venerem amplexatur. Ad extrema libidinis
turpitudo que non solum mentem effeminat sed corpus enervat. Non tantum
maculat animam sed fedat personam. Omne namque peccatum quodcumque
fecerit homo extra corpus suum est. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Semper
illam precedunt ardor et petulantia. Semper illam comitantur fetor et im-
munditia. Semper sequitur dolor et penitentia. Favus enim distillans la-
bia meretricis et nitidius oleo guttur eius. Novissima autem illius amara
est sicut absynthium et acuta quasi gladius biceps. Capitulum 22 de quibus luxurie.

Familiaris est inimicus non procul sed prope non extraneus sed
intimus. Nam virtus eius in lumbis eius et fortitudo in umbilico
ventris eius. Nunquam fugatur nisi cum fugitur. Nunquam mactatur nisi cum
mactatur. Ad tantam exigit libertatem et immunditiam sed recipit ad de-
fectum facultatem et adiacentem. Sed omnem etatem corrumpit omnem
sexum confundit omnem ordinem solvit et omnem gradum pervertit.
Invadit enim senes et iuvenes mares et feminas prudentes et
simplices superiores et inferiores. Ad extremum quia sacerdotes qui
nocte venerem amplexantur mane hominem venerantur. Turpe
dictu sed turpissimum actu. Dici liceat ut agi non libeat. Nocte
filium veneris agitant in cubili mane filium virginis offerunt in
altari. Capitulum 23 de diversis speciebus luxurie.

Quis eius multiplices species sufficienter valeat explicare. Hec
enim penthapolim cum adiacente regione subvertit. Sychem
cum populo interemit. Her et Onan filios Iude percussit. Iudeum et madia-
nitidem pugione transfodit. Tribum Benyamin pro uxore levite
delevit. Filios Hely sacerdotis in bello prostravit. Hec primam occidit.
Amon incestum. Absalon lapidavit. Hec Ruben maledixit. Sampsonem
seduxit. Salomonem pervertit. Unde et quidam legitur propter speciem mulieris multi perierunt.

na vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes. Hec multos va-
lidos deiecit, et fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Vere inferi
domus eius et penetrantes in interiora mortis. Hec vires enervat, sumptus di-
minuit, dotes consumit, odorem infamie effundit. | C 28 De coitu
et ignominiosa morphesy compatitur quam tamen | contra naturam

Nam apostolus non confunditur nominare: propterea tradidit illos in passiones
ignominie. Nam femine eorum commutaverunt naturalem usum in eum qui est con-
tra naturam. Similiter et masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desi-
deriis suis in invicem masculi in masculos turpitudinem operantes. Cuius
hac turpitudine turpius, quid hoc crimine criminosius. In lege sic patrata co-
ngruum concubitus maris cum masculo et coitus hominis cum iumento.
Dicit enim lex in Levitico: Cum masculo non commiscebis coitu femineo
quia abhominatio est. Cum omni pecore non coibis nec maculaberis cum eo.
pecoris par pena subscribitur: Qui dormierit inquit cum masculo coitu
femineo, uterque operati sunt nephas, morte moriantur, reatus peccati quod
occidantur. Qui habet aures audiendi audiat, ymo qui desipit
resipiscat. | C 27 De pena huius facinoris

Pena docuit quid hec culpa promeruit: pluit enim dominus super
Sodomam et Gomorram sulphur et ignem de celo. Noluit enim
dignum angelorum vel hominum executioni huius pene committere, sed eius
ipsi vindictam huius sceleris reservavit sicut mea est ultio et ego retribuam.
Et ideo pluit dominus a domino, videlicet a semetipso, non imbrem non rorem sed
sulphur et ignem: sulphur super fetorem luxurie, ignem super ardorem
libidinis, ut qualis pena similis esset culpa. Non misisse dicatur sed pluisse | remisse
ut quibus ipso verbo magnitudinem et habundantiam pene noverit. Nemini pe-
percit oculus eius, omnes sic extinxit. Uxorem quoque Loth, que retro respexit,
in statuam salis mutavit. Non solum urbes sed omnes et regionem in mare
mortuum et vallem salinarum convertit. Horreo ergo incidere in manus
dei viventis, qui quanto maiorem sue longanimitatis exhibet patientiam, tanto
duriorem sue severitatis inferre solet vindictam. | C 26 De his que faciunt ambiciosi

Opes itaque cupidus congregat, et avarus conser-
vat, voluptates gulosus degustat, et luxuriosus exercet, honores
ambitiosus affectat et superbus extollit. Ambitiosus autem semper est pavidus,
semper attentus ne quid dicat vel faciat quod in oculis hominum possit displicere.
Humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem os-
tendit, subsequitur et obsequitur, cunctos honorat, universis se inclinat, frequentat
curias, visitat optimates, assurgit et amplexatur, applaudit et
adulatur. Sed novit id pocius: Et sicut cui pulvis cum promptus est et
fervidus ubi placere cognoverit, remissus et tepidus ubi cognoverit dis-
plicere. Improbat mala, detestatur iniquos, sed hac tamen alias probat et ipse
ut videatur iustus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab omnibus, ut a singulis
applaudatur.

Et certe gravem mentis sustinet pugnam, difficilem patitur conflictum, dum iniquitas pulsat animum et ambitio continet manum, et quod iniquitas suggerit faciendum, hoc fieri non permittit. Colludunt tamen ad invicem iniquitas et ambitio. Nam modo in aperto subsistit, et in occulto fili non desistit. Hec ergo meditatur vel publicum vel secretum. Ambitiosus agit libenter de principibus quos ambit et dicit: O quam principabitur ille qui severus sit in iusticia, pius in misericordia, qui non declinet amore vel odio, qui non corrumpatur prece vel precio, qui credat fidelibus et acquiescat simplicibus, qui sit humilis et benignus, largus et mansuetus, paciens et astutus.

Capitulum 27 de nimia cupiditate ambitiosi

Si forsitan hac arte non proficiat, recurrat ad aliam, advocat Symonem et accedat ad Yesi, per hunc ab eo mittitur emere quod per se non valet obtinere. Supplicat et promittit, offert et tribuit, et proh pudor gratiam quam gratis adipisci non potuit per pharas nefas querit mittere adipisci. Nec desistit adhuc sed insistit et invadit violenter honores, et impudenter arripit dignitates, amicorum suffragia, presidia propinquorum, tanto quidem dominacionis inflammatur amore vel ardore, tanta libidine possidendi ut scisma non horreat, scandala non formidet. Sed Yesi lepra percussit et Symon periit, cum patre Chore cum complicibus suis ignis consumpsit, et Dathan et Abyron terra vivos absorbuit. Nec itaque sibi assumat honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron.

Capitulum 28 Exempla de ambicione

Liquidum ambicionis exemplum reperitur in Absolone qui cum aspiraret ad regnum fecit sibi currum et equites et quinquaginta viros qui precederent eum. Et mane consurgens Absolon stabat in porta iuxta introitum porte, et omnem virum qui habebat negocium ut veniret ad regem vel regis negocium vel iudicium vocabat ad se et dicebat: De qua civitate es tu? Qui respondit: Ex una tribu Israel ego sum servus tuus. Respondebat ei Absolon: Videntur mihi sermones tui boni et iusti, sed non est qui audiat te constitutus a rege. Dicebatque Absolon: Quis me constituat regem et iudicem super terram ut veniant ad me omnes qui habent negocium et iuste iudicem. Sed et cum ad eum accederet homo ut salutaret eum, faciebat hoc omni Israel qui veniebat ad iudicium ut audiretur a rege, et sollicitabat corda virorum Israel. Misit autem Absolon inde in Ebron exploratores in universas tribus Israel dicens: Statim ut audieritis clangorem buccine dicite: Regnavit Absolon in Ebron. Et facta est coniuracio valida, populusque concurrens augebatur cum Absolone.

Capitulum 29 quod brevis et misera est vita

Si quis humilis in altum provehitur et ad summum status ei cure succrescunt, sollicitudines cumulantur, extenduntur ieiunia, vigilie producuntur, ex quibus natura corrumpitur, spiritus deficit, infirmatur corpus, sompnus amittitur, appetitus debilitatur, vigor corporis attenuatur, et in seipso deficiens non dimidiat dies suos sed miserabile vitam

ita inhabilior concluditur, unde est illud poeticum: In se magna ruunt, su-
mmis quoque negatum est stare diu. Tolluntur in altum ut lapsu graviore ruant.
Porro autem est illud Davidicum: Vidi impium superexaltatum et elevatum
sicut cedros Lybani, transivi et ecce non erat, quesivi eum et non est
inventus locus eius. Angustum dies eius complebuntur, peribit, ledetur quasi vinea
in primo flore botrus eius, et sicut oliva florem proiciens. Audi super
hoc sententiam sapientis: Omnis potentatus brevis vita. C 30 de diversis
tali ut ambitiosorum preemptus est ad, proprietatibus [illegible]

Si honore in superbia extollitur et in iactancia effrenatur, non
curat prodesse sed gloriatur obesse, presumit se meliorem quia sentit se superio-
rem. Non considerat gradus honoris sed nitus(?), non dignitates sed honestates.
Amicos dedignatur antiquos, notos ignorat, extraneos reputat,
comites contempnit antiquos, vultum avertit, visum extollit, cervicem
erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patitur,
preesse molitur, prelatus infestus, subditus onerosus, molesta non sufferens,
accepta non dimittens, preceps et audax, gloriosus et arrogans, gravis et
importunus. C 31 De superbia et casu luciferi.

Superbia tanto importabilior quanto omnibus odiosa. Inter omnia vicia
tu superbia es prima, tu superbia es ultima. Ratio: quia peccantibus accedere co-
mittitur, te recedente dimittitur. Scriptum est enim in Ecclesiastico x: Initium omnis
peccati superbia, primogenita mortis. Hec est mater ipsa vero primordia.
Creatura contra creatorem erexit; angelus quidem cum absque modo deiectus
qui in veritate non stetit, ab honore in penam, a deliciis in miserias,
de celo empireo in aerem caliginosum. Audi prophetam: Quomodo
cecidisti lucifer qui mane oriebaris, qui dicebas in corde tuo:
In celum conscendam, super astra celi exaltabo solium meum, sedebo
in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem
nubium, similis ero altissimo. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia
et perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pre-
ciosus operimentum tuum: sardius, topasius, iaspis, crisolitus, onix et
berillus, saphirus, carbunculus et smaragdus. Aurum opus decoris tui.
Tu cherub extentus et protegens, et posui te in monte sancto Dei, in
medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis a die
conditionis tue donec inventa est iniquitas in te. Peccasti et eieci te
de monte Dei. Elevatum est cor tuum in decore tuo, et in terram proieci te.
Cedri non fuerunt altiores illo in paradyso Dei. Abietes non ade-
quabant se ad summitatem eius; omne lignum preciosum paradysi non est as-
similatum illi et pulchritudini eius, quoniam speciosum fecit eum et multis condensis
frondibus. Ipse est rex super omnes filios superbie. Ipse est draco
magnus et rufus habens capita septem et cornua decem et in capitibus
suis vij dyademata, et cauda trahebat terciam partem stellarum celi
et misit illas in terram. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus qui
vocatur dyabolus et sathanas qui seducit universum orbem, et proiectus est in

celi et angeli eius cum eo missi sunt. De quo veritas ait: Videbam sathanam
quasi fulgur de celo cadentem. Nam omnis qui se exaltat humiliabitur.
O superbia presumptuosa presumptio. ¶ C. 32 de arrogantia hominum.
O sumptuosa superbia que non angelos deo voluit adequare
homines presumpsit deificare, porro quos erexit depressit, et quos
exaltavit humiliavit. Unde ait dominus deus: Eo quod elevatum est cor
tuum quasi cor dei et dixisti: Deus ego sum, cum sis homo et non deus, idcirco
ego adducam te super robustissimas gentes et interficient te et
morieris in interitu occisorum. Nabuchodonozor et potentiam suam super-
be iactavit et ait: Nonne hec est babilon quam ego edificavi in do-
mum regni et robur fortitudinis mee et in gloria decoris mei. Cum
adhuc sermo esset in ore regis vox de celo ruit: Tibi dicitur Na-
buchodonozor rex: regnum tuum transiit a te et ab hominibus eicient te
et cum bestiis et feris erit habitatio tua, fenum quasi bos comedes
et vii tempora mutabuntur super te donec scias quod excelsus dominetur in regno
hominum et cuicumque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super
nabuchodonozor. Unde ergo quod licet homo cum in honore esset non intellexit
comparatus est iumentis. Superbia turrim evertit, linguam confudit, prostravit
golyam et suspendit amon, interfecit nycanorem et peremit anthi-
chum, pharaonem submersit et sennacherib interemit. Sedes ducum
superborum destruxit deus et radices gentium superborum arefecit.
Quam detestabilis sit superbia ¶ C. 33 de abhominatione superbie
dominus ipse per prophetam testatur: Iuravit dominus deus in anima sua
dicit dominus deus exercituum: Detestor ego superbiam iacob. Et iuravit dominus
dominus in superbia iacob: Si oblitus fuero usque in finem omnia opera eorum.
Unde inter vi que odit deus et septimum quod detestatur anima eius
Salomon primum posuit oculos sublimes id est superbiam. Et ysaias:
dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum et super omnem
arrogantem et humiliabitur, et super omnes cedros libani sublimes
et erectas, et super quercus basan et super omnes montes excelsos
et super omnes colles elevatos, et super omnem turrim excelsam
et super omnem murum munitum, et incurvabitur sublimitas hominum et
humiliabitur altitudo virorum. Propterea dilatavit infernus animam suam
et aperuit os suum absque ullo termino, et descendent sublimes glo-
riosi eius ad eum. Dominus exercituum cogitavit hoc ut detraheret super-
biam omnis glorie. Iob quoque dicit: Si ascenderit usque ad celum superbia
et caput eius nubes tetigerit quasi sterquilinium in fine perdetur.
Omnis fere vitiosus ¶ C. 34 contra arrogantiam hominum
diligit sibi consimilem, superbus autem odit elatum. Unde salomon dicit: Inter super-
bos semper sunt iurgia, et ubi fuerit superbia ibi et contumelia. Superbia insu-
lita gestit, consueta fastidit, magnum reputat si loqui dignetur
maiori si se iungat et amplexetur. Estimat plus dignitatis ab ipso quam

om assecutu ex digni^te. Nunqm uult uti pri^mi affctu sz sp uult
ati dnacois impio Supbia eq̄ z arrogan^a z indignacō eq̄ pl^9
m forti^9 egrē resoluat i animo q̄ le^2 i exiuo offia c̄ gtenro
ue disci^os ihū q̄s eo v. c. m. Et ait illi r^c. pncipes g^e. do co
e vos at nō sic sz q̄ ma^r c̄ v^r ec. Et petrus aplorz magr
ro q̄i dnantes i clero sz for^a fci gregis ex aio/ Dni c̄ tra z pl. eq
mq̄ c̄ g^o deq vnb dnb. cetidnō st dni sz mistri. quis mediat^r
um^9 z mdo mistiu/ Audi supbe hc sapunte recorde te posuint
oli extolli esto i illis q̄si vnus ex illis/ C. 27 q̄ fraude ambi-
ciosorz
Filij zebedei qui p intellectu mris hore postulauut
a x^o. Dic magr ut sedeat hij filij mei. vnus ad dextrā tuā
alius ad sinistrm tuā i regno tuo merrunt audire Nescitis q̄
petatis Nō at hore sz onere puenit^r ad regnu Vn dns subdit
nō c̄ meu dare uobis/ meu c̄ quidē dare. uobis uō nō s. ambicōsis
les uos estis/ sz omis ptas a deo sit/ supbus tu nō regis ex
eo sz p^d pphetu Ipi regnuit z nō ex me/ pncipes extitiunt z
nō ggnoui eos/ C. 30 de ppetatibus arrogancium/
Supbus amat pmas kathedras i synagogis pmos recubitus
i cenis salutaciones i foro z uocari ab hoibus rabi. uō nōie
potencie sz nōie fortune mult appellari nō ut hō sz ut deus mult
honorari/ sedet sublimis incedit exceltus mult cū eos assurgere/ sin-
gulos inclinare/ porro phr quidā uolens arrogāciā cuiusdā
regis eludere cū indistinctē i throno regali sede sublimi pstrat^9
terrā suppliciter adorat z gfestim nō innitatus accedens iuxta rege gsedit
rex uehement admirās eo q̄ nō sciebat eē phm cur hoc egerit q̄
siuit phr respondit aut deus es aut hō/ si deus debui te adorare/ si hō
potui tecu sedere/ Rex at vbū quertens q̄ phs intulit pmo si
hōiem nō debuisti adorare/ si deus sum nō debuisti iuxta me sedere
Sapiens c̄ inqt sz ille prudenter elusit/ C. 31 de supfluo cultu
z habitu hominum
Primis parētibus fecit deus pizomata pro pcto/
Et a x^o dr parāb. Nō duas tunicas heatis sz iuxta iohis
gsiliu quihz duas det vnā nō habnti/ Supbus at ut magnifi-
cus uideatur satagit uestiri duplicibus, indui mollibus precosis
ornari/ sz q̄d c̄ hō preciose ornatus nisi sepulcrz foris dealbatu, intus
at plenum spurcitia/ Jacincus z ppura coccus z byssus i fymo pu-
trescunt, aurum z argentum lapides z gemme i luto sordescunt/
dignitates z ptates male iacent i puluere, honor z gla male sedet i
inde/ Cū igr supbe phylacteria dilatas z magnificas fymbrias
diues c̄ qui induebat^r ppura z bysso sepultus c̄ i inferno/ Dina
filia iacob patriarche cū egrederetur ut ait yosephus ut emeret
ornamentu mulierz puincialiu ad eo pmansit/ tu at exiuit syche
filius regis hemor eam oppressit uiolenter/ holofernes q̄ sedebat
i chonopheo q̄d erat ex ppura z auro z lapidibus preciosis contextu
iugulatus c̄ a iudith que cu pius utebatur cilicio tc ornatu iocundit^r

assumpserat. Audi super hoc consilium sapientis: In vestitu ne glorieris umquam. Et
apostolus: Non in veste preciosa. Nec sit exterior capitulata, vel circumdato auro
vel vestimentorum cultus. C. 38 Contra superfluum ornatum.

Attende quid contra superfluum ornatum comminatur dominus per prophetam: Pro eo quod
elevate sunt filie Syon et ambulaverunt erecto collo et nutibus
oculorum ibant, decalvabit dominus verticem filiarum Syon et dominus crinem earum
nudabit. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorum et lunulas et
torques et monilia et armillas et mitras et discriminalia et inaures
et anulos et gemmas in fronte pendentes et mutatoria et pallia et
lintheamina et acus et specula et syndones et mitras et teristra.
Et erit pro suavi odore fetor et pro zona funiculus et pro crispanti crine cal-
vicium et fascia pectorali cilicium. Ecce iusta redditur pena pro culpa,
ut in eo puniantur in quo deliquerunt. Adhuc super his audi aliam prophetiam
contra superbos: Varia de egipto texta est tibi velum, iacinctus et purpura
de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum. Dentes eburneos et ebe-
ninos commutaverunt in precio tuo. Gemmam et purpuram et scutellata et byssum
sericum et cortum proposuerunt in mercatu tuo. [illegible] institutores tui in capi-
tibus ad pedes. Et repleta es et glorificata es nimis, sic nunc contrita es
in mari et in profundis aquarum opes tue et ad nichilum redacta es et tu
non eris usque in perpetuum. C. 39 Quod homini plus defertur vestibus quam virtutibus.

Cum quidam philosophus in habitu contemptibili principis aulam adisset diuque
pulsans non fuisset admissus, quotiens temptasset ingredi totiens
contigisset eum repelli, mutavit habitum et assumpsit ornatum. Tunc ad primam
vocem aditus patuit venienti, tunc procedens ad principem pallium quod
gestabat cepit venerabiliter osculari. Super quo admirans princeps cur hoc
ageret inquisivit. Honorantem, inquit philosophus, me honoro, quia quod virtus non potuit
hec vestis obtinuit. O vanitas vanitatum, plus honores deferunt hodie
vestibus quam virtutibus, plus venustati quam honestati. C. 40 De
fucatione colorum.

Artificiales species superinducunt et faciem
obducunt naturalem, tamquam hominis artificium artem superet creatoris. Non
non sit. Considerate inquit lilia agri quomodo crescunt, non laborant neque nent.
Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua [illegible]. Absit ut adulterinus color comparabitur
sit nativo. Cum ymmo cum facies adulterino more fucatur, ab-
hominabili fetore corrumpitur. Universa vanitas omnis homo vivens.
[illegible] cum vanus quam pectine planat cesariam, ungue genas [illegible]
gento, faciem producere supercilia, quoniam fallax sit gratia et vana
pulchritudo, omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni. Cum
tamquam fenum velociter arescet, et sicut olera herbarum cito decident.
Ut autem ornatum [illegible] ne malignus quam velut videar aliquos
subsannare, quid vanius quam ornare mensam mantilibus pictatis,
cultellis eboris plantatis, vasis aureis, vasculis argenteis, cuppis
et vasis urceolis et nappis, scutellis et coclearibus, fuscinulis et
et salariis, bacinibus et flabellis, cum possit dicere [illegible] et pig-
[illegible] pallia et vestibulum substernere pavimentum [illegible]
inflatum pennis optimum serico obductum cortinis. Scriptum est enim

no tu moie accipiet h omia nz sunt desiderat cu eo glad omis
Non e qui cordis mundicia possit C xi de hoib malefcoribz
gloriari qm i multis offendim omis z si dixim qr pctm no
hem nos ipos seducim z uitas i nob no e / Cis e qui ul id
dicere ualeat cu aplo Nl m9 sciu su no tn i hoc iustificatus su
Cis e h z laudabis eu. Ecce int scos nemo e immutabil.
Celi no st mundi i conspcu eius Et i angel suis puitate reprit
quanto mag z abhomiab e z inutil ho qui bibit qr aq iniqte
Penituit g9 dnm q9 hoiem fecisset i tra. eo q9 multa malicia
hom eet sup tram z cuncta cogitaco hois omi tpe ad malu
intenta z io tactus dolore intius delevit hoiem que creauit
porro suphundauit iniqtas z refrigint caritas multorz Oes
declinauerunt simul inutiles fci st no e q fa b n e us ad vnu
tota pene uita morlium morlibz e plena pctis ut nix ualeat
quemq qui no deuiet ad sinistm q no vertat ad uomitu q
no putrescat i stercore cui potius glam cu malefctrib z expul
et i rebz pessis repleti oi iniqte malicia fornicacoe auaricia
nequicia susurrones detractores deo odibiles contumeliosi supbi
elati inuentores malorz pntibz no obedientes insipientes no
coposit sine affcoe absq fede sine mia talibz z peyoribz mudus
iste repletus hundat heticis z scismaticis pfidis z tyrannis sy
moniacis z ypocritis ambiciosis z cupidis raptoribz pdonibz vio
lentis z exactoribz usurariis z falsariis impiis z sacrilegis pdi
toibz z mendacibz adulatoibz z fallacibz garrul z uersutis
ebriosis adulteris incestuosis mollibz z immundis pigris negli
gentibz vanis pdigis impetuosis z iracundis impacientibz incostantibz
veneficis augurris demu vniuersis uiciis irretitis porro sicut
deficit fumus deficiat z sicut cera fluit a facie ignis sic peant
peccatores a facie dei Incipit tercia ps de dampbili huius dissolu
cois egressu z po de doloribz qs mali paciunt i morte C i
Mali quidem iiijor dolores paciunt i morte primus dolor e
angustia corporea tanta z ta grauis quanta z qual n fuit in
eis i toti uita an dissolucoem ia q i quigda sine moibz appet p
nimio dolore corpores dissippatibz fortis cum i sippa e uiolencia
qm neruos ii z pncipales nodi m corpus z aiam disrupunt Vn
ppha lamentado ait i ps Circumdederunt me dolores mortis
hoc circumdederunt me qr membru no e articulus i corpe qui pcius
inoluatur i inexplicali dolore Secundus dolor e qm ia plene dissugato
corpore z suis exhaustis vibz aia multo libius vidz tc i momento oc
currunt oia opa sua bo ul mala q fecit q oia r duari m oculos suos

3 pars
de dapbili
egressu
i dolor
corporis

2 visio
uiciis

Augus 20 de ciuitate
dei c 17.
Vtute diuina fiet
vt cuiusq opa sua
bona uel mala
cuncta i memoriam
reuocent z mentis
intuitu mira
celeritate cernant
vt accuset vel
excuset scientia consciencia
en cog... sescie simul

3
Aie iudiciu
8
Visio demonu

Dolor iste tantus est et retro ista tam grauis est quia anima plurimum temptata
que seipsam odisse. vnde dicitur in ps. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me
Non torrentes iniquitatis cum multo impetu ueniunt et uidentur. Durum est
ita in morte uidebit malus omnia subito que ante fecit opera bona et
mala. 3us dolor est quando anima in aspectu tam iuste diuinitatis et
iniquitatibus suis similia omnia et debita gehenne tormenta uidet non
numerare. vnde dicitur in ps. Circumdederunt me dolores inferni etc.
dolor est quando anima adhuc in corpore posita uidet spiritus malignos
capiendi se paratos. vbi tantus dolor est et timor quia misera anima
exterrita quando diu potest refugiat a tempore sue captiuitatis redimatur
antequam de corpore exeat.

Capitulum de aduentu christi ad diem mortis cuiuslibet hominis

Videt tam bonus quam malus antequam anima
egrediatur de corpore christum in cruce positum. alius ad confusionem
ut erubescat se non esse redemptum sanguine christi sua culpa ex-
igente. vnde de malis dicitur in ewangelio. Videbunt in quem pupugerunt. quia
inuenitur de aduentu christi ad iudicium et de aduentu ad diem mortis
Bonus uero uidet ad exultacionem. sed quia homines ex vbilibus appli-
cat. Vsque in die aduentus domini nostri ihesu christi. i. usque in die mortis
apparet tam bonis quam malis christus in cruce positus. Et ipse christus
iohanne ewangelista ait. Sic eum uolo manere donec ueniam. i. contingit
perseuerare donec ueniam ad obitum ipsius. Quatuor legitur aduentus
bonus in mente per graciam. vnde in ewangelio. Ad eum ueniemus et man-
sionem apud eum faciemus. 2us in obitu cuiuslibet fidelis. vnde iohannes
in apocalipsi. Veni domine ihesu. vnde dicitur obuiamus qui obuiam uenit ei ex-
Exibit spiritus et reuertetur in terram.

Capitulum de putredine cadaueris

Et in illa die peribunt omnes cogitaciones eorum. Cogitaciones quas quantum
mortales de mundanis prouisionibus multitudine cogitant. sed sub re-
pentine mortis articulo repente cuncta que cogitauerat euanescunt
Sicut umbra cum declinat ablatus sum et excussus sum sicut lo-
custa. Exibit ergo spiritus non uoluntarius sed inuitus quia quod cum dolore
dimittet quod cum amore possedit. Et uelit nolit constituetur
terminus qui preteriri non poterit in quo terra redditur in terram. Scriptum est enim
Terra es et in terram ibis. Naturale siquidem est ut materiatum in materiam resol-
uatur. Auferet ergo spiritum eorum et deficient et in puluerem suum reuertentur. Cum
autem morietur homo hereditabit bestias serpentes et vermes. Omnes enim in
puluere dormierunt et vermes operient eos. sic uestimentum sic comedet
eos et vermes. et sic lanam deuorabit eos tinea. unde dicit Job. Qui pu-
tredo consumendus sum et quasi uestimentum quod comeditur a tinea. putredini dixi pater
meus es. mater mea et soror mea uermibus. homo putredo et filius hominis vermis. quia turpi-
us quam uilius nihil quam abhominabilius. Conceptus est homo de sanguine
per ardorem libidinis putrefacto cuius cadaueri tanquam funebres
vermes assistent. Viuus generauit pediculos et lumbricos. mortuus generabit
vermes et muscas. Viuus produxit stercus et uomitum. mortuus producit

putredinem et fetorem, Vermis hominem vivum impinguavit, mortuus
vermes plurimos impinguabit. Quid ergo fetidius humano cadavere, quid hor-
ribilius homine mortuo, cuius gratissimus erat amplexus in vita, molestus
erit etiam aspectus in morte. Quid ergo prosunt divicie, quid epule, quid delicie,
non liberabunt a morte, non defendent a verme, non eripient a fetore.
Qui modo gloriosus sedebat in throno modo iacet despectus in tumulo,
qui modo fulgebat in aula modo sordet nudus in tumba, qui modo vescebatur
delicijs in cenaculo modo consumitur a vermibus in sepulcro. C. x. de tristi
memoria dampnatorum
[V]indicta carnis impij vermis et ignis.
Vermis duplex. Interior qui rodit et urit cor, exterior qui rodit
et urit corpus, vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur.
Dabit deus ignem et vermes in carnes eorum ut urantur et sentiant
dolorem usque in sempiternum. Vermis conscientie tripliciter lacerabit. Affliget
memoria, turbabit penitentia, torquebit angustia. Veniet enim in cogi-
tationes eorum timide et traducet illos ex adverso iniquitates eorum. Dicent:
Quid profuit nobis superbia et iactantia diviciarum quid contulit nobis, transierunt
omnia illa tamquam umbra, sicut navis que pertransit fluctuantem aquam,
cuius cum pertransierit non est invenire vestigium. Sic et nos nati continuo
desivimus esse, virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate
autem nostra consumpti sumus, cum ingenti turbatione recogitabunt que cum
nimia delectatione gesserunt, ut stimulus memorie pungat ad penam
quos aculeus nequitie stimulavit ad culpam. C. 7. de inutili
penitentia dampnatorum
[D]icent inter se penitentiam agentes Erravimus
a via veritatis, et iusticie lumen non luxit nobis, tunc inci-
pient dicere montibus: Cadite super nos, et collibus: Cooperite nos.
Penitebunt ad penam sed non convertentur ad veniam. Iustum enim est
ut qui noluerunt cum potuerunt agere bonum vel penitentiam, cum velint
non possint. Dedit enim deus eis locum penitentie et ipsi abusi sunt eo.
Ideo dives ille qui cruciabatur in flamma dixit ad abraham
Rogo te pater ut mittas lazarum in domum patris mei. Habeo enim
quinque fratres ut testetur illis et ipsi veniant in locum tormentorum. Cui abraham
Habent moysen et prophetas. Subiunxit: Non pater abraham sed si
quis ex mortuis iverit ad eos penitentiam agent. Agebat et
ipse penitentiam in inferno sed quia cognovit iam inutilem esse rogabat
ut saltem amonerentur fratres quatenus agerent penitentiam in hoc seculo fructuo-
sam. Circa hoc prodest homini penitere cum potest ipse peccare. C. 8. de di-
versis penis infernalibus
[P]ene autem infernales sunt diverse propter
diversa peccata. Prima pena est ignis, secunda frigus, de hiis dicit dominus ·1· Ignis
Ibi erit fletus et stridor dentium, propter frigus. Tertia est fetor, de hiis 2 frigus
dicitur in psalmo Ignis et sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum. 3 fetor
Quarta vermes indeficientes, unde ysaias Vermis eorum non morietur et ignis non 4 vermis
R.

extinguetur, in soleque perpetuum, unde dicitur ipsa parata sunt indignis bla-
sphematoribus, et percutientes mallei stultorum corporibus. Tenebras
palpabiles exteriores, unde Job terra miserie et tenebrarum ubi umbra
mortis. Et alibi vadam ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine.
Et in perpetuum non videbunt lumen. Et alibi impii in tenebris
conticescent. Quarta confusio peccatorum. Sicut enim legitur tunc erit liber
apertus in conscientie hominum manifeste. Quinta horribilis visio demonum qui
videbuntur in excussione scintillarum de igne ascendentium. Sexta
ignee cathene quibus impii constringuntur membris. Prima est con-
piscentium, secunda malitiosorum, tertia luxuriosorum, quarta adiungitur hominum, in quo
hoc seculo flagello non meruerunt castigari, quia exacerbaverunt
dominum peccatores, et secundum multitudinem iniquitatum suarum non queret.
Quarta eorum qui in tenebris ambulantes ad lucem veri venire con-
tempserunt, quia confiteri peccata sua et penitentiam contempserunt. Quinta
eorum qui in hoc seculo libenter vident mala et faciunt. Sexta illorum qui
per singula vicia sunt defluxi, qui ambulant in desideriis suis
et concupiscentiis suis. Capitulum 7 de inestimabili pena et angustia dampnatorum

Videntes turbabuntur timore horribili, gementes pre angusti-
a spiritus et dicentes hii sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem
improperii. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam et
finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei
et inter sanctos sors illorum est. Supplicium enim malorum intueri glo-
riosorum licet forte post finem iudicii beati quidem visuri sunt reprobos in
tormentis secundum illud Letabitur iustus cum viderit vindictam impiorum. Re-
probi vero non sunt visuri beatos in gloria secundum illud Tollatur impius ne vide-
at gloriam dei. Talia dicent in inferno peccatores quia spes impii
tamquam lanugo est que a vento tollitur, et tamquam spuma gracilis que a
procella dispergitur, et tamquam fumus a vento diffusus est, et tamquam memoria
hospitis unius diei. Capitulum 8 de igne gehennali

Ignis gehenne nec lignis nutritur nec flatu succenditur sed
creatus est inextinguibilis ab origine mundi. Scriptum est
Devorabit eum ignis qui non succenditur. Creditur autem esse sub
terris secundum propheticum Infernus subtus conturbatus est in occursum adventus
tui. Sed et omnibus locis reprobis est penalis quia semper deficit omnia
et ubique quasi se tormentum invenerunt. Producam namque ignem de medio
tui qui comedat te. Ignis autem gehenne semper ardebit et numquam
lucebit, semper uret et numquam consumet, semper afficiet et numquam deficiet.
Est autem apud inferos summa tenebrarum obscuritas, immensa perpetua
acerbitas, infinita miseriarum eternitas, ligatis namque manibus et
pedibus mittuntur in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium.
Singula membra pro suis peccatis propria sustinebunt tormenta ut in eo
puniantur in quo unusquisque deliquerunt. Scriptum enim est per que quis peccat hoc pl

torquet. Vn̄ si lingua p̄cauit cruciabit̄ i lingua. pp̄ q̄ clabat
pr̄ abraham miserere mei ⁊ mitte lazarum ut̄ ic **C 9 de te-**
nebris infernalibus
Reprobi nō solū exterioribus sʒ interioribus tenebris inuoluen̄t. q̄r spūali pṫ ⁊ corpali luce
carebunt. Scriptū ē enī Tollat̄ impius ne uideat gl̄am dei.
⁊ sol̄ eīt sine luce sempiterna. Tanta aūt i penis reprobi tol-
lerabunt angustiā ut vix cogitare aliq̄d ualeat p̄t̄ penas
ʒ illuc diriget impetū cogitacōis ubi feriet vim doloris
Hanc dixit quidā fert̄ app̄uisse nigromantici q̄ morte quē cū
nigr̄ intellexisset dampnatū esse quesiuit ab eo si aliq̄ p̄ces
apud inferos ualent̄. Cui dō vidisse apud inferos quer̄
solūmodo q̄d sit pena. Sʒ ⁊ salomō ait Nec opus nec rō nec sciā nec
sapiā ē apud inferos quo tu p̄peras. Erit enī i reprobis tanta
mentis obliuio tanta cecitas cordis tanta cōfusio racōis ut
vix ad unū q̄m ad cogitacōm cor de hoc solo qat assurgere nec
cōfitendo ualeat respirare. Vita a mortuo tāquā ab eo qui
nō ē perit cōfessio. Vn̄ dauid Nō mortui laudabunt te dn̄e.
nec omīs qui desc̄dunt i infernū. Nō in infer̄ cōfitebitur t̄. nec mors l̄. te
Dimitte me ut plangā **C 10 de cōfusione penarum**
paululū dolorē meū anteq̄m uadā ad terrā tenebrosam
⁊ opertā mortis caligine. terrā miserie ⁊ tenebrarum ubi vmbr̄
mortis ⁊ nullus ordo sʒ sempiternus horror inhitat. Ordo quidem
erit i quātitate penarum quē i q̄ mēsurā mensi fuerūt remecietur eis
ut qui g̃uius peccauit g̃uius puniant̄. potentes potent̄ tormēta
pacient̄. Sʒ ordo nō erit i qualitate rerum q̄r de aq̄s niuiū
transibunt ad calorē nimiū ut subita g̃uiorum mutacō g̃
uiorē inferat cruciatū. Expimēto cognoui q̄ adustus si
frigidū statī adhibeat ardenciorē senciat cruciatū.
Sicut oues i inferno **C 11 de inuidēcia tormentorum**
positi sunt ⁊ mors depascet eos. Ouium ē hic ad similitudinem
iumentorum q̄ nō radicitus herbas euellunt. sʒ solū summitates
carpunt. ut herbe iterum renascant̄ ad pastū. Sic ⁊ impij q̄
morte depasti veniunt sunt ad mortē ut eternaliter moriant̄.
Sic inconsumptū tenerū pp̄ q̄ renascetes nō pereūt. ut possint sepe
perire iterum. tunc enī nec mors i mortalis. tunc viuent mortui q̄
uita sunt mortui. querent mortē ⁊ nō inuenient. qui uitā ha- Nō
bent ⁊ perdiderunt. Audi iohem i apocalipsi dicentē In diebus illis
querent homines mortē ⁊ nō inuenient. desiderabunt mori ⁊ fugiet
mors ab illis. O mors q̄m dulcis eris cui tā amara fuisti. te
solā desiderant qui te solā uehemēter oderunt. **C 12 Cur**
Nullus gladio ex bladiant̄ **reprobi nunq̄ liberabunt̄ a penis**
⁊ dicat q̄r deus noster fine carere nesciet̄ nec i eternū cōminabitur
sʒ miseracōes eius sup oīa opa eius. q̄r tūc iratus ē nō obliuiscet̄

miseri nec quicquam corporum que se odiunt assumes in aug' tu errores
qui ait dns per prophetam Congregabuntur in congregacione vnius fasc
in lacum z clauden'r in carcerem z post multos dies visitabuntur
Hoc namque precauit ad tempus non ergo deus punit in eternum Et spes
manie, o stulta presumpcio non credat frustra errore deceptus qui
aliquo precio redimendus sit qui in inferno nulla est redempcio Congre
gabuntur ergo peccatores in lacum z clauden'r in carcere scilicet in inferno in quo
sine corporibus usque ad diem iudicij coarguentur z post multos dies
postquam fideles resurgent cum corporibus in nouissimo die visita
buntur non ad salutem sed ad vindictam quia post diem iudicij grauius
punientur, Sicut z alibi dicitur Visitabo in ira iniquitates eorum z in
uerberibus peccata eorum, Predestinatis ergo deus irascitur temporaliter quia flagel
lat omnem filium quem recipit, de quibus dicitur accipit Nos in fine
irascere, te Reprobis autem deus irascitur eternaliter, quia iniustum est ut qui
in peccato suo perseuerauit eterno deus ulciscatur in suo Nam sicut peccandi
facultas eis dimittatur, ipse tamen non dimittet nocere peccandi z pa
Superbia eorum qui te oderunt, Non humiliabuntur
reprobi iam desperati de venia scilicet malignitas odij tamen in illu
excrescit ut velit eis omnino non esse per quem sciunt se tam infeliciter
maledicent altissimo z blasphemabunt excelsum quia quemadmodum
eum malignum qui creauit eos ad penam z nunquam inclinetur ad
veniam Audi iohannem in apocalipsi dicentem Grando magna descendit de
celo in homines z blasphemauerunt homines deum propter plagam grandinis
quia magna facta est vehementer Non ergo dampnati sed amisse peccata
effectum, Sed tamen habebunt malignitatis affectum z ipsa erit in inferno sup
plicium quia fuerat in mundo peccatum sed forsan z ibi peccatum sit
sed non meritum pene Impius ergo quia semper senciet quod se cruciatum eius
pena quia quod ipse per penitenciam non deleuit deus per indulgenciam non
dimittit, nec remittet, <u>Capitulum 3m testimonia de suppliciis eternis</u>
Quis ex nobis inquit ysaias poterit habitare de nobis cum ardoribus
sempiternis, Isti fumus erunt in furore meo Ignis arden
tes die Nocte ac die non extinguetur sed ascendet fumus eius
usque in sempiternum, Ieremias Dabo vos in obprobrium sempiternum
z ignominiam sempiternam que nunquam obliuione delebitur Daniel
Qui dormiunt in terre puluere euigilabunt Alij in vitam eternam
alij in obprobrium ut videant semper Salomon mortuo impio hodie ultra
non erit spes de eo, Huius exemplo moritur predicto sua z subito
conteretur nec habebit ultra medicinam, Iohannes apostolus Si quis adorauit bestiam
z ymaginem eius hic bibet de vino ire dei z cruciabitur igne z
sulphure z fumus tormentorum ascendet in secula seculorum nec habebunt requiem

die ac nocte qui adorant bestiam et ymaginem eius. Confirmat hec
veritas qui dampnandos in iudicio sententia reprobabit Ite male-
dicti in ignem eternum etc. Si enim dictum iudicium in ore duorum vel trium
testium stat omne verbum, quanto magis in tot et tantorum virorum
consona auctoritate constabit. C. ix de extremo die iudicii

Ecce dies veniet crudelis et indignacionis plenus ire et furoris
ad ponendam terram in solitudinem et peccatores eius conterendos
de ea, quoniam stelle celi et splendor earum non expandent lucem suam,
obtenebratus est sol in ortu suo et luna non splendebit in lumine
suo. Et visitabo super orbem mala et contra impios iniquitatem eorum.
Dies illa dies ire dies tribulacionis et angustie dies calamitatis
et miserie dies tenebrarum et caliginis dies nebule et turbinis
dies tube et clangoris. Et consummacionem cum festinacione faciet cunctis
habitatoribus terre et superveniet repentina dies illa tamquam laqueus in
omnes qui sedent super faciem omnis terre. Sicut fulgur exit ab
oriente et apparet usque ad occidentem Ita erit adventus filii hominis. Dies
domini sicut fur in nocte veniet. Cum enim dixerint pax et securitas tunc
repentinus superveniet interitus. Precedet autem tribulacio magna qualis numquam C. x de precedente tribulacione
fuit ab inicio mundi usque modo neque fiet et nisi breviati fuissent dies illi
non fieret salva omnis caro. Surget enim gens contra gentem et regnum adversus
regnum et terremotus magni erunt per loca et pestilencie et fames, ter-
rores quoque de celo et signa magna erunt. Et erunt signa in sole et luna
et stellis et in terris pressura gencium pre confusione maris et fluctuum arescentibus
hominibus pre timore et exspectacione que supervenient universo orbi. Surgent pseu-
dochristi et pseudoprophete et dabunt signa magna et prodigia ut in errorem indu-
cantur si fieri potest et electi. Tunc revelabitur homo peccati filius perdicionis qui ad-
versatur et extollitur super omne quod dicitur aut colitur deus quem dominus Ihesus
interficiet spiritu oris sui. Mittetur autem helyas propheta prius quam veniat
dies domini magnus et horribilis, et convertet cor patrum in filios et cor filiorum in patres eorum.
Cum eo veniet enoch et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta
facti. Et cum finierint testimonium suum bestia que ascendit de abysso
faciet adversus eos bellum et vincet illos et occidet et corpora eorum
iacebunt in plateis civitatis magne ubi dominus illorum crucifixus est
et post tres dies et dimidium spiritus vite intrabit in eos. C. xi. de die finalis iudicii

Statim autem post tribulacionem dierum illorum
sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stelle cadent de
celo et virtutes celorum movebuntur. Et tunc apparebit signum filii
hominis in celo et plangent super se omnes tribus terre reges principes tribuni
divites fortes et omnis servus et liber abscondent se in speluncis
et in petris moncium et dicent petris montium cadite super nos et abscon-
dite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni quoniam venit
dies magnus ire ipsorum et quis poterit stare. Et mittet angelos

suos cum tuba et voce magna et congregabunt electos eius a quattuor ventis a summis celorum usque ad terminos eorum. Tunc ipse dominus in iussu voce archangeli et in tuba dei descendet de celo et omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei et procedent boni in resurrectionem vite, mali vero in resurrectionem iudicii. Mors et infernus dabunt mortuos suos qui in ipsis erant. Et videbit omnis oculus qui eum pupugerunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna et maiestate. Veniet dominus ad iudicium non solum cum angelis sed et cum senatoribus populi eius. Nobilis in portis quando sedebit cum senatoribus terre. Sedebunt cum et ipsi super sedes xii iudicantes xii tribus israel. Aspiciebam usque dum throni positi sunt et antiquus dierum sedit, vestimentum eius quasi lana munda, thronus eius quasi flamme, rote eius ignis succensus, fluvius igneus rapidusque qui egrediebatur a facie eius. Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei. Deus manifeste veniet deus noster et non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet et in circuitu eius tempestas valida. Nubes et caligo in circuitu eius. Iusticia et iudicium correctio sedis eius. Et advocabit celum desursum et terram discernere populum suum. Nam congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab invicem sicut separat pastor oves ab edis et statuet oves quidem a dextris edos autem a sinistris.

¶ Capitulum de timore qui erit in die iudicii

O quantus erit timor et tremor quantus erit fletus et gemitus. Nam si columpne celi contremiscent et pavent in adventu eius et angeli pacis amare flebunt, peccatores autem quid facient? Si iustus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt? Propheta ait: Non intres in iudicium cum servo tuo domine quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Si iniquitates observaveris domine, domine quis sustinebit? Quis ergo non timeret iudicem potentissimum, sapientissimum, iustissimum? Potentissimum quem nemo potest fugere. Sapientissimum quem nemo potest latere. Iustissimum quem nemo potest corrumpere. Si fortitudo queritur robustus est. Sapiens corde, fortissimus robore. Si equitas iudicii nemo audet pro me testimonium reddere. Si iustificare me voluero os meum condempnabit me. Si perversum me comprobabit et si simpliciter fuero. Ipse dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt. Qui vocat stellas et dicunt Ecce assumus. Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem. Voluntati eius nil omnino resistit, cui nullum verbum est impossibile, cui flectitur omne genu celestium terrestrium et infernorum. Hunc ergo nemo potest effugere dicente propheta: Si ascendero in celum tu illic es, si descendero. Ipse scrutatur renes et corda. Eius oculis omnia nuda sunt et aperta. Qui pluvie guttas et arenam maris dinumerat. Deus scientiarum dominus vestigiorum omnium et consiliorum singulorum occultorum omnium indagator. Hunc ergo nemo potest latere sicut dicit apostolus: Non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius. Ipse est iudex iustus fortis et longanimis, qui nec prece nec precio nec amore nec odio declinat a semita veritatis sed via regia semper incedens, nullam

nullum malum preteriit impunitum, nullum bonum irremuneratum relinquet. Hinc ergo nemo potest
corripere nisi quod dicit propheta: Tu reddes unicuique secundum opera sua. C. 18
Quis ergo non timeat tale examen. De divino iudicio quod erit.
In quo idem erit et accusator et advocatus et iudex. Accusabit enim
eum dicens: Esurivi et non dedistis mihi manducare. Advocabit enim et subiunget:
Quamdiu non fecistis uni de minoribus his nec mihi fecistis. Iudicabit enim
et inferet: Discedite a me maledicti in ignem eternum. Non erunt testes in
iudicio necessarii, quia tunc manifesta erunt abscondita tenebrarum. Nichil enim
occultum quod non reveletur. Tunc libri erunt aperti et iudicabuntur
mortui ex his que scripta sunt in libris secundum opera ipsorum. Quantus tunc erit pudor
peccatoribus, quanta confusio, cum eorum nephandissima omnia cunctis erunt
lucide manifesta. Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata.
Ab illa sententia nunquam poterit recurri, quia pater omne iudicium dedit filio,
qui claudit et nemo aperit, aperit et nemo claudit. Os enim
domini locutum est. C. 19 De oppressione aliquorum de iudicio
Tunc non proderunt opes, non defendent honores, non suffragabuntur amici.
Scriptum est enim: Argentum eorum et aurum non valebit liberare eos in
die furoris domini. Flebunt et plangent reges terre cum viderint
fumum incendii pre timore tormentorum eius. Quid ergo facietis in die
visitationis et calamitatis de longe venientis? Ad cuius fugietis auxilium?
Nunquid unusquisque onus suum portabit, etiam qui portavit ipsa morte. O dis-
trictum iudicium in quo non solum de factis sed de omni verbo ocioso quodcumque
locuti fuerint homines reddituri sunt rationem, in quo ad novissimum quadrantem
exigetur debitum cum usuris. Quis ergo effugere poterit a ventura ira? Mittet
ergo filius hominis angelos suos et colliget de regno eius omnia scan-
dala et eos qui faciunt iniquitatem et alligabunt fasciculos ad comburendum
et mittent eos in caminum ignis ardentis, ibi erit fletus et stridor dentium. Ge-
mitus, ululatus, eiulatus, luctus, cruciatus, clamor, timor, tremor, do-
lor, labor, ardor, fetor, obscuritas, anxietas, acerbitas, asperitas,
calamitas, egestas, angustia, tristitia, oblivio, confusio, tortiones,
compunctiones, amaritudines, terrores, fames, sitis, frigus, cauma,
sulphur, ignis ardens in secula seculorum.

Registrum in libro Innocentii de vilitate humane conditionis. Incipiunt rubrice
prime partis in qua tractatur de miseria humane conditionis ingressu. Et primo.

x7

De Sancto Andrea — Sermo.

Ascendam in palma et apprehendam fructus eius. Cant. 7o. Sic dicit Bern. in sermone: palma arbor crucis intelligitur preciosior cunctis fructuosior universis stillat vinum misericordie oleum sudat caritatis balsamum et germinat vite fructum. Verba igitur proposita beatus andreas singulariter dicere potuit in quibus breviter eius passio describitur quo ad tria. Primo quomodo fuit susceptiva 2o quantum ad tormenta afflictiva 3o quantum ad premium oblativa. Primum notatur in ascendam motu scilicet affectionis voluntarie. 2m in in palmam scilicet passionis afflictive. 3m in et apprehendam fructus eius hoc est premium retributionis plenarie. Circa primum est sciendum quod ad facilem ascensum in motu corporali tria requiruntur. Primo levitas oneris agilitas corporis et vigorositas roboris. Que quidem tria in ascensu beati andree simul concurrebant. In ipso enim fuit levitas oneris quia tenuit simplicem paupertatem. 2o agilitas corporis quia servat evangelica puritate. 3o vigorositas roboris quia habuit fervida caritate. De primo patet quia simplicitate paupertate Christi imitatus abiecit triplicem sarcinam deprimentem scilicet amorem terrenum per contemptum omnium temporalium. Mat. 19 Ecce nos reliquimus omnia. Item amorem domesticum per contemptum carnalium parentum quod est contrarium eos qui amore parentum retrahuntur a cultu divino quibus convenit quod scribitur. Mt. Qui amat patrem et matrem plus quam me. Item amorem privatum et abnegationem sui. Luc. 9 Qui vult venire post abneget semetipsum omnibus scilicet carnalibus desideriis et inordinatis concupiscentiis renunciando. Iste triplex ordo notatur merito quo dicerno. Nam contemptus terrenorum notatur in hoc quod petrus et ia. et io. sagenam et retia dimiserunt quia allodia non habuerunt. Contemptus amoris domesticorum in hoc quia io. et ia. patrem et matrem in navi reliquerunt. Contemptus amoris privati in hoc quia voluntatem propriam abdicaverunt et Christo adheserunt eum sequentes et secuti sunt eum propter quod beatus andreas dicere potest illud Job. x. Vestigia illius secutus est pes meus. Ille vestigia Christi sequitur qui eius virtutes quas exemplariter protulit imitatur scilicet eius puritatem castitatem caritatem mansuetudinem et pietatem. Et quia beatus andreas ista via incessisse fuerat ideo dicere potuit et non declinavi ab ea. De 2o patet. Nam agilitas beati andree ipse patet ex tribus. Primo quia fuit laboribus et ieiuniis ac aliis virtutum exerciciis attenuatus. 2o quia totus caritate inflammatus et eo sunt affectus incessanter in deum movebantur. Quia secundum dionisium quanto aliquid plus de igne habet tanto plus de mobilitate habet. In eo autem ardor domini in hoc apparet maxime secundum hugonem quia hoc ipsum quod michi debebant et omnia propter Christum contempserat hoc sicut summas divicias estimabat. 3o quia totus fuit virtutibus pennatus et ideo sine difficultate tamquam tarditate precenas ascensum ad crucis amplexum potuit volare. Bern. super ps. lxxo Quoniam sunt hii qui vel designant aut apud animum comparantur volatum. Quia sicut nubes virtute caloris solaris a terra elevantur et in aere suspenduntur aut motu venti compelluntur. Sic mentes apostolice fuerunt virtute luminis divine gratie ab omni terrena affectione segregate et in solo divino desiderio suspense et cordibus suis facilis fuit per divinum instinctum regulate. De tercio patet. Nam fervor caritatis est robor mentis. Quia affectum anime ita in deum transformat et tamen in bono divino roborat quod facit omnem amaritudinem penitus inspicere propter deum non solum pacienter sed et alacriter sustinere. Teste beato augustino qui dicit omnia gravia et quecumque magna facit amor propter quod amor recte dicitur fons et sol totius suavitatis et caritatis. Quia sicut claritas solis suo splendore absorbet

Levitas oneris

Agilitas corporis

Vigorositas roboris

omnem stellarum claritatem Ita dulcor divini amoris extra suavitate
irradiabili absorbet omnem penitus inferioris pene Unde apostoli ibant apostoli
dentes et hoc apte claruit in beato andrea cum grave crucis suppli
cio solum viriliter inchoavit sed et alacriter sustinuit et feliciter consumavit
propter quod apte sibi congruit illud 2 Reg 19 Ascendebat david clivum oliva
rum scandens et flens cooperto capite et nudis pedibus incedebat clivus
vero habet in ascensu gravedinem et difficultatem Oliva habet infusam
pinguedinem et suavitatem Clivus ergo olivarum est crucis supplicium quod
exterius pungit carnem sed interius perfundit dulcedine unguit mentem hunc
ascendit cum intrepidus vilis nudis pedibus Crux enim licet amara vilis inco
avit alacriter sustinuit et feliciter consumavit Ille vero clivum montis nu
dis pedibus scandit qui pro christi nomine quamlibet penam nudis affectibus appetit
Cooperto capite incedebat quia incarnatis post certamen ad finalem perseverantiam
Caput vero est nobilior et suprema pars corporis et ideo finalem perseverantiam
designat que sola secundum bernardum triumphantibus coronam eterne retributionis
ponit juxta illud Qui autem perseveraverit usque ad finem salvus erit 2m est sicut quod crucis
penalitas recte per palmam intelligitur ut testatur rom Nam palma habet in cortice
rugositatem In stipite nodositatem Et in statura proceritatem In rugositate
designatur vilitas crucis In nodositate penalitas supplicii Sed in statura
proceritate prolixitas suspendii Constat vero quod crucifixi vilius puniuntur acerbius
puniuntur et tardius moriuntur Primum patet crux namque inter omnia tormenta
genera vilissimum genus reputatur et ideo magestatem humilitatis subiit
2 Morte turpissima scilicet eum id est morte exprobratissima 2m patet nam suspensi
cruce poena membra distenduntur et singulis nodis et iuncturis membrorum
penis acerrimis affliguntur Sed hanc pene acerbitatem dulcoravit in beato
andrea unctio divine gratie Et ideo apte signatur unctis oleo cum corpori
philistiim suspenderunt in patibulo 1 Reg 31 Sed duoto etiam lacrimas pro
magnitudine vero devotionis lacrimas emisit cum crucem ascendit Sicut etiam
da contemplatio qua expressit pendens in cruce dicens iam ego video
regem meum et videat regem Crux enim mox per eum debuit coronari eterna
glorie 3m patet nam beatus andreas toto corpore extensus in cruce per biduum
vixit et infatigabiliter populum suum instruxit quousque splendor radii in celo
sicut fulgur super eum emicavit et nulla claritate celestis luminis spiritum e
misit Et ideo in initium suum sicut gaudens in cruce perseveravit propter quod bene
dicere potuit illud Job 29 In nidulo meo moriar et sicut palma multiplicabo
dies Nidus est exterius asper et interius suavis Et ideo significat penam crucis que
licet habeat asperitatem in corpore tamen propter magnitudinem premii habet suavitatem
in mente et ideo beatus andreas noluit ab ea separari sed potius exemplo christi voluit
in cruce mori Unde rogabat dominum ut eum non permitteret de cruce deponi
Et de his tribus sicut exponit idem cant 4to Come eius sicut elate palmarum ni
gre quasi corvus Per comas ipsius christi intelliguntur apostoli scilicet andreas et petrus
Qui ipsum crucis martirio comitati sunt tamquam come et capilli capiti fo
adheserunt Unde etiam dicuntur quasi elate palmarum que sunt ramorum pro
ductores propter mortis prolixitatem dicuntur nigri propter supplicii penalitatem
Est enim in gredo color lividus qui emanat in corpore ex percussione dolo
ris Dicuntur corvus propter pene vilitatem Corvus vero qui rebus putridis

t vilibus insidet supplicij vilitas designat / Circa 3m est sciend[um] q[uod] p[er]
um crucis p[ro]fructu palme intelligi[tur] triplex vtilitas / fructus n[amque] palme est
calidus & humidus & sapidus & ideo ex sua caliditate h[abe]t virtutem mundifica
iua sed ex eius suauitate habet virtutem oblectatiuam Sic pena crucis p[er]
voluntate assumpta materiam r[ati]onalem mundificat / q[ui]a liberat a culpa
iram dei mollificat q[uia] r[e]conciliat ab offensa / & sp[iritu]m incredibiliter oblectat /
qua collocat in gloria / Hec sunt tria mirifica crucis b[e]n[e]ficia siue re
media nobis diuinitus p[ro]missa contra tria mala que h[om]o ex p[re]uaricatione
p[ri]mi parentis incurrit v[idelicet] culpe iniquitatem / ire seueritatem & pene calamitatem
a quibus p[er] triplicem fructum crucis expiamur diuinitus / De primo p[atet] apoc.
[1]o. Dilexit nos & lauit nos a peccatis n[ost]ris in sanguine suo / Hic mundit
r[ati]onalis dubitacio Cum n[on] sanguis suo rubore plus h[ab]eat inficere q[uam] deal
bare Queritur q[uomodo] sanguis xpi potuit nos abluere a macula peccati / ad
quod dicendum q[uod] sicut tradunt ph[ilosoph]i naturales Sanguis in aliis virtute ca
loris naturalis decoctus in lactis naturam conuertitur Et quia sanguis xpi fuit
decoctus triplici calore s[cilicet] feruore caritatis qua p[ro] nobis pati voluit / &
dolore passionis qua p[ro] nob[is] voluntarie sustinuit / et ardore compassionis
qua matris dolori pie compassus fuit / Vnde sic dicit aug[ustinus] plus doluit de
materno dolore q[uam] de p[ro]prio liuore / ideo non est mirum si sanguis xpi virtute
huius triplicis caloris in lactis formam versus fuit / Iuxta illud apoc. 19.
lauerunt stolas suas in sanguine agni / De 2a patet pena n[amque] crucis p[er] xpm
voluntarie p[ro] nobis assumpta iram dei placauit / & nos patri r[e]conciliauit /
vn[de] dicitur eph. 5 Tradidit semetipsum p[ro] nobis in p[re]cium r[e]conciliationis oblacio[n]em
& hostiam deo p[at]ri ut v[idelicet] iram dei placaret / diuine iusticie p[ro] nobis satisfaceret
que patris non remisit sine satisfactione / & ideo ut esset copiosa apud deum redemp
tio non solum p[er] suum sanguinem nos a peccato mundauit / s[ed] e[ti]am omnem penam nobis
p[ro] peccato debitam p[ro] nobis sustinuit Iuxta illud ys. 53 vere languores n[ost]ros
ipse tulit / etc. De 3o p[atet] r[ati]onem huius fructus suauitas conuenienter informat
fructum celestis glorie qua mentem incredibili suauitate delectat De quo dicitur
prou. 3o. Bonorum laborum gloriosus est fructus / Hunc aut[em] fructum h[ic] p[re]li
bamus in celestis iocunditate / q[ui] p[re]uenit ex mentis interna puritate / q[uia] dum
mens pura in seipsa contemplatur inestimabili gaudio repletur / & efficitur
ei nulla delectatio tristicia penitus comparari Vnde secura mens q[uasi] iuge
conuiuium / p[re]libamus eciam ipsum in contemplationis serenitate q[ue] inenarrabiles de
lectationes affert serenitate & puritate ut p[atet] 2o ethicorum De quo exponi
p[otest] illud quod scribitur Constituit eum sup[er] excelsam t[er]ram ut co[m]ederet fructus agrorum / Mens
n[on] contemplatiua sup[er] excelsam t[er]ram constituitur qua omnia desideria terrena s[u]
gradiens in apice contemplacionis erigit[ur] & tunc comedit fructus agrorum
Vnde d[icitu]r efficitur iocunda contemplacione creaturarum Sed quia creaturarum con
templacio non quietat mentis desiderium quousque summum & finale bonum ap
prehendat / Ideo p[ro] contemplacione creatoris subditur ut sugeret mel de petra
o. de saxo d[urissi]mo per mel intelligitur dulcissima suauitas que h[ab]etur in fruicione
diuinitatis / p[er] oleum intelligitur affluencia iocunditas que h[ab]etur in contemplacione
humanitatis / que bn̄ p[er] saxum intelligitur Vnde xpus nulla tribulacione
vnq[uam] cessit s[ed] s[em]p[er] iocunda paciencia in me p[er]mansit / & ille fructus bn̄ in libro
andree apparuit q[ui] p[re] nimio dulcore diuini amoris penam crucis alac[riter]

Mūdificat

Rō.

Rōciliat

delectat

ter sustinuit / et in tanta claritate celestis illius splendoris exalauit

Petra fundebat michi riuos olei / Job 29° In festo nicolai
Verba ista imp(er)petua eternitate ad fidelis anime expressionem et quemuis beati
nicolao et est sensus. i. beatus nicolaus petra. i. beatus nicolaum
in tanquam virtutis perfectionis admodum petre firmiter fundebat id est in mu-
kp Sancti. liberalitate effundebat / riuos olei i. pietate multitudinis sue pietatis
in quibus sibi comedat beatus nicolaus aduobus / primo a firmitate sue perfectionis
perfectio i. petra / tercia quod nondum quo adperfectionem sue sanctitatis beatus nicolaus
Scd'o a sue pietatis diffusione cui comettitur fundebat (pat petre acutissime propter honorem sue placationis / De primo pt intelligi
illud Exo x Sephora tulit petram acutissimam et precidit preputium filii
sui Sephora interpretatur auis eius ut hic placens adhesit / et signat beatum ni-
feruor colai sicut auis pululatum superne contemplacionis et xpo placens adhe-
deuocionis / sic tulit petram acutissimam quia apprehendit deuocionem feruentissimam et
precidit preputium filii quia a corde suo segregat / omnes cogitationes illicitas
et affectiones ut nichil dicat pt illud Job 27° Non reprehendit me cor meum
in tota vita mea / Ut autem feruor sue deuocionis melius elucescat
Tria sunt que sunt tam feruentis deuocionis beati nicolai scilicet puritas acqui-
escentis consilio sapientis Omni custodia conserua cor tuum / quia ex ipso pro-
confessionis puritas cedit vita / Item oracionis assiduitas qua vacauit et in sua iuuentute Vnde
oracionis assiduitas de ipso legitur quod cum adhuc puer esset lumina ecclesie frequentabat et in senectute
vnde dicitur quod factus episcopus in oracionibus vigilabat et in morte ultima hec legitur
dixisse In manus tuas domine commendo spiritum meum / Item pueritie austeritas quod cum adhuc puerulus
pueritie austeritas esset inchoauit / Nam ad vbera matris pendens feria quarta et sexta tamen semel
sugit vbera / Sed prohdolor hic feruor deuocionis nunc in multis deficit
Nam quidam a puritate confessionis defluunt / per viles cogitationes et si facultas
desit potentiam explendi in operacionem saltem volunt ea seruari in cogitatione / de
quibus scribitur ysa 66° In abhominacionibus mens eorum delectata est / Quidam
vero ab oracione deuota defluunt per detractiones qui quod boni in aliis viderint
detractores suspectant / et si quid mali suspicant sua temeritate aggrauant
et augmentant / de quibus ecclesiastici xi Bona in mala conuertunt / et insidias
in electis imponunt / maculam / Tertia vero ab austeritate prima defluunt per car-
nales delectaciones qui corrupti erant que interiore Joelis primo a quibus ma-
xime virtutis amatores caue debent ultima michi tamen impedit / a perpetuo
2. veritatis quia vita libidini data ut dicit augustinus in de vera religione / Secundo perfecto
Vigor sanctitatis beatus nicolaus comparatur petre durissime propter vigorem sue dilectionis / Quod
dilectionis pt intelligi illud quod scribitur deuteronomii 8 Eduxit riuos de petra durissi-
ma quod bene cognouit beatus nicolaus qui riuos bone operacionis eduxit de petra soli-
dissime dilectionis / Petre namque soliditas dilectionis petre durissime comparatur
est i. dura quia nulla prosperitate seu voluptate emollitur Durior quia
nulla aduersitate frangitur Est etiam durissima quia nulla tribulacione nec
etiam morte superatur / Unde canticorum 8 fortis est ut mors dilectio / dura ut infer-
nus emulacio / Ideo beatus nicolaus propter soliditudinem sue dilectionis dicere pt illud Ro 8
Quis nos separabit a caritate dei et cetera / an gladius et cetera / Vnde bene signatur prudentem sapi-
entem qui edificat domum suam super firmam petram ut dicitur mathei primo / Ultima
beatus nicolaus mentem suam solidauit super caritatem robustissimam et hec domus
eius stat dicitur Jo nec potest mouere plurimas carnalium delectacionum nec per
uerse temptacionum nec pressurae quorumlibet tribulacionum / Sunt autem tria que

maxime solent animum hominis immutare scilicet etas dignitas et prosperitas
sed beatus in mentalitate solidatus / Nec fuit mutatus propter etatem quia sicut iu-
ventutis eius ita et senectus eius ut dicitur deute 33 / nec propter dignitatem quia
eandem humilitatem servavit in placatione qua ante servavit in subiectione / nec
propter prosperitatem quia equanimiter se habuit in diebus prosperitatis sicut in diebus
infirmitatis / sicut de ipso legitur quod eandem humilitatem et morum gravitatem
quam prius habuit in pontificali dignitate servavit / Tercio beatus in prospero statu
imperatur petre sublimissime propter honorem sue placationis de quo potest illud i- honor placuit
ntelligi per dominum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me rite habuit beatus nicolaus
cum dominum in statu humilitatis et declinationis tanti honoris esset anxius fuit in
et pontificalis dignitatis per divinam providentiam exaltatus / unde rite dicere
potuit illud psalmi Statuit super petram pedes meos et direxit gressus meos / Deus qui beatum N.
super petram statuit / quando ipsum in dignitate pontificali propter eius sanctitatis sublimitatem misit
sublimavit / Unde et gressus suos direxit quia sua voluntas et affectio numquam
a rectitudine declinavit iusticie / Unde congruit sibi illud Job 29 Iusticia indutus
sum et vestivit me dyademate iudicio meo / Quod autem beatus nicolaus propter
suam sanctitatem ad pontificalem dignitatem fuit sublimatus evidenter apparet
in tribus / Primo si consideremus prerogativam eius promotionis fuit enim in divino ora-
culo premonstratus quando voce lapsa de celo ipsum fore dignum summo sacerdocio declaravit
2o si consideremus consistenciam sue excusationis quia se huius status indignum fu-
isse testabatur / unde legitur quod sue coronationi multum renitens obstitit
et pontificalem infulam plurimum recusavit / 3o si consideremus efficaciam divine
inspirationis quia et potorum fuit impetratus et ab omnibus concorditer approbatus
unde legitur quod visis eo statim laudaverunt magnalia dei / unde de eius sublimitate
mistica potest apparere intelligi quod scribitur sapiencie xi Sitierunt et invocaverunt
sunt nomen tuum domine et data est eis aqua etc. Secundus sermo Pyetatis
[S]ecundo commendatur ex verbis premissis a sue pietatis diffusione cum dicitur fundebat diffusio
[fun]debat mihi rivos olei / in quibus sue pietatis diffusio attollitur / quo ad tria
primo ab eius liberalitate cum dicitur fundebat / Non enim mundabat sed distil-
labat sed liberaliter effundebat / 2o ab eius copiositate cum dicitur rivos non guttas
ut sue pietatis copiositas declararetur / 3o ab eius melliforte cum dicitur olei quia
secundum beatum super cantica misericordiam et pietatem / Primo ergo dico quod sue pietatis
diffusio attollitur ab eius liberalitate / quia totum patrimonium suum pro posse liberaliter
distribuit / ut patet in hoc quod triplici pondere auri trium virginum stuprum
prohibuit et patris eorum inopiam relevavit / unde convenienter potuit illud
dicere ysa 44 Effundam aquam insipienti et fluenta super aridam / quia aquam
temporalis substancie propter pietatem liberaliter effudit / super sicientem id est indigentem
et fluenta super aridam quia effluenter relevavit eius inopiam propter quod
sibi convenit illud ps Dispersit d. p. / Ipse enim est ille beatus dives qui post aurum
non abiit 31 / Ubi tres perfectionis gradus implicantur / Magnum est enim divicias
non appetere cum non habuerit cum dicitur beatus dives q. p. a. n. a. / Magnum est etiam spernere
non ponere cum habuerit cum dicitur nec speravit in pecunia thesauris / Maximum est cum habuerit et propter pietatem
dispergere cum ultimo queritur quis est hic et laudabimus / Sed nos possumus respondere
quod iste est sanctus nicolaus quia sicut beatus dives aurum non appetivit sed pietate habitum
abiecit / Secundo quia in ipso non speravit sed totum dispersit / unde de ipso legitur quia
mundi spreto ad suis oblationibus fuit ... quia divicias ipse dispersit
unde dicit gregorius 23 moralium ... ipsa rerum affluencia onerosa est

Tercia hoc ipsum graviter tolerant / Tercia festinantes ad patriam in itinere
inceta portant / et ideo aut despiciendo deserunt aut largiendo distribuunt
Primum est paupertas voluntaria / 2m est paupertas [illegible] / 3m est paupertas
aurea et hec adapta hec Secundo pietatis eius diffusio attollitur ab eius copiosita-
Copiositas tem fudit rivos in quo verbo copiositas eius pietatis decenter exprimitur / pro
pietas miserationis divine qua in omnem creaturam diffunditur ideo nomine
fluminis exprimitur Eccli 24 Ego sapientia effudi flumina / pietas vero hominis que
est particularis et solum respiciat proximum decenter nomine rivi intelligitur / et hec
dicitur vero in vnius sapientis Eccli 6 miseratio hominis circa proximum miseratio autem dei
super omnem carnem / et ideo designat copiosa eius pietate potest intelligi illud quod scribitur
ps. 33 locus fluminorum rivi latissimi et patentes / vbi tria circa eius copiositatem
pietatem notantur implicantur Primum est sua capabilitas ad tantorum donorum
receptorem ideo dicitur locus fluminum / Tercia meo sunt capabilitas plena celestium
donorum hec aut capabilitas fuit sua profunda humilitas Tercia secundum aug
fluenta graciarum derelinquunt cacumina montium et defluunt ad yma convallium
Facilitas 2m est sue copiositatis diffusibilitas ideo dicitur rivi latissimi quia rivi sui pietatis
mos usquequaque diffusi ut statim probabit / 3m est sue diffusionis facilitas ideo
patentes Tercia ipsius pietas est tam patens quod faciliter se diffundit
omnibus devote ipsum invocantibus / quod patet / nam adest laborantibus in famitate
es patitur adest periclitantibus in naufragio liberatorem / Et adest esurientibus
Multiformitas farris augmentatorem Que tria tangunt in prosa sua dicitur Hospitatur dedit egenis
2e modo naufra et [illegible] prestant / 3o sue pietatis attollitur diffusio ab eius multiformitate
ideo subditur fundebat in rivos olei / Nam istos rivos olei fudit de celo
et de tumulo et de mundo / De celo fudit oleum singularis exultationis quo
de Celo sancti sanantur de quo ps dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo gaudii spi-
ritualis / Nam gaudio spirituali vngitur contra [illegible] in cogitationibus aliquos exhor-
tum ut in [illegible] sordidum inveniunt pro [illegible] Secundo multa quinque [illegible]
de Tumulo 2m quod fudit de tumulo est oleum medicine quo infirmi restaurantur de quo
illud deutro 32 ut sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo / ubi signatur liquor
sue pietatis dicitur mel quia infirmos delectat Sed dicitur oleum quia egros sa-
nat Utrumque tamen dicitur fluxisse de petra duri Tercia [illegible] invocatorem Utrumque
trahitur ad literam de [illegible] tumba lapidea iuxta illud Cuius tumba marmorea
sacrum rorem / [illegible] quod egros sanat / cecis visus / [illegible] auditum reddit / 3m quod fudit
de Mundo de mundo est oleum misericordie quo omnes nostre necessitates et indigentie relevantur
de quo potest intelligi illud Cant 1 Oleum effusum nomen tuum / Et nota quod illud
oleum dicitur infusum et effusum Sunt enim quidam qui illud oleum pietatis habent
infusum et non effusum Et ista sunt qui dona gratie perceperunt quo ad sua sufficientiam
sed aliis non infundunt per redundantiam quibus recte potest illud dici Reg 4
Dixit domina quia non habeo nisi parum olei quo ungar Sed beatus Nicolaus non
solum habuit oleum infusum miserationis quo ad propriam sufficientiam sed effusum
maliorem per liberalem redundantiam / Tantum enim isto oleo redundat quod ab eo
indeficienter manat / et hoc bene figuratum est per id quod scribitur Reg 3 Hec dicit
dominus farina ydrie non deficiet nec lecythus olei bene signat illud oleum indefi-
cienter profluens Tercia ut si defecit ad primum ut nobis ad suffragium nec
languentibus ad remedium Tercia adiutor in tribulationibus dicitur 2o

Secundus sermo de sancta Lucia

Fortitudo et decor indumentum eius et ridebit in die novissimo // proverbiorum 31°. Verba ista scri-
buntur ad literam de forti muliere quam Salomon multis laudibus attol-
lit et possunt convenienter intelligi de beata Lucia cuius festum in mobile primus
sic tripliciter commendatur. Primo commendatur a vigore insuperabilis potestatis
cum premittitur fortitudo. Circa quod notandum quod vigor sue potestatis extollitur
tribus. Primo namque ostenditur fortis ex viciorum vigorosa extirpacione
Dei omnipotentis aspiracione de Ezechiel propheta locuturus prius debeo tempora et modos aperire prophetie, ut dum accessus eius ostenditur virtus melius cognoscatur. Prophecie tempora tria sunt, scilicet preteritum, presens et futurum. Sed sciendum est quod in duobus temporibus prophecia ethimologiam perdit. Quia enim ideo prophecia dicta sit quod futura predicat, cum de preterito vel presenti loquitur racionem sui nominis amittit. Quia non prodit quod venturum est, sed vel ea memorat que transacta sunt vel ea que sunt. Que tamen tria prophecie tempora verius loquimur, si et sacre scripture testimoniis ostendamus. Prophecia de futuro est: Ecce virgo concipiet et pariet filium. Prophecia de preterito: In principio creavit deus celum et terram. De illo enim dixit homo tempore quo non erat homo. Prophecia de presenti est quam Paulus apostolus dicit: Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, et ita cadens in faciem adorabit deum pronuncians quod vere deus in vobis sit. Cum igitur dicitur occulta cordis eius manifesta fiunt, profecto monstratur quia per hunc modum prophecie spiritus non predicit quod futurum est, sed ostendit quod est. Quo autem pacto prophecie dicitur spiritus qui nichil futurum indicat sed presens narrat? Qua in re considerandum est quod recte prophecia dicatur, non quia predicat ventura, sed quia prodit occulta. Res quippe qualibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahitur tempore, ita ab oculis nostris in presenti subtrahitur causa. Ventura etenim res occultatur in futuro tempore, presens autem cogitacio absconditur in latenti corde. Est etiam prophecia presens, cum res quelibet non per animum, sed per absenciam locorum tegitur, que tamen per spiritum demonstratur, et ibi fit presens prophetantis animus, ubi per presenciam non est corpus. Nam Giezi longe a propheta recesserat, cum Naaman Syri munera percipiebat; cui tamen idem propheta dixit: Nonne cor meum in presenti erat quando reversus est homo de curru suo in occursum tibi? Sciendum quoque est quia prophecie tempora invicem sibi concinunt ad probacionem, ut aliqui ex futuris preterita, aliqui vero ex preteritis probent futura. Dixerat enim Moyses: In principio creavit deus celum et terram. gen. 1 Sed quis crederet quia verum de preterito diceret, si de futuro etiam non dixisset? In ipsius enim libri fine in cuius exordio illa de preterito de preterito dixerat, aliquid prophecie per Jacob voce de futuris premunivit dicens: Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de femoribus eius donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectacio gencium. gen. 49 Qui eciam per semetipsum eundem qui mittendus erat et quem dicebat populo prophetavit dicens: Prophetam nobis suscitabit dominus deus noster de fratribus vestris tanquam me, ipsum audietis. deut. 18 Erit autem quicunque non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo suo. Cur ergo premisit preteritis ventura, nisi ut dum implentur ea que de futuro predicaret ostenderet et quia de preterito vera dixisset? Quia etiam

3 tempora prophecie: presens, preteritum, futurum.

docuimus qualiter ex futurorum prophetia
probaretur preterita. Restat nunc ut ad
hunc de sacris eloquiis ostendamus
quomodo in prophetie spiritu ex preteritis pro
bentur futura. Certe rex Babiloni
Daniel 2. cus cum sompnium vidisset iussit ad
magos et ariolos omnesque sapi
entes Babilonie conuocari, nec
ab eis solummodo interpretacionem
sompnii, sed etiam sompnium quesiuit
ut eius tenorem ex preterito colligeret si
quid in eorum visionibus de ven
turo certum teneret. Cumque nulla
dicere potuissent, Daniel deductus est
ad medium. Qui de interpretacione
sompnii et de narracione requisitus
non solum hoc indicat quod interro
gatus est, sed ipsa sompnii originem
replicauit dicens: Tu rex cepisti
cogitare in stratu tuo quid esset
futurum post hec. Et paulo post: Tu
rex videbas et ecce quasi statua
una grandis etc. Cuius videlicet
sompnii mox ordinem dixit, quicquid
ex eodem venturum sequebatur aperuit.
Pensemus ergo ordinem prophetie: a
cogitacionibus venit ad sompnium, a
sompnio peruenit ad futura. Qui er
go ipsam, ut ita dicam, radicem sompnii
retulit, profecto ex preteritis probauit quam
vera essent que de futuris diceret.
Prophecia autem presentis temporis nec preteriti
attestacione indiget nec futuri, quia
cum res occulta per prophetie verba
detegitur, veritatem illius rei ipsa que
ostenditur attestatur. Tertium quia
de temporibus prophetie tractauimus, restat
videre de modis eius ac qualitatibus
aliqua disseramus. Spiritus quippe pro
phetie nec semper nec eodem modo prophe
tangit animum prophetantis et ex futuro
nequaquam. Aliquando ex futuro tangit
et ex presenti non tangit. Aliquando vero
ex presenti et ex futuro tangit. Aliquando
autem ex preterito et ex presenti atque ex fu
turo pariter animus tangitur prophetan
tis. Aliquando tangit ex preterito
prophetie spiritus nec tangit ex futuro.
Aliquando autem tangit ex futuro nec
tangit ex preterito. Aliquando vero in presenti
ex parte tangit, et ex parte non tan
git. Sed hec ipsa si possumus eo
ordine quo premissa sunt sacre

scripture testimoniis ostendamus. Ex
presenti enim prophetie spiritus prophetantis animum
tangit atque ex futuro non tangit,
sicut Johannes Baptista venientem
dominum videns ait: Ecce agnus dei,
ecce qui tollit peccata mundi. Sed qui
iam moriturus esset, misit discipulos
requirebat dicens: Tu es qui ventu
rus es, an alium expectamus? In
quibus verbis ostenditur quia in mun
dum venisse redemptorem e[…] no
rat, sed an per semetipsum ad ap
enda inferni claustra descenderet
dubitabat. Ex presenti ergo prophetie spiritu
tactus fuerat qui humanitatem me
diatoris videns et eius diuinitatem
intelligens confitebatur agnum qui
peccata mundi tolleret. Sed tactus ex
futuro non fuerat, qui aduentum
illius in inferno nesciebat. Aliquando
vero prophetie spiritus animum prophetantis
ex futuro tangit atque ex presenti non
tangit, sicut aperte libri Geneseos
hystoria testatur. Cum Ysaac Esau
filium suum ad venandum misit, mi
norem filium ad benedicendum
Rebecca subposuit, qui hedinis pel
libus indutus patrio palpatui con
trarium finxit. Cui ille minori fi
lio tanquam maiori benedictionem dedit
queque ei essent longe futura in
timauit. Sed quis esset qui coram se
assisteret scire non potuit. Prophetie
ergo spiritus ex futuro prophetantis animum
tetigit atque ex presenti non tetigit,
quia caligantibus oculis pater et
ventura predicebat et presentem fi
lium nesciebat. Aliquando prophetantis
animum ex presenti pariter et ex futuro
tangit, quod ex eodem libro Genese
os liquido docemur. In illo quippe
scriptum est: Cumque tempus vite iam
termino propinquaret, Jacob duos fili
os Joseph fecit assistere, ut ex be
nedictione illius possent longe post
futura promereri. Cum maiorem
ad dexteram, minorem vero posuit ad
sinistram. Cumque ille oculos sen
ectute caligantibus nepotes suos
quis prior quisne esset minor huma
no visu nequaquam discernere posset

. B. modi prophecie .

directis in obliquum brachiis dextram
manum minori sinistram maiori po
suit. Quod dum corrigere filius
vellet qui ait: Non ita convenit pater
quia hic est primogenitus, audivit
Scio fili mi scio. Et iste quidem erit
in populos et multiplicabitur, sed frater
eius minor maior erit illo. Prophetie ergo
spiritus ex presenti pariter et ex futuro pro
phetantis animum tetigit dum Iacob
et ventura nunciabat et eos quos
corporeis oculis videre non pote
rat ante se positos per spiritum discer
nebat. Sic Achie prophete cum prophetie
3 Re 14 spiritus ex presenti atque ex futuro tetige
rat tunc caligantibus oculis eam que
se esse aliam simulabat et uxorem
hieroboam esse cognovit et queque
ei futura essent aperuit dicens: Ingre
dere uxor hieroboam quare aliam te es
se simulas. Ego autem missus sum ad
te durus nuncius vade et dic hiero
boam: Hec dicit dominus deus israhel
Quia operatus es male super omnes
qui fuerunt ante te et fecisti tibi deos
alienos et conflatiles ut me ad iracun
diam provocares, me autem proiecisti
post corpus tuum, ideo ego inducam
mala super domum hieroboam. Ex
presenti ergo atque futuro pariter propheta
ntis animus tactus fuerat qui et in
gredientem deprehendere potuit et ei
Luc 1 ventura nunciare. Aliquando autem ex pre
terito et ex presenti atque ex futuro pariter
animus tangitur prophetantis sicut E
lizabeth ad senectutem Mariam con
spiciens quia incarnatum verbum
gestaret in utero agnovit eam quoque ia
dominam suam matrem vocavit dicens: Unde
michi hoc ut mater veniat domini
mei ad me. De cuius conceptione
Mat 1 per angelum quoque ad Ioseph dicitur
Quod enim in ea natum est de spiritu
sancto est. Que videlicet elizabeth
dicit: Beata que credidisti quoniam
perficientur ea que dicta sunt tibi a
domino. Dicens enim beata que cre
didisti aperte indicat quia verba angeli
que dicta ad mariam fuerant per
spiritum agnovit. Atque subiungens
perficientur ea que dicta sunt tibi
a domino, que ea etiam in futuro se

querentur previdit. Cum ergo de pre
terito et presenti atque ex futuro prophetie
spiritu tacta est, que et eam promissi
onibus angeli credidisse cognovit
et matrem nominans quia redem
ptorem humani generis in utero porta
ret intellexit et cum omnia perfici
enda prediceret quid etiam de futuro
sequeretur aspexit. Aliquando vero prophetie
spiritus ex preterito tangit animum nec ex preterito
tangit ex futuro sicut in Paulo
apostolo aperte ostenditur qui discipu
lis dicit: Notum vobis facio fratres evan
gelium quod evangelizatum est Gal 1
a me, quia non est secundum hominem
neque enim ab homine accepi illud
atque didici sed per revelacionem ihesu
christi. Unde aliis quoque discipulis dicit
Secundum revelacionem notum michi Ephe 3
factum est sacramentum, qui tamen
hoc ipsum evangelium quod per re
velacionem cognoverat cum Ierosoli
mam predicaturus ascenderet ait
Ecce ego alligatus spiritu vado in ierusalem Act 20
que in ea ventura sint michi igno
rans. Hoc quippe evangelii sacra
mentum est quia unigenitus patris
incarnatus atque perfectus homo
factus est qui crucifixus mortuus
et sepultus die tercia resurrexit
die quoque quadragesima ascendit
in celum atque in dextera patris
sedet. Quod ergo per revelacionem evangelium
agnovit prophetie spiritu de preterito tactus
est. Sed quia quid pro eodem evangelio
passurus esset ignoravit de futuro
procul dubio tactus non est. Nam
et sic dicit: nisi quod spiritus sanctus per omnes
civitates protestatur michi dicens Act 20
quia vincula et tribulaciones me
manent, aperte ostendit quia ea que
ipsi futura essent aliis de ipso reve
lata erant, non autem ipsi de se. Sic
de illo per agabum dicitur: Virum cuius Act 21
hec zona est ita alligari oportet
in ierusalem. Aliquando autem prophetie spiritus 6
tangit ex futuro nec tangit ex pre ex futuro
terito sicut de Elizei famulo scriptum est
Quia cum unus ex filiis prophetarum 4 Reg 6
materiam succideret huius ferrum securis
in aquam excidit et exclamavit heu heu

domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo Dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Praecidit ergo lignum et misit illuc, natavitque ferrum. In quo videlicet prophetae facto cognoscitur quia qui requirit ubi ceciderat, quid esset facturus noverat, sed tamen cum requirit constat quia ferrum cecidisse ignorabat. Prophetiae ergo spiritus Helisei mentem ex futuro tetigerat, sed ex praeterito non tangebat, quod et ferrum in profundis dimersum quo revertitur esset ad superficiem surgere potuit, sed ubi cecidit omnino nescivit.

7 In praesenti ex parte sic et ex parte non

Aliquando vero prophetiae spiritus in praesenti ex parte tangit et ex parte non tangit, quod Petri apostoli historia testatur. Cum missi ad eum a Cornelio milites ei sunt per spiritum nuntiati, scriptum quippe est: Dixit spiritus ei: Ecce viri tres quaerunt te. Ad quos ille descendit et requirens dixit: Quae causa est propter quam venistis? In cuius verbis ostenditur quia eandem causam non audierat quam a militibus requirebat. In praesenti ergo mentem Petri spiritus et ex parte mentem tetigit, et ex parte non tetigit. Cum et ad eum milites dixit, et pro qua causa venerant tacuit.

Act. 10

8. In futuro ex parte sic et ex parte non

Aliquando vero spiritus prophetiae in futuro ex parte tangit et ex parte non tangit, sicut prophetarum filii de auferendo Helia ad Heliseum dicunt: Numquid nosti quia hodie Dominus tollat dominum tuum a te? Quo tamen ablato sese per diversa dispergunt, eum quaerentes etiam in rupibus et vallibus quaerunt. In futuro ergo eorum mentem prophetiae spiritus et ex parte tetigerat et ex parte minime tangebat. Quod enim eum tollendum noverant, non inveniendum quaerebant. Ex parte itaque tacti sunt atque ex parte non tacti, qui et sciebant quod et tolli posset, et nesciebant quod inveniri non posset.

4 Reg. 2

Idem quoque Heliseus per prophetiae spiritum de futuro ex parte tactus et ex parte non tactus, cum regi Israel diceret: Percute iaculo terram, et cum percussisset tribus vicibus et stetisset,

4 Reg. 13

iratus est contra eum vir Dei et ait: Si percussisses quinquies aut sexies sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem. Nunc autem tribus vicibus percuties eam. Qui iram noverat, quia quotiens percuteret Syriam, quoadusque protulisset terram. Sed cum ei diceret: Percute terram, quotiens eam percussurus esset ignorabat. Nimirum quia et indignatus est tantum tercio fuisse percussam. Propheta constat quia de futuro ex parte tactus fuerat, ex parte non tactus, qui Syriam percuti praedixit. Sed terram percuti amplius noluit. Sic Samuel cum ad ungendum David a Domino mitteretur, respondit: Quomodo vadam? Audiet enim Saul et interficiet me. Qui et David vixit, nec tamen a Saule occisus est. Ex parte ergo de futuro tactus prophetae animus fuerat, et ex parte non tactus, qui et ungendum David in regno noverat, et quia a Saule non esset occidendus ignorabat. Sciendum quoque est quod prophetae quidam ex proximo contingunt, alii vero e longinquo et non tangunt ex proximo, alii autem et e longinquo et ex proximo prophetiae spiritu tanguntur. Nam quidam tanguntur ex proximo et non e longinquo, sicut Samuel ipse asinas noverat easque inventas esse nuntiabat, Saul regem futurum praedicat, David quoque quia in eius regno succederet nuntiat, sed quia pater regis aeterni futurus sit non praedicat. Quidam vero tanguntur e longinquo et non tanguntur ex proximo, sicut de incarnando Dei unigenito David noverat, de Iudaea diceret: Homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. Atque hunc ad caelos ascensurum et ad Patris dexteram sessurum intelligit dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis. Et tamen multa quae e proximo acta sunt minime praevidit. Ut enim pauca de multis loquar, servum Mifiboset Siba cum dominum suum mentientem non intellexit, et Amasae promittens dixit: Haec faciat mihi Deus et haec addat, si non magister

E

iudicas suis coram me omni tempore
per Jacob vero quod sequitur ignorans
prima idem amasa non solum per
spiritum iudicii per Joab suscipere sed
etiam per Joab post paululum victurus
fuerat. Et cum templum deo construere voluit quid de extremo sequitur
nesciens prophetam alterum requisivit.
Quandoque vero de longinquo longinqua tangit
et ex proximo sicut Ysaias longe post
futura praenuntiat dicens Ecce virgo
concipiet et pariet filium et vocabitur
nomen eius Emanuel. De quo
rursus ait Parvulus natus est nobis
et filius datus est nobis et factus
est principatus super humerum eius
et vocabitur nomen eius admirabilis
consiliarius deus fortis, fortis pater
futuri saeculi princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium et pacis non
erit finis. Qui etiam de Ezechia
rege prophetiae spiritu tactus extremo quod
de infirmitate sua surgeret praedixit
et quot annis post infirmitatem viveret innotuit. Aliquando vero prophetis
spiritus prophetiae deest nec semper eorum
mentibus praesto est quatenus cum hunc
non habent se hunc cognoscant de
dono habere cum habent. Unde Helyzeus
cum flentem Sunamitem mulierem
a suis pedibus per Gezi puerum
repelli prohiberet dixit Dimitte illam
et dominus celavit me et non indicavit mihi anima enim eius in
amaritudine est. Hinc quoque cum
eum Jozaphat de futuris requireret
et prophetiae ei spiritus deesset psalterium fecit
applicari ut prophetiae ad hunc spiritus per
laudem psalmodiae descenderet atque
eius animum de venturis repleret.
Vox etenim psalmodiae cum per intentionem cordis agitur per hanc omnipotenti domino ad cor iter paratur
ut intentae menti vel prophetiae mysteria
vel compunctionis gratiam infundat. Unde scriptum est Sacrificium laudis honorificabit me
et illic iter est quo ostendam illi
salutare dei. Quod enim latine salutare hoc hebraice Ihesus dicitur.
In sacrificio ergo laudis fit in Ihesu
iter ostensionis quia dum per psalmodiam compunctio effunditur via nobis
in corde fit per quam ad Ihesum in
fine pervenitur sicut ipse de sua ostensione loquitur dicens Qui diligit
me diligetur a patre meo et ego
diligam eum et manifestabo ei
meipsum. Hinc quoque scriptum est
Cantate domino psalmum dicite nomini
eius, iter facite ei qui ascendit
super occasum. Ascendit quippe morte
resurgendo calcavit. Cui ergo ca-
tando iter facimus ut ad nostrum cor
veniat et sui nos amoris gratia
accendat. Quia autem prophetis prophetiae 3 Reg 13
spiritus non semper adest et iam vir
dei indicat qui contra Samariam
missus mala quae erant ventura
nuntiavit. Cui tamen prohibitus a
domino in via comedere propheta falsi per-
suasione deceptus est. Quem fallax
sermo non deciperet si prophetiae Nota
spiritum tunc habuisset. Sciendum quoque
est quod aliquando prophetae sancti dum con-
suluntur ex magno usu prophetandi
quaedam ex suo spiritu proferunt et se
haec ex prophetiae spiritu dicere suspicantur.
Sed quia sancti sunt per spiritum sanctum
citius correcti ab eo quae vera sunt
audiunt et semetipsos quia falsa di-
xerunt reprehendunt. Nathan etenim
prophetam sanctum virum fuisse 2 Reg 12
quis nesciat qui David regem et
de culpa aperte reprehendit et ge
ei pro culpa eadem ventura
nuntiavit. Quem tamen cum idem 2 Reg 7
David quia templum deo vellet
construere requisisset illico respondit
Omne quod est in corde tuo vade
et fac quia dominus tecum est. De
quo illic statim subditur Factum
est autem nocte illa et ecce sermo
domini ad Nathan dicens Vade et
loquere ad servum meum David Haec
dicit dominus deus Israel Numquid tu aedi-
ficabis mihi domum ad habitandum
Neque enim habitavi in domo ex die
qua eduxi filios Israel de terra Egip-
ti usque in diem hanc. Et paulo
post Cumque completi fuerint dies
tui et dormieris cum patribus tuis
suscitabo semen tuum post te quod

prophete et doctores
ex suo spiritu pro [illegible]
dicere

Vide Beda super 1 Reg 20
[illegible]

egredietur de utero tuo, et firmabo re-
gnum eius. Ipse edificabit domum no-
mini meo. Ecce Nathan propheta qui prius
regi dixerat Vade et fac, ipse post-
modum per prophetie spiritum edoctus hec
fieri non posse denuntiavit, et regis
consiliis et suis sermonibus contradixit
quia quod ex suo spiritu dixerat falsum
fuisse reprehendit. Qua in re inter
prophetas veros et falsos ista distantia
est, quod prophete veri siquid aliquando per
suum spiritum dicunt, hoc ab auditorum
mentibus per sanctum spiritum eruditi ci-
tius corrigunt. Prophete autem falsi et
falsa denuntiant, et alieni a sancto
spiritu in sua falsitate perdurant. Conside-
ratis igitur prophetie temporibus et modis
intueri libet qualiter omnipotens deus
ad perfectum hominum ire sue modera-
mina dispensat. Israheliticus quippe
populus conditori suo deliquerat, et id-
circo regi Babilonico in captivitate
subiciebatur. Cum quo tamen Ezechiel
propheta in captivitate mittitur, quem
divina gratia ita sibi placabilem fecerat
ut per eum ventura quoque predicaret
et afflicti populi merorem consolari di-
gnaretur. Consideremus ergo si possumus
quanta est dispensatio superne pietatis,
quia sic iratus est populo suo dominus
ut tamen non omnimodo irasceretur.
Nam si iratus ~~electos suos~~ non
esset, in captivitate populum minime tra-
didisset. Et si omnimodo iratus esset,
electos suos cum illo in captivitate
non mitteret. Ecce agit hec divina
misericordia ut ex una eademque re ex qua
carnalibus dat flagellum, ex ea
spiritalibus utiliter prebet incremen-
tum. Cumque illos per tribulationem
purgat, istos ex societate tribula-
tium ad maiora premia exaltat,
et sic iniustis irascitur ut tamen
eorum corda per ministerium electorum
consoletur. Ne si omnimodo despe-
rat, nullus post culpas ad veniam
redeat. Terrendo igitur repellit,
et repellendo tenet, quia cum his
quos diiudicat simul in tribula-
tione mittit quos amat. Quis
ista tante pietatis viscera pensa-
re sufficiat, et quod culpas populi do-
minus sine vindicta non deserit, quod tamen

delinquentem et populum a se funditus
non repellit. Sic enim Moyses cum
ad repromissionis terram explora-
tores duodecim misisset, ex quibus
cum decem postmodum desperationem
populo facerent, isdem populus in ira
murmurationis accensus ductum se
a domino esse conquestus est, ut eius
cadavera iacerent in deserto. Cui
omnipotens dominus iratus dixit quod
nullus eorum terram repromissionis intraret.
Quo terrore compuncti pravum se
egisse cognoverunt, sese in lacrimis
afflixerunt. Et accincti bellicis ar-
mis protinus ceperunt contra hos-
tes ascendere ut repromissionis terram
post lacrimas intrare potuissent. Quibus
per Moysen dominus dicit: Dic eis
Nolite ascendere neque pugnetis, non
enim sum vobiscum, ne cadatis
coram inimicis vestris. Qua in re pen-
sandum est si cum ipsis non erat,
cur eos ne caderent ascendere prohi-
bebat. Si autem cum ipsis erat, quid
est quod ait: non enim sum vobiscum,
sed mira dispensatione discipline
ac misericordie et cum ipsis erat et cum
ipsis non erat. Ut vinceret, sed cum
ipsis erat ne ab hostibus perirent.
O ineffabilia pietatis viscera. Cul-
pas insequitur et tamen peccatores protegit.
Iratum se indicat et tamen ab hostibus
defendit. Sic plerumque parvulo fi-
lio delinquenti irascitur mater, repre-
hendit, increpat, verberat. Sed si hunc
in precipitium ire conspexerit ubi in mortis
periculum ruat, manum tendit et retinet.
Et que sic irata verberaverat, ac si
non diligeret, sic diligendo retinet
ac si irata non verberasset. Hec in sola
prefatione colloquentes. Nam quia iam
quasi intra portam extremam fecimus,
ut ad indaganda prophetie misteria
velut in immensitatem pelagi vela
pandamus. Quod tamen non in nostra
virtute presumimus, sed in eo qui lin-
guas infantium facit disertas, quia
spiritus domini replevit orbem terrarum
et hoc quod continet omnia scientiam
habet vocis. Omnipotens enim deus sermo
patris omnipotentis est. Et quid ille

Deus moderatur iram suam per misericordiam.

logium concupiscunt. Multi in illo nostro
mo erimus. Dabit verba utilia om-
nipotens verbum quod pro nobis in-
carnatum vivit et regnat cum Patre
in unitate Spiritus Sancti Deus per
omnia secula seculorum. Amen.

Mos prophetice locutionis est ut
prius personam, tempus, locumque
describat et postmodum dicere myste-
ria prophetie incipit, quatenus ad veritatem
solidius ostendendam ante hystorie
radicem figat et post fructus spiritus per
signa et allegorias proferat. Ezechi-
el itaque etatis sue tempus indicat
dicens: Et factum est in tricesimo anno
in quarto mense, in quinta mensis.
Locum quoque denuncians adiungit:
Cum essem in medio captivorum
iuxta fluvium Chobar, aperti sunt celi
et vidi visiones Dei. Tempus cap-
tivitatis etiam insinuat subdens:
In quinta mensis, ipse est annus quintus
transmigrationis regis Ioachim. Qui
ut bene personam indicet etiam genus
narrat, cum subditur: Et factum est
verbum Domini ad Ezechiel filium
Buzi sacerdotem. Sed prima nobis
questio oritur: Cur is qui nichil
adhuc dixerat ita exorsus est dicens:
Et factum est in tricesimo anno. Nam
sermo coniunctionis est "Et", scimus quia
non coniungitur sermo subsequens nisi
sermoni precedenti. Cum igitur nichil
dixerat, cur dicit: Et factum est, cum
non sit sermo cui hoc quod incipit
subiungat? Qua in re intuendum
est quia sicut nos corporalia, sic prophete
sensus spiritualia aspiciunt, eis quoque et in-
illa sunt presentia que nostre ignorantie
absentia videntur. Unde fit ut in mente
prophetarum ita coniuncta sint exterioribus
interiora, quatenus simul utraque videat
simulque in eis fiat et intus verbum
quod audiunt et foris quod dicunt.
Patet igitur causa cur qui nichil di-
xerat inchoavit dicens: Et factum
est in tricesimo anno, quia hoc verbum
quod foris protulit illi verbo quod
intus audierat coniunxit. Continuat
ergo verba que foris protulit visioni
interne, et idcirco incipit dicens: Et
factum est. Subiungit enim hoc quod

exterius loqui inchoat, ac si diceret: Et id
foris sit quod intus videram. Hoc at-
que dicitur quia tricesimo anno spiritum
prophetie accepit, indicat nobis aliquid
considerandum, videlicet quia iuxta rationis
usum doctrine sermo non suppetit
nisi in etate perfecta. Unde et ipse
Dominus anno duodecimo etatis sue
in medio doctorum in templo se-
dens non docens sed interrogans
voluit inveniri. Ne enim non aude-
rent homines in infirma etate pre-
dicare, ille anno duodecimo eta-
tis sue interrogare homines digna-
tus est in terra, qui per divinitatem
suam semper angelos docet in
celo. Quia enim ipse est Dei sapientia,
de ipso angeli videndo vivunt, hoc
est beatitudine eterna satiantur. Quod
Moyses quoque sub allegorie misterio
admonet dicens: Non arabis in
primogenito bovis. Primogenitum enim
bovis accipimus in infirma etate, primi
nostri temporis bonam operationem, in qua
cum arandum non est, quia cum prima
sunt adolescentie vel iuventutis nostre
tempora, nobis adhuc a predicatione
cessandum est, ut vomere lingue
nostre proscindere non audeat terram
cordis alieni. Quo usque enim
infirmi nos sumus, continere nos intra
nosmetipsos debemus, ne dum tenera
bona citius ostendimus amittamus.
Quia et arbusta plantata si prius
in terra radicata non fuerint,
manu tacta citius arescunt. At
si semel radicem fixerint, manus
tangit et tamen nichil officit, venti
impellunt nec tamen impellentes le-
dunt. Et constructi parietes si im-
pellantur eruuntur, nisi a suo prius
fuerint humore siccati. Mens ita-
que quousque ab humore pravitatis
sue perfecte non fuerit exsiccata, aliene
lingue manu tangi non debet,
ne prius quam plene percipiat perdat
soliditatem suam, ne impulsa mat-
ne velut arbustum sine radicibus
dum plus quam tollerare valeat
concutitur arescat. Ad exemplum ergo
non sunt ostendenda nisi que firma
sunt. Prius enim convalescere debet
mens atque ad utilitatem proximorum
postmodum demonstrari. Cum iam

Doctrine sermo non competit nisi in etate perfecta.

Luc. 2

Deut. 17.

B.

nec per laudem elevata cornuat
nec per vituperacionem percussa contra
bescat. Nam et scriptum est Thimotheo de
precipe hec et doce. nemo adolescen
ciam tuam contempnat. Sciendum
est quod in sacro eloquio nonnumquam
adolescentia iuventus vocatur. unde
scriptum est. Letare iuvenis in a
dolescentia tua. Propheta igitur ut
ostendatur cuius auctoritatis sit in pre
dicacione etatis solide esse describitur
quibus ei cum vita et spiritu omnia que
ad predicandum conveniunt concordare
videantur. nec tamen hec monere que
previam debet quod Jeremias atque Da
niel prophecie spiritum pueri perceperunt
quia miracula per exemplum operacionis
non sunt trahenda. Omnipotens
enim deus et linguas infancium
facit disertas. et ex ore infanci
um atque lactencium perficit laudem.
Sed aliud est quod nos doctrine
usu atque disciplina dicimus. aliud
quod de miraculo scimus. Iam vero
si queritur ut in ipsa quoque etatis
illius expressione misticum aliquid
designetur absurdum vero est
quod propheta dominum que verbis denunci
at. Ipso quoque etatis sue tempore
ostendat. anno tricesimo Ezechiel
prophete celi aperti sunt et vidit visi
ones domini iuxta fluvium Thobar
Domini et quasi anno tricesimo e
tatis sue dum ad fluvium Iordanem
venit. Ibi itaque celi aperti sunt quia
spiritus in columba descendit. vox
quoque de celo sonuit dicens. Hic
est filius meus dilectus in quo
michi complacui. Sed et ipsa he
brea verba. misticum nobis ad miste
rium interpretandum valent. Nam
Thobar interpretatur conclusio vel gravi
tas. Ezechiel fortitudo dei. Buzi
despectus vel contemptus. Caldei
captivantes. vel quasi demones.
Venit ergo Ezechiel iuxta fluvium
Thobar. Cuius gravitudo eius
tholitur vel gravitas dicitur. quid
per Thobar fluvium nisi huma
num genus congrue designatur
quod ab ortu defluit ad mortem
et grave sibi est expectat que

perpetrat et portat quia sicut scrip
tum est iniquitas in talentum plum
bi sedet. Hunc enim peccati grave
quia non permittit animam ad sub
limia levari. Unde et per psalmistam
dicitur. Filii hominum usquequo gravi
corde. Septimum vero de domino est quia
ipse est dei virtus et sapientia. Venit
ergo Ezechiel iuxta fluvium Thobar quia
fortitudo dei per incarnationis sue
misterium propugnare dignata est
peccatorum suorum pondera portat
generi humano quod ab ortu suo coti
tidie defluit ad mortem. sicut de illo
et per psalmistam dicitur. Et erit tamquam
lignum quod plantatum est secus
decursus aquarum. Iuxta decursus
quippe aquarum plantatum est. quia
iuxta lapsus incarnatum est et de
fluencium populorum. Ezechiel autem
fortitudinem dei Buzi vero despectum
interpretari diximus. Sed Ezechiel
filius est Buzi. quia ex illo populo uni
genitus dei incarnari dignatus est.
quem propter culpam perfidie dominus
despexit. Fortitudo ergo dei ex contemptu
vel despectu nascitur. quia redemp
tor noster humanitatem assumere
ex populo perfido et contempto dignatus
est. Venit ergo in terram Caldeorum.
Caldei interpretantur ut diximus captivan
tes. vel quasi demones. Iniqui etenim
qui et ipsi iniquitates perpetrant. et
ad iniquitatem alios persuadendo trahunt
nimirum captivantes sunt. Qui vero
quoque et quasi demones interpreta
tur. quia hii qui et alios ad iniqui
tatem swadendo trahunt in semetipsis
misterium demonum ad iniquitatem sus
cipiunt. quamvis demones prorsus non
sint. Venit ergo fortitudo dei in terram
Caldeorum. quia inter eos unigenitus
dei patris apparuit. qui de semetipsis
ad peccatum defluxerant. et ad peccata alios
captivantes trahebant. Post expositio
nis sermo ad prophete iam redeat ad
personam. Et facta est super eum ibi ma
nus domini. Manus vel brachium
dei filius dicitur. quia per ipsum omnia
facta sunt. De quo etiam psalmista
ait. Fiat manus tua ut salvum me

faciat. Manus quippe dei que per divinitatem non est facta sed genita per humilitatem facta est ut humani generis vulnera sanaret. Ubi propheta incarnacionem unigeniti agnovit ubi super se manum domini factam vidit. Et vero subditur et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Intuendum nobis est qui sit in prophete verbis ordo locucionis. Cum enim superius de seipso dixerat aperti sunt celi et vidi visiones dei postea tamquam si de alio narraret adiungit. Et facta est super eum ibi manus domini. Ac deinde quasi ad se rediens ait. Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Quid est hoc quod modo loquitur Ezechiel modo de Ezechiele. Si per totum dicit de se questio non est. Si ex toto dicit quod de alio nichil omnino questio non fuisset. Quid ergo est hoc quod sic narratur sermo propheticus ut ipse propheta de se loquatur. Modo autem de seipso quasi alius loqui videatur. Sed sciendum est quia hii qui prophetie spiritu replentur per hoc quod aperte non nunquam locuti de se et nonnumquam de aliis proferunt indicatur quia non propheta sed sanctus spiritus loquitur per prophetam. Pro eo enim quod per ipsos sermo fit ipsi loquuntur de se. Et pro eo quod aspirante sancto spiritu loquuntur ipse de se sicut spiritus per ipsos loquitur de ipsis. Veritate attestante que dicit Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Hinc etiam Moyses ait Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Qui enim non dicit eram sed erat profecto aperte indicat quia is qui per illum de illo loquebatur alius erat. Hinc Johannes ait vidit illum discipulum quem diligebat Ihesus. Unde et Paulus ut non se qui loquebatur ostenderet dicit an experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus. Cum igitur in locutione prophetica alter est qui presidet alter qui obsequitur de seipso propheta loquitur persona obsequentis est. Cum vero per prophetam spiritus loquitur sublimitatis presidet audiatur. Recte ergo tamquam de alio dicitur facta est super eum ibi manus dei. Et de se protinus adiungit. Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Sed nunc itaque discuciendum nobis est quid sit quod dicitur et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna. Pro eo quod ventus aquilo constringit in frigore non incongrue aquilonis nomine corpore maligni spiritus designatur. Quod Ysaias quoque propheta testatur qui dixisse diabolum denunciat dicens Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Malignus enim spiritus montem testamenti tenuit quia ad judaicum populum qui legem acceperat sibi per perfidia subiugavit. Cum enim doctorum corda tenet montem testamenti diabolus possidet. Cumque in lateribus aquilonis sedet quia mentes hominum frigidas possidet. Unde et sponsi voce in Cantico canticorum dicitur Surge aquilo et veni auster perfla ortum meum et fluant aromata illius. Cum enim iubente deo frigidus spiritus recedit calidus spiritus mentem fidelium occupat qui ortum dei i. ecclesiam etiam perflat ut opiniones virtutum eius ad multorum noticiam velut aromata defluant. Recedente igitur aquilone id est maligno spiritu spiritus sanctus mentem quasi auster replet qui dum calefaciendo flaverit statim de fidelium cordibus aromata virtutum fluunt. Propheta ergo ea que essent in fine ventura conspiciens venire ab aquilone ventum turbinis vidit quia in extremo seculo mentes hominum torpentes sui frigore malignus spiritus omnino occupabit. Unde scriptum est Ve terre et mari quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam sciens quod modicum tempus habet. Antiquus quippe adversarius insidiandi suam voluntatem in humanis mentibus quamvis exagitavit contra eius excrescet superbiam

Isa. 14

Apoc.

Supra prophetam aliquis est
a. Spiritus sanctus presidente aliquis
a. propheta obsequente

D

incarnati manifesta est humilitas
dei atque ut humanum genus a suo
languore sanaret. Tunc magna
apparuit potentia medici, cum la
guor crevit egroti. Bene autem
malignus spiritus ventus turbi
nis appellatur. Turbo quippe edi
ficium quod tangit concutiendo sub
ruit, et omnis antiqui hostis temptatio
que agitur in mente ventus est
turbinis, quia hanc concutiendo
per desideria a statu sue rectitu
dinis evellit. Sed nos ista retrac
tes que humano generi erat ab
hoste callido in fine ventura, ad
solam iudeam ex qua propheta fuit
et eius perditionem prophetando con
spicit verba vertamus. Hunc incarnato
domino tanto gravius contra ab aquilone
ventum turbinis pertulit, quanto a
sua rectitudine concussa cadens
per torporem mentis in perfidia
frigida remansit. Ventus ergo tur
binis ab aquilone venit, cum intra
iudaici populi malignus spiritus in temp
tatione concussit. Ubi et recte ad
ditur et nubes magna. Quia
quanto quis plus exarsit in crude
litate, tanto amplius obcecati
eniterunt in ignorantie sue caligine.
Redemptorem quippe humani generis
quem in lege ac prophetis intelligen
tes expectaverant, videntes nega
bant. Unde actum est ut cor eorum
nubes magna ignorantie sue um
bo tegeretur, ne hunc post inveni
tes agnoscerent quem prius et de
nuntiare poterant et amare venien
tem. Nam cum mox eius virtutes
et miracula, iam autem passiones
magne ab aquilone venerant
expectati sui frigore propter infir
mitatem passionis illius, et in
signa caligat vel caligabat. Quid
vero ex illa nubis magne cali
gine sit secutum subiunxit cum
protinus dicit: Et ignis involvens.
Ignis enim nomine per significationem
signatur aliquando spiritus sanctus, aliquando
autem mentis malicia designatur. De
bono enim igne scriptum est: Ignem

veni mittere in terram, et quid volo
nisi ut accendatur. Ignis quippe
in terram mittitur cum per ardorem
sancti spiritus afflata terrena mens
a carnalibus suis desideriis con
matur. De malo autem igne dicitur: Et
nunc ignis adversarios consumit,
quia cor pravorum ex sua malicia
que habet exurit. Sicut autem ignis amoris
mentem erigit, ita ignis malicie
involuit. Quia et sanctus spiritus cor
replet, elevat, et ardor malicie
ad inferiora semper inclinat. Iu
dea igitur nube sue ignorantie ceca
ta, quia mox ad persecutionis nequi
tiam erupit, igne suo convoluta
est, quia in obligatione se nequi
tie per eandem ipsam crudelitatem qua
arsit implicavit. Ventus autem tur
binis veniebat ab aquilone et nu
bes magna et ignis involvens, quia
ex torporis sui frigore ad ignoranti
e caliginem perducta usque ad mali
tiam persecutionis erupit. Unde ad ali
um quoque prophetam dicitur: Quid tu vides? Je
Qui illico respondit: Ollam succensam
ego video et faciem eius a facie aqui
lonis. Iudeorum quippe mens in per
secutionem fervens atque in crudelitate
malicie undas cogitationum volvens
quid aliud quam olla succensa fuit?
Cuius facies a facie aquilonis esse
dicitur, quia si se adverso spiritui per
torporem mentis non subderet, contra
bonos in tanta malicia non arsisset.
Nubem itaque sequitur ignis involvens,
quia in eis cecitatem mentis secuta
est crudelitas persecutionis. Si enim
cognovissent, numquam dominum glorie
crucifixissent. Sed iste ignis alibi
arsit atque alibi splenduit. Nam
subditur: et splendor in circuitu eius.
Unde enim persecutio in iudea agit
sancta predicatio apostolorum in universo Act
mundo dispersa est. Sicut ipsi dicunt:
Vobis missum fuerat verbum dei,
sed quia indignos vos iudicastis,
ecce imus ad gentes. De crudelitate
ergo malicie que mentem iudee con
cremavit, omnipotens deus lucem
gentibus sparsit, quia per hoc ipsa

Ignis — Spiritus sancti
Ignis — Malicia mentis

redemptore sunt ac mebra eius p
rata est sanctis aplis per diuersa
uspersa Nos qui in iudee tirannu
posita in tenebris sumus dono cele
ste gre splendorem veri luminis vi
dimus Vnde scriptum e̅ Sedentibus
in tenebris et in vmbra mortis lux
orta est Iste itaqz ignis malicie
in iudeorum cordibus arsit in
persecutore prius qui sctos aplos semi
nando affliget in ipso extiteunt auc
tore ac redemptore gentes humani
tate et subditur Et de medio eius
quasi spes electri i' de medio ignis
ita ut electri spes nisi xpus ihus
mediator dei et homi designat Elec
trum quippe ex auro et argento e̅
in electro dum aurum et argentum
permiscet argentum ad claritatem
crescit aurum vero a suo fulgore
palescit Illud ad claritatem pficit
hoc ad claritatem temperat Quia
in unigenito dei filio natue diui
nitatis vnita est natura nra In
qua adunacione humanitas in ma
iestatis gliam excreuit Diuinitas vero
a sui fulgoris pro humanis se oculis
temperauit per hoc ergo humana na
clarior facta est quasi per aurum
creuit argentum Et quia diuinitas
a fulgore suo nunc est aspectibus
temperata quasi aurum nobis
palluit argentum creuit Illa enim
natura immutabilis que in se ma
nens innouat omnia si ita ut est
nobis appare voluisset fulgore
suo nos incenderet potius quam re
nouaret Sed claritatem sue mai
tudinis temperauit nris oculis Itaque
vt dum nobis eius claritas tepesc
ctiam nra infirmitas per eius simili
tudinem in eius luce clarescit
et per acceptam gram vt ita dicam
sue hitudinis colorem mutaret
Quasi electrum ergo in igne e̅ deus
homo factus in pscitudine Scriptum
Et in medio eius similitudo quatuor
animalium Et in medio eius vero
sine electri sine ignis nil obstat
intelligi Quia quatuor h' alia
scti scz euangeliste et exemplum domi
incarnacione ad fidei virtutem

solidati sunt et in igne pscucionis
multis tribulacionibus afflicti
Sed si quis hec que de primo diui
aduentu diximus etiam de secundo
velit accipe colere assensum sequen
dus est quia sepe pphus spu in
uno op loqui multa sunt inuicem
Ventus cum turbinis ab aquilone
venit quia iniuria eum peccatorum
exigit vt districti iudicii grauissio
omnia simul cla perturbet Ter
ror enim pturbacionis vltime iudic
venire dicitur vnde quatur Nam
quia ad ferendas frigidas peccator
metes iudicium perturbacionis vltie
agitur recte ab aquilone ventus
turbinis venire phibetur Que vero
concussio aperte ventus turbinis
dicitur Quia in illo die cunctorum
qui tunc in carne mortali in
venti fuerint in pauore nimio
corda commonentur Cum enim
cepit impleri quod scriptum est
Sol obscurabitur et luna non dabit
lumen suum et stelle cadent de celo
et virtutes celorum commouebuntur
que mens erit hominis et iam iudi
cis summam non formidantis Ibi
enim tunc cuncta simul peccata ante
oculos redeunt ibi omnia que ad
delectacione acta sunt ad mcon
cium cum pauore reuocantur ibi cali
go cogitacionis miserie expene
proxime dampnacionis Vnde et sub
ditur et nubes magna tunc quippe
ex peccatorum memoria sensum menti
deprimit caligo cecitatis cum vni
genitum dei filium in forma diui
nitatis conspicere reprobi non pmitt
tur Videbunt enim in quem trans
fixerunt et tollatur impius ne
videat gliam dei Vbi et aperte
subditur et ignis inuoluens Qua
vero ignis ille iudicii qui celum
aereum et terram concremat pecca
tores iam in sua supbia non pmit
tit erigi sed inuoluit quos perul
dubio in pene sue dampnacione
constringit et splendor in circuitu
eius Quia sicut fulgor exit ab
oriente et paret usque ad occiden
tem Ita erit aduentus filii hominis
vbi nullus tunc a iudicio in sua mte

ff

letari permittitur quia ipo iudicis
fulgore penetratur. In quo mox
iudice subditur Et de medio eius
quasi species electri id est de medio
ignis. Ipse enim angelis atque ar
changelis omnibus qui virtutibus
presidens redemptor noster qui velut
in electri similitudine unus ex
utraque et in utraque natura et deus
permansit cum patre ad redemptorem
tuam factus est mortalis cum hominibus
in suo terrore tunc iudex erit cum
ignis iudicii in reproborum vindicta
famulatur. Hinc enim scriptum est Dies
eius domini declarabit. quia in igne
revelabitur. Hinc propheta ait Deus
manifeste veniet Deus noster et non
silebit. Ignis in conspectu eius ar
debit et in circuitu eius tempestas
valida. Hinc petrus apostolus dicit
Adveniet dies domini ut fur in quo
celi magno impetu transient. Ele
menta vero ignis ardore solventur
Et quia tunc sancti omnes qui
mundum perfecte reliquerunt iudi
ces veniunt apte mox subditur
Et in medio eius similitudo quatuor
animalium. Quid enim per quatuor
animalia nisi quatuor evangelia signa
tur. Hec videlicet per evangelistas
quatuor perfectorum omnium virtus exprimitur
quia omnes qui in ecclesia modo per
fecti sunt perfectionis sue rectitudine
per eorum evangelium in didicerunt. De
medio enim eius similitudo quatuor
animalium. quia illi tunc eius corpori
iuncti eius maiestati coniuncti et
simul sancti cum eo iudices vi
debuntur. qui modo perfecta opera mis
ericordia precepta secuti sunt. Hic
est enim quod ipsis sanctis apostolis dicitur
·Mt 19· Vos qui secuti estis me in re
generatione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue sedebitis
et vos super sedes duodecim iu
dicantes xii tribus israel. Hinc
Isay· Ysaias ait. Deus ad iudicium veniet
cum senioribus populi sui. Hinc Sa
lomon de ecclesia loquens dicens No
bilis in portis vir eius. cum se
derit cum senioribus terre. Sic itaque

subbrevitate transcurrens adiectis primum
ordinem sic exprimens exequentes a
evangeliorum personas in expositione vero
Sequitur Et hic aspectus eorum similitu
do hominis in eis. Omnis hoc loco
describitur nisi ille de quo scriptum est
Qui cum in forma dei esset non ra
pinam arbitratus est esse se equalem
deo. sed semetipsum exinanivit for
mam servi accipiens in similitudinem
hominum factus et habitu inventus
est homo. Hec itaque et alia ut sur
gere ad sanctitatis virtutem valeant
huius hominis similitudinem tendunt
Scita enim non erunt si huius hominis
similitudine non haberent. Quicquid
in eis de visceribus pietatis. quicquid
de mansuetudine spiritus. quicquid de
zelo rectitudinis. quicquid de cu
stodia humilitatis. quicquid de fer
vore caritatis est. hoc ab ipso fonte
hic et ab ipsa radice mansuetudinis
et ab ipsa virtute iusticie scilicet a media
tore dei et hominum deo domino tra
xerunt. Huius se hominis similitudine
hic egregius predicator dicens
ondit. Imitatores mei estote. sicut
et ego christi. ad eius similitudinem nos
surgere amonet cum dicit. Primus
homo de terra terrenus Secundus homo de
celo celestis. sicut portavimus ya
ginem terreni. portemus et yma
ginem eius qui de celo descendit. Sci
licet etiam quisque intendit ad simili
tudinem huius hominis ducatur magis
vitam sui redemptoris imitatur. Nam
ab eius mandatis atque operibus dis
cordare quid est aliud quam ad simili
tudine longe recedere. Plerumque an
ima delinquentium predicatores sancti
sed de ipso nostro capite scriptum est
quia flevit super iherusalem. Gaudet
de bonis actibus subditorum et recte
operantes diligunt. Sed de redemp
tore nostro scriptum est quia cum
adolescens quidam diceret hec omnia
custodivi a iuventute mea magister
dilexit eum. portant illatas contu
melias predicatores sancti et nullam
ad invicem contumeliam reddunt

5

Sed cum redemptor noster dicitur daemonium habere non iniuriam reddit sed mansuete respondit Ego daemonium non habeo. Persequuntur zelo rectitudinis praedicatores sancti sed redemptor omnium flagello de funiculis facto vendentes et ementes eiecit de templo cathedras vendentium columbas evertit et nummulariorum effudit aes. In omne quod foris agunt humilitatem cordis custodiunt. Sed per redemptorem nostrum dicitur Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Persecutores suos diligunt praedicatores sancti sed ipse auctor omnium ac redemptor in passione positus pro persecutoribus intercedit dicens Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Animam suam posuit in passione et pro persecutoribus et pro electorum vita usque ad mortem se tradidit auctor vitae. Dicatur ergo de sanctis animalibus quod similitudo hominis in eis est quia quae in sanctis praedicatoribus mira sunt hoc in eis de specie similitudinis est id est de virtute imitationis. Caput quippe omnium nostrum redemptor noster est. Unde per Salomonem dicitur Oculi sapientis in capite eius stultus autem in tenebris ambulat. Tunc in capite oculos habemus cum vitam redemptoris nostri tanta cogitatione se erigit. Ne vias huius aspicere oculis mentis neglexerit statim clausus in tenebris erroris cadat. Ad huius similitudinem hominis surgere festinabat propheta cum diceret In mandatis tuis me exercebo et considerabo vias tuas. Qui etenim vias domini tacitus (?) considerat et se exercere mandatis illius festinat quid aliud in semetipso nisi imaginem novi hominis reformat. Et quia in sanctorum cordibus incessanter agitur recte nunc de animalibus dicitur similitudo hominis in eis. Post hanc vero similitudinem quae nunc in moribus tenetur quandoque ad similitudinem gloriae pervenient. Hinc etenim Iohannes ait Nunc filii dei sumus et nondum apparuit quid erimus.

Scimus autem quoniam cum apparuerit similes ei erimus. Cui mox unde hoc fieri valeat adiungit dicens Quoniam videbimus eum sicuti est. Esse etenim dei est aeternum hunc atque incommutabilem permanere. Nam omne quod mutatur desinit esse quod fuit et incipit esse quod non fuit. Dei vero esse est numquam esse quod non fuit (?). Unde ad Moysen dicitur Ego sum qui sum et dices filiis Israel Qui est misit me ad vos. Iacobus quoque ait Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Et rursum Iohannes dicit Similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Quia per hoc quod aspicimus eius permanentem essentiam naturae a mutabilitate nostra liberati figimur in aeternitatem. Immutabilem quippe in ipso quem videbimus quia mortem carentes vincendo vitam mutabilitatem nostram transcendimus videndo immutabilem corruptionem nullam tenebimus videndo incorruptionem. Erit autem tunc similitudo hominis etiam in corporibus nostris. Hinc enim per Paulum dicitur Nostra conversatio in caelis est unde etiam salvatorem exspectamus dominum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Erunt ergo tunc electorum corpora claritati dominici corporis configurata quae et si aequalitatem gloriae eius non habent per naturam similitudinem (?). Similitudo vitae eius nunc in moribus trahitur electorum et in resurrectione sequitur similitudo aeternitatis in mente quo videbimus eum sicuti est et quia similitudinem quoque illic etiam corpora nostra percipiunt in configuratione dicatur recte de sanctis animalibus dicitur similitudo hominis in eis. Haec nobis in expositionis exordio praelibasse sufficiat ut loquendi vires silentio refocillata ad indaganda mysteria quae sequuntur robustior exurgat etc. Certi etenim sumus quia ipsum de quo loquimur habemus adiutorem qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum Amen.

Exo

Iaco. 1

1 Io

Sancta quatuor animalia que prophetie spiritu futura previdentur subtili narratione describuntur cum dicitur Quatuor facies uni et quatuor penne uni. Quid per faciem nisi notitia et quid per pennam nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unusquisque cognoscitur, per pennam vero in altum aves corpora sublevantur. Facies itaque ad fidem pertinet, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotente deo cognoscimur sicut ipse de suis ovibus dicit: Ego sum pastor bonus et cognosco meas et cognoscunt me mee. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contemplationem vero qua super nosmetipsos tollimur quasi in aere levamur. Quatuor ergo facies uni sunt, quia si requiras quid Matheus de incarnatione domini sentiat, hoc nimirum sentit quod Marcus, Lucas et Johannes. Si queras quid Johannes sentiat, hoc procul dubio quod Lucas, Marcus et Matheus. Si queras quid Marcus, hoc quod Matheus, Johannes et Lucas. Si queras quid Lucas, hoc quod Johannes et Matheus et Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt quia notitia fidei qua cognoscuntur a deo ipsa est in uno que est simul in quatuor. Quicquid enim in uno inveneris hoc in omnibus simul quatuor recognoscis. Et quatuor penne uni. Quia dei omnipotentis filium dominum Ihesum Christum simul omnes concorditer predicant et ad divinitatem eius mentis oculos levantes pennam contemplationis volant. Bene ergo facies ad humanitatem domini pertinet, penna ad divinitatem, quia incognitum corporeum aspicimus quem facies intendimus. Sed dum hunc esse incircumspectum atque incorporeum ex divinitate annuntiant, per contemplationis pennam quasi in aere levantur. Quia itaque et una est fides incarnationis eius in omnibus et par contemplatio divinitatis eius

in singulis, recte nunc dicitur: Quatuor facies uni et quatuor penne uni. Sed que utilitas esset si fidem atque contemplationem divinitatis habentes predicatores illius sancta opera non haberent? Sequitur: Et pedes eorum pedes recti. Quid per pedes nisi gressus actionis designatur? Quatuor ergo animalia pedes recti esse describuntur quia sancti evangeliste atque omnes perfectorum opera ad sequenda iniquitatem non sunt retorta. Hi autem pedes rectos non habent qui ad mala mundi que reliquerant reflectuntur. De quibus scriptum est: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti. Dolebat de quibusdam doctor egregius quod pedum rectitudinem retro retorserant, quibus per increpationem dicebat: Quomodo iterum convertimini ad infirma et egena elementa quibus denuo servire vultis? Dies observatis et tempora et annos. Timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis. Quos alios admonet dicens: Propter quod remissas manus et soluta genua erigite et gressus rectos facite pedibus vestris. Ut vero in eisdem sanctis predicatoribus intime gravitatis fortitudo atque discretio monstraretur subiungitur: et planta pedis eorum planta pedis vituli. Quia enim predicatores sancti bovis nomine designantur, docet Paulus apostolus legis testimonium exponens: Non obturabis os bovi trituranti. In sanctis igitur predicatoribus planta pedis est vituli, sed mature incedens et fortis et divisa. Quia videlicet predicator et venerationem habet in maturitate et fortitudinem in opere et divisionem ungule in discretione. Non enim facile predicationem accipit si levis in moribus esse videatur, et nulla erit maturitatis ostensio si cum adversa ingruunt non fuit operis fortitudo. Vertitur autem in vitium ipsa fortitudo operis si discreta in intellectu nequaquam fuerit. Recte enim sacram scripturam legimus

R.

[s]ima ad literam sentenciam vertimus [ex]trecionis amisimus. Si omnia ad talem allegoriam ducimus simul[iter] distrecionis stulticia ligamur. Sic [si]nt enim sacra eloquia predicator[um] sanctorum et aliquando in hystoria legenda sapiunt. Aliquando vero per significata in litere spiritum requirunt. Et mo[do] facta priorum precedencium sic [per] literam invenimus imitantur. Modo quedam que iuxta hystoria in[ven]ienda non sunt spiritualiter intelligunt [e]t ad perfectum tendunt. Quia alii predicatores sancti in suo opere [qua]si in pede ungula findunt. De [qu]ibus adhuc aperte subdit. Et [sci]ntille quasi aspectus eris can[de]ntis. Eris metallum valde sonosum [es]t et recte voces predicancium eri co[mpar]antur quia in omnem terram exiuit [so]nus eorum et in fines orbis terre [ver]ba eorum. Bene autem es candens [dic]itur quia vita predicancium sonat [e]t ardet. Ardet enim desiderio sonat [ver]bo. Es ergo candens est predicancium [vit]a. Sed de candenti ere scintille [pro]deunt quia de eorum exortaci[o]nis verba flammancia ad aures au[d]iencium procedunt. Recte autem predica[to]rum verba scintille appellata sunt quia eos quos in corde tetigerint incendunt. Considerandum quoque est quod scintille subtiles valde et [c]ameres sunt. Quia cum predicato[r]es sancti de celesti patria loquuntur non tantum valent aperire verbo quantum possunt ardere desiderio. Ex eorum [i]ngwa quasi quedam ad nos scin[ti]lle veniunt. Quia de celesti patria in eorum voce vix tenue aliquid cognoscitur. Quod tamen ab eis non tenuiter amatur. Neque enim celestem gloriam aut tantum vide sufficitur quantum est aut tantum loqui prevalent quantum viderint. Candens ergo es scintillas parit quia vix tenuiter predicatur loqui sufficitur. Hoc unde ipse fortiter cognoscit. Dum autem parte agitur. Ut ex ipsius scintillis tenuis simis audientium animus inflametur. Quia sunt quidam qui dum parva audiunt maiori desiderio replentur

Et inde proficere in dei amore ardent. Unde iuxta tenuissimas verborum scintillas acceperunt. Verbum quippe predicationis semen in corde audiencium est. Et auditor bonus inde proferet postmodum magnam messem sicut unde parvum prius accepit semen linguae. Cui rei bene convenit factum in vidua ab Elizeo propheta miraculum. Que ne duos filios auferente creditore amitteret prophete dictis obedivit. Et ex eo quod parvum olei habebat per vasa vacua effudit. Que cuncta postquam usque ad summum repleta sunt et ex eorum repletione mulier a creditoris sui debito est soluta. Quem videlicet mulier quam aliam nisi sanctam ecclesiam signat que duorum populorum id est iudaici et gentilis quasi duorum filiorum mater est. Que prius ex perverso opere per callidi spiritus persuasionem quasi quoddam mutuum peccati a creditore acceperat. Et duos quos in fide genuit amittere filios auferre timebat. Sed propheticis verbis id est scripture sacre preceptis obediens ex parvo quod habebat olei vasa vacua infudit. Quia dum ab unius ore sacro ex parvum quod de amore dixit multorum vacue mentes audiunt. Exuberante gratia unguento divini amoris usque ad summum replentur. Et iam nunc multorum corda que prius fuerant vacua vasula unguento spiritus plena sunt. Que ex paucitate olei solum modo infusa videbantur. Et nos dum aliis atque aliis datur et ab auditoribus fides accipitur. Erepta mulier videlicet sancta ecclesia sic creditoris sui iam debito non tenetur. Sequitur. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Per hoc in loco quatuor partes regiones quatuor mundi accipi. Scilicet oriens occidens meridies et septemtrio. Quia sanctorum predicatio auctore deo in cunctis mundi partibus egressa. Possumus etiam per quatuor partes principales quatuor virtutes accipere

ex quibus reliquae virtutes oriuntur
Videlicet prudentia fortitudine ius
titia atque temperantia. Quas nimirum
virtutes tunc veraciter accipimus si
earum ordinem custodimus. Pri
ma quippe prudentia, secunda fortitudo,
tertia iustitia, quarta temperantia
est. Quid enim prodesse potest pruden
tia si fortitudo desit? Sic etenim
cuncta quod non potest facere pena ma
gis quam virtus est. Sed qui pru-
dens intelligit quid agat et for
titer agit quod intellexit, iam
procul dubio iustus est. Sed eius ius
titiam temperantia semper debet
plerumque enim iustitia si modum non habet
in crudelitate cadit. Ipsa ergo
iustitia vere iustitia est quae se tem-
perantiae freno moderatur ut in
zelo quo quisque fervet sit etiam
temperans ne si plus ferveat perdat
iustitiam quia servare modestiam
ignorat. Duae autem sunt sanctorum

Due vite · Activa et contemplativa

predicatorum vitae, activa scilicet
et contemplativa. Sed activa prior
est tempore quam contemplativa, quia
ex bono opere tenditur ad contem
plationem. Contemplativa autem maior
est merito quam activa, quia haec in
usu praesentis operis laborat, illa vero
sapore intimo venturam iam requiem
degustat. Quid itaque per manus
nisi activa, et quid per pennas
nisi contemplativa vita signatur?
Manus ergo hominis sub pennis
eorum, id est virtutes operis sub volatu
contemplationis. Quod bene in evangelio

Luce x

duae illae mulieres designant, Mar
tha scilicet et Maria Magdalena.
Martha etenim satagebat circa
frequens ministerium, Maria autem
sedebat ad pedes domini et verba eius
audiebat. Erat ergo una intenta operi,
altera contemplationi. Una activae
serviebat per exterius ministerium, al
tera contemplativae per suspensionem
cordis in verbum. Et quamvis activa
bona sit, melior tamen est contem
plativa, quia ista cum mortali vita
deficit, illa vero in immortali vita ple
nius excrescit. Unde dicitur: Maria
optimam partem elegit quae non

De hys vite .j.
pte 2 ome 2

auferetur ab ea. Quia igitur acti
va minor est merito quam contemplati
va, recte nunc dicitur: Manus hominis
sub pennis eorum. Nam etsi
per activam boni aliquid agimus, ad
celeste tamen desiderium per con
templativam volamus. Unde et
apud Moysen activa servitus, con
templativa autem libertas vocatur.
Nec tamen utrique vitae ex dono sunt
gratiae. Quamdiu autem inter proximos
vivimus, una nobis in necessitate
est, altera in voluntate. Quia
enim cognoscentes deum ad eius
regnum ingreditur nisi bene prius
operetur. Sine contemplativa ergo vi
ta intrare possunt ad celestem patriam
qui bona quae possunt operari non negli
gunt. Sine activa autem intrare
non possunt, si negligunt bona operari
quae possunt. Illa ergo in necessitate, haec in
voluntate est. Illa in servitute, ista
in libertate. Hinc est enim quod ad Moy
sen dicitur: Si emeris servum hebreum,
sex annis serviet tibi, in septimo
egredietur liber gratis; cum quali
veste intraverit, cum tali exeat; si
habens uxorem, et uxor egredietur
simul. Sin autem dominus dedit illi uxo
rem et peperit filios et filias, mulier
et liberi eius erunt domini sui,
ipse vero exibit cum vestitu suo.
Quod si dixerit servus: Diligo dominum meum
et uxorem ac liberos, non egredi
ar liber, offeret eum dominus
diis et applicabitur ad ostium
et postes, perforabitque aurem eius
subula, et erit ei servus in seculum.
Paulo latius testimonium dedimus
ut distinctius servitutem atque libertatem
in utraque vita monstremus, sed non
debet onerosum esse si hoc expo
nendo exequimur. Unde ipsa ver
ba diximus affirmemus. Hebreus enim
transitus interpretatur. Et servus hebreus
emitur quando unusquisque qui iam ab
hoc seculo mente transit servitute om
nipotentis domini subditur. Electus
vero deo servire appetit quia ab hoc seculo
mente transire didicerit. Sic Moyses

Sermo de :·
[illegible] transire
ab hoc seculo

tuit ut videret insipientem sic david
cum videret impium exaltatum et
elevatum super cedros libani transi
vi et ecce non erat Anima im
piorum potencias esse magnam ali
quando fortasse credimus nisi ad p
sentis seculum mente transcas
Servus vero hebreus emptus
annis serviet septimo ita ut
in septimo liber exeat gratis Quid
enim per senarium nisi actiue
vite perfectio designatur Quid per
septenarium nisi contemplatiua
signatur / Sex ergo annis servit et sep
timo egreditur liber qui pacciam
quam perfecte exhibuerit ad contem
platiue vite libertatem transit /
nondum quod gratis liber egreditur
quia hii qui postquam omnia fecerint
dicunt se inutiles servos esse pro
culdubio sicut ipsa actiua fuit ex
empcione ita erit ex gracia etiam contem
platiua / Cum quali veste intra
verit cum tali exeat / quia omnino
recte est ut unusquisque unum in
hoc quod incipit perseveret / atque usque
ad finem operis in ea qua inchoa
vit intentione perduret / Ille quippe
eme ad contemplatiuam transit qui
in actiua vita intencionis sue
ystem ad deteriora non mutavit
Et sunt nonnulli qui prius quam omni
potenti dei servo in sancta conversacione
coniectur iam bona operari dilige
bant vero alii qui bona opera
postquam ad servicium omnipotentis
dei venerint discunt Cum ergo
pacione bona et prius quam ad ser
vicium dei venit hic studuit hebre
us cum uxore emptus est et
liberetur id est qui talis est ut ad con
templatiuam vitam transire et tam
actiuam non deserere Unde et illic
subditur / si habens uxorem et
uxor egrediatur simul Cum eo in
ad libertatem et uxor egreditur quando
his qui ad contemplacionem pervenit
etiam foris actionem boni operis qua
prodesse possit aliis non derelinquit
Si autem dominus dedit illi uxorem

et peperit filios et filias mulier et
liberi erunt domini sui / Ipse vero
exibit cum vestitu suo / Sermo est ergo
dominus dat uxorem cum predica
tor quisque eum quem iure omnipo
tentis mancipavit bone actioni
coniungit Nam et predicatores dominos
vocant sicut helyseo propheta de pre
dicatore suo dicit Scias quod dominus
tuus tollatur a te / Uxor postquam
emptus filios et filias parit quando
bona actio fortes vel teneros
fructus generat Sed mulier que a
domino data est eidem domino cum
filiis remanet Ipse vero servus
erit cum vestitu suo / quia bona
actio vel eiusdem bone actionis fru
ctus predicatoris mercede reputatur
Ipse vero in desiderii sui interiore
liber egreditur / quod si dixit servus
diligo dominum meum et uxorem et
liberos non egrediar liber Servus
dominum suum diligit qui predicatoris
verba sollicita mente pensavit / uxorem
quoque amans et liberos liber
egredi recusat / qui actiuam vitam
eiusque fructus diligens transire
ad contemplatiuam non vult Cum a
bona se opera hic in ministerio sui
servitutis considerans ad libertatis
quietem recusat recedere Sed offerat
eum dominus diis et applicet ad
hostium et postes et perforet aurem
eius subula ut sit ei servus in
seculum Is enim qui in actiua dis
posuit vita perdurare a domino diis
offertur quando a predicatore suo an
tiquorum patrum dictis imbuitur qui
nobis in via omnipotentis dei
sacerdotes fuerunt / atque ad ostium
et postes thabernaculi ducitur ut de
ingressu celestis habitaculi altius
aliquid audiat et tremendi iudi
cii diem subtiliter agnoscat Ne
per bona opera que facit place
re hominibus appetat Sic quod auris
eius subula perforatur dum
mens illius timore dei subtiliter
perutitur ut ubi animum perfixit
per omne quod agit nomen magi
strum regem semper attendere et

quasi ab ostio et poste tabernaculi
perforata aure portare. Quia enim erit
servus in seculum, ut esse postea secundum
liber possit. In seculo etenim servus
est, qui per activam vitam hominibus
servire disposuit, ut post prius solum
ad libertatem vacui valeat pervenire.
De qua per paulum dicitur: Quia et
ipsa creatura liberabitur a servitute
corruptionis in libertatem glorie fi-
liorum dei. Tunc etenim vera in
nobis libertas erit cum ad gloriam
filiorum dei adoptio nostra pervenerit.
Nunc vero non solum activa vita
in servitute est, sed ipsa quoque con-
templatio, qua super nos rapimur, liber-
tatem mentis adhuc perfecte non obti-
net sed imitatur. Quia illa quies
intima in enigmate videtur. Ipsa
enim quantalibet sit contemplatio an-
gustia active vite iam valde est
latior atque sublimior, que ad quan-
dam mentis libertatem tendit temporalia
non cogitans sed eterna. Eterna
itaque contemplativa vita ad superiora
volat et active vite longe super est
gradum, ut ita dicam, dignitate
securitatis sue apte nunc dicitur. Et
manus hominis sub pennis eorum
dicitur. Quia nisi deus homo
fieret qui mentes predicantium ad
celestia sublevasset, illa que appa-
rent animalia non volarent. Nec im-
merito manus hominis esse sub pen-
nis dicitur, quia de eorum redemptore
nostro scriptum est: Qui cum sit splen-
dor glorie et figura substantie eius
portansque omnia. Filius ergo magnus
corda nostra portat, eius manus in
contemplatione nos sublevat. Nisi
enim ut dictum est omnipotens filius
propter homines homo fieret, huma-
na corda ad contemplandam ubi
excellentiam non volarent. Unde ergo
excelse facte sunt hominum mentes
unde inter homines apparuit humilis.
Dicatur itaque de sanctis animalibus:
Et manus hominis sub pennis eorum.
De quibus adhuc subditur: Et facies
et pennas per quatuor partes habebant.
Unde quia erant penne eorum al-
tius ad altum per quatuor partes fa-
cies et partes pennas habent. Quia

in cunctis mundi regionibus predi-
cantes demirant. Quicquid de
nativitate, quicquid de diuturne de
redemptoris sentiunt. Quia dum
incarnatum dominum ubique predicant
in quatuor mundi partibus faciem
monstrant. Dum quod eum unige-
tum patris et sancti spiritus annunciant
ubi quod prima contemplationis vo-
lant. Quorum penne iuncte sunt alterius
ad altum, quia omnes corda verbis
omnes sapientia qua cetus hominis
contemplationis sue volatu tensen-
dunt vicissim sibi in pace atque u-
nitate coniungunt. Unde scriptum
est: Que desursum est sapientia pri-
mum quidem pudica est, deinde pacifica.
Et unde eisdem suis predicatoribus
veritas dicit: Habete in vobis sal
et pacem habete inter vos. Penna
aliud alterius ad alterum iungitur
sanctorum predicatorum virtutes atque
spiritus vicissim sibi in caritatis atque
concordie pace sociantur. Penna
autem alterius ad alterum divisa esset
si in hoc quod unusquisque in sapientia
evolat habere pacem cum alio re-
cusaret. Sequitur: Non revertebantur
cum incederent. Sed unumquod-
que ante faciem suam gradiebatur. Per-
fecta animalia, videlicet predicatores sancti cum
incedunt minime revertuntur, quia sic
a terrenis actibus ad spiritualia pro-
ficiunt ut ad ea que reliquerunt
ulterius nullatenus reflectantur. Qui-
cumque per quandam viam eis incedendum
est mente ire semper ad meliora.
Quo contra de reprobis dicitur: Quia re-
versi sunt corde in Egyptum. Per
semetipsam veritas dicit: Nemo mittens
~~manum~~ suam ad aratrum et aspiciens
retro aptus est regno dei. Manum
quippe in aratrum mittere est quasi
per quendam vomerem compunctionis
ad proferendos fructus terram cor-
dis aperire. Sed retro post aratrum
aspicit qui post exordia boni operis
ad mala revertitur que reliquit. Quia
quia electis dei minime convenit, uni-
versis per prophetam dicitur: Non revertebantur

E

cum incederent. Quia autem non reu-
ertuntur indicat cum subiungit
unumquodque ante faciem suam
gradiebatur. Ante nos enim
ea sunt, post nos temporalia
sunt. Quia et illa presentes appetimus
et ista recedentes quasi post dorsum
relinquimus. Unde et magnus
ille predicator pennatum animal dicebat
qui iam ad celi secreta volans:
Unum vero que retro oblitus
in ea que sunt ante extendens
meipsum sequor ad palmam superne
vocationis. In anteriora etenim se ex-
tendens eorum que retro sunt
oblitus fuerat, quia temporalia despi-
ciens sola que sunt eterna requi-
rebat. Ante faciem ergo suam gradi-
untur sancta animalia, quia et ea
que reliquerint nullo iam ap-
petitu respiciunt, et in eternis que
appetunt sub contemplationis sue
oculo boni operis pedem ponunt. Eis
itaque iam ante faciem suam
ambulare decreuit. Magna ei con-
sideratione pensandum est, quia aliter
retro respicitur ex opere atque aliter ex
cogitatione. Sunt etenim nonnulli qui
magna deliberant et peccatorum
suorum multa ex his que posside-
nt egenis distribuere pertractant
ut culpas suas ante Dei oculos miseri-
cordie muneribus redimant. Iamque hec
agere inchoant et plerumque cum
ceperint paupertatis timor eorum
animum concutit atque timentes ne ege-
ant, quia egentibus tenaces fiunt, se-
que ab ea quam temptant bona
operatione suspendunt. Hi nimirum
incedentes retrorsi sunt, quia an-
te faciem suam ambulare noluerunt.
Quos recte per Salomonem
dicitur: Propter frigus piger arare no-
luit, mendicabit ergo estate et non
dabitur ei. Quia enim nunc propter
rigorem mentis atque torporem
bona operari neglegit, cum sol
iustitie in iudicio voluit in estate
claruerit, mendicat vitam sed non
accipit, quia propter illa bona operari
contempsit. Alius despectis desideriis

cuncta relinquere et omnipotentis
Dei se subdere servitio pertractat
seseque ipsum restringere sub continentie
et castitatis freno deliberat. Sed
cum cecidisse alios etiam post
castitatem conspicit, hic ipsum facere
quod deliberavit pertimescit, fitque ut
retro per cogitationem redeat, qui ad
anteriora respiciens iam mentis gres-
sibus ad alta ibat. De quo bene
per Salomonem dicitur: Qui observat
ventum non seminat, et qui considerat
nubes numquam metit. Ventum quippe
nomine malignus spiritus qui in temp-
tationibus impellit. Nubium vero
appellatione peccatores exprimuntur qui
temptationis impulsione commovent.
Qui ergo attendit ventum non semi-
nat, et qui considerat nubes numquam
metit, quia is qui temptationes
maligni spiritus et quorundam lapsus
conspiciens semetipsum despicit, neque
nunc exercetur in bono semine operis
neque post reficitur de munere iuste
retributionis. Sunt vero nonnulli
qui bona quidem que noverant ope-
rantur atque operantes meliora deli-
berant, sed retractantes meliora
que deliberant dimittunt, et quidem
bona agunt que ceperant, sed a me-
lioribus que deliberaverant succum-
bunt. Hi nimirum ante humana
iudicia stare videntur in opere, sed
ante omnipotentis Dei oculos ce-
ciderunt in deliberatione. Unde fit
plerumque ut et boni operis eorum
minus placeat Deo, quia cum pes
mentis in meliori gradu delibera-
tionis inconstans ponitur, hec ipsa
cogitationis inconstantia accusat.
Sed quia perfecti quique magis se dis-
cretionis subtilitate conspiciunt
ne ad deteriora umquam vel in opere
vel in cogitatione dilabantur, quan-
tum cotidie proficiant incessanter
pensant, recte de his dicitur: Non
revertebantur cum incederent, sed unum-
quodque ante faciem suam gradiebatur.
Inter hec igitur considerare libet nos
ad ista retinenda qui sumus unde
venimus et usque ad que sacri elo-
quii in istis perscrutandis sublevam

a

certe in antiquis patribus nostris
cultores ydolorum sumus. sed ecce
per ipsum gratie verba iam celestia ru-
minamus. Unde hoc nobis. sed
impleuit redemptor humani generis
quod per prophetam dixit: et deserta
in vbertatem versa advene comedent.
Hec quippe prophetarum dicta deserta
apud iudeos fuerunt quia per in-
tellectum mysticum ea excolere ign-
orando noluerunt. Nobis autem in
vbertatem versa sunt. quia iuxta
historiam visionum dicta largien-
te deo menti nostre spiritaliter sapiunt.
et iam advene comedunt: quia gen-
tiles legis manducare noluerunt.
sint gratie vincientes. sint sit
laus eterne sapientie que vivit
et regnat cum patre in unitate
spiritus sancti deus per omnia se-
cula seculorum. Amen

Per sanctum prophetam spiritu penata
animalia subtiliter describun-
tur. ut hec evangelistarum
significare personas. ipsa nobis sub-
tilitas descriptionis appareat. michil
quod sermo dei nostro intellectui dubi-
etatis relinquit. Ecce enim dicitur: Simi-
litudo autem vultus eorum. facies
hominis et facies leonis a dextris
ipsorum quatuor. facies autem bovis
a sinistris ipsorum quatuor. et facies
aquile desuper ipsorum quatuor.
Quem enim quatuor hec pennata ani-
malia sanctos quatuor evangelistas
designent. ipsa initia quibus libri evangelii
exordia testantur. Namque ab huma-
na generatione cepit. iure per hominem
Matheus. quia per clamorem in
deserto. recte per leonem Marcus.
qui a sacrificio exorsus est. bene
per vitulum lucas. quia vero a
divinitate verbi cepit. digne per aqui-
lam significatur Johannes qui dicit:
In principio erat verbum. et verbum
erat apud deum et deus erat verbum.
Qui in ipsa divinitatis substantia in-
tendit: quasi more aquile oculos in sole fixit.

Sed quia electi omnes membra
redemptoris nostri. Ipse autem redemptor
noster caput est omnium electorum. per hoc
quod membra eius figurata sunt: nil
obstat. Si etiam in hiis omnibus
ipse signetur. Ipse enim unigenitus
dei filius veraciter factus est homo.
in sacrificio nostre redemptionis dignatus
est mori ut vitulus. Ipse per vir-
tutem sue fortitudinis surrexit ut
leo. Leo etiam apertis oculis dormire
perhibetur. quia in ipsa morte
qua ex humanitate redemptor noster
dormire potuit ex divinitate sua
immortalis permanendo vigilavit. Ipse
etiam post resurrectionem suam ascen-
dens ad celos in superioribus est
elevatus ut aquila. totum ergo
simul est nobis qui et nascendo
homo. et moriendo vitulus. et resur-
gendo leo. et ad celos ascendendo
aquila factus est. Sed quia per h
animalia evangelistas quatuor. et sub
eorum specie simul perfectos omnes
iam supius significari diximus
ut quomodo unusquisque electorum
animalium visionibus exprimitur: ostendat.
Omnis etenim electus atque in via
domini perfectus et homo et vitulus
et leo simul et aquila est. Homo
enim rationale animal est. Vitulus autem
in sacrificio mactari solet. Leo
fortis est bestia sicut scriptum est:
leo fortissimus bestiarum ad nullius
pavebit occursum. Aquila ad sub-
lima volat. et irreverberatis oculis
solis radiis intendit. Omnis itaque
qui in ratione perfectus est homo est.
Quomodo semetipsum ab huius mundi vo-
luptate mortificat. vitulus. Qui
vero ipsa sua spontanea mortifi-
catione contra adversa omnia fortitu-
dine securitatis ligata. Unde scriptum
est. Iustus autem quasi leo est confidens
absque terrore erit. leo est. Qui autem
sublimiter contemplatur ea que ce-
lestia atque eterna sunt aquila est.
Quoniam iustus quisque per rationem homo.
per sacrificium mortificationis sue vitu-
lus. per fortitudinem securitatis le-

B.

Per contemplacionem vero efficitur aquila.
Recte per hec sancta animalia signi-
ficari unusquisque perfectus potest. Quod id-
circo diximus ut ea que de quatuor
animalibus dicta sunt pertinere quoque
etiam ad predicatorum singulos de-
monstremus. Sed magna nobis
de sanctis ewangelistis et sanctis
predicatoribus questio oritur cur ho-
mo et leo a dextris ipsorum quatuor, vitu-
lus vero a sinistris ipsorum simul esse
perhibetur. Nec tamen sine misterio
est cur duo illa a dextris et unum
hoc esse a sinistris dicitur. Et quartum
quidem, id est aquila, non a dextris
sed desuper ipsorum quatuor esse
memoratur. Quid itaque nobis quoque
obtinemus quas oz ut apicem. Quid
dubitamus? Homo igitur et leo a dex-
tris, vitulus a sinistris esse perhibetur.
Dextras etenim leta, a sinistris vero
tristiciam habemus. Unde et sinistre
nobis esse dicimus hoc quod adver-
sum esse deputamus. Et sicut prefati
sumus per hominem incarnacio, per
vitulum passio, per leonem vero
Redemptoris nostri resurrectio designatur.
De incarnacione autem unigeniti fi-
lii quia redempti sumus omnes
electi letati sunt. De morte vero
illius ipsi electorum primi scilicet apostoli
contristati, qui tamen de eius resurrec-
tione gavisi sunt, quia nos et eius
nativitas et resurrectio leticia dis-
[...]int quos eius passio contristavit.
Homo et leo a dextris, vitulus vero
a sinistris eis fuisse describitur. Ipsi
namque ewangeliste sancti de eius
nativitate gavisi sunt, de eius
resurrectione confirmati, qui de
eius passione fuerant contristati.
Homo ergo et leo a dextris est, quia
Redemptor noster eos incarnacione vivi-
ficavit, resurrectione confirmavit. Sed
vitulus a sinistris, quia mors illius
eos ad momentum temporis in infidelitate
prostravit. Iure autem locus aquile
non iuxta sed desuper esse describi-
tur, sive per hoc quod eius ascensionem
signat, seu quod verbum prius deum apud
patrem esse denunciat super e[...]tas
ceteros virtute contemplacionis extre-
mit, cum quibus et de eius deitate
loquitur. Hanc tamen omnibus subtilius
contemplatur. Sed si aquila cum ce-
teris aliis adiuncta inter animalia
esse memoratur, cur rursum quoque
desuper ipsorum quatuor esse describi-
tur? Quia Johannes per hoc quod in
principio verbum vidit et iam super
incipiens transiit. Nam si non transisset,
verbum in principio non vidisset. Er-
go et seipsum transgressus est, non
iam solum modo super tria, sed ad
invicem et se super quatuor fuit. Deinde
et facies eorum et penne eorum exten-
te desuper. Facies et penne extente
desuper describuntur, quia omnis in-
tencio omnis contemplacio sanctorum
super se tendit, et illud possit adi-
pisci quod in celestibus appetit.
Hinc enim bono opere seu voce immisce-
ret contemplacionem tunc vacat. Hic
quod agit bonum est quod ei placere
concupiscit a quo est. Nam qui bona
agere videtur et per hoc non de-
o sed hominibus placere desiderat
intencionis sue faciem deorsum
premit. Et qui idcirco in sacro elo-
quio ea que divinitatis sunt contempla-
ri ad honores possit, quia non dulcedine
quesite beatitudinis saciari appetit,
sed doctus videri, iste minimum
intellectus sui pennas desuper non
extendit. Sed quo quisque sensus sui
vigilanciam in terreno appetitu occu-
pat, pennas quas sublevare in al-
tum et quibus sublevari ipse potuit
in imis deprimit. Qua in re pensan-
dum est ut omne bonum quod agitur per
intencionem semper ad celestia levetur.
Nam enim per bona que facit ter-
renam gloriam concupiscit, pennas
suas et faciem deorsum deprimit.
Hinc enim per prophetam de quibusdam dicitur:
Victimas enim in profundo deferebant.
Quid enim sunt aliud lacrime oracio-
nis nisi victime oblacionis nostre? Sicut
scriptum est: Sacrificium deo spiritus
contribulatus. Et si nonnulli qui
idcirco se in prece et lamentis affligunt

ut aut in terrena commoda acquirant aut hominibus sancti esse videantur. Quid isti nisi victimas in profundo deferunt, qui per hoc quod bono sunt que requirunt, oculis sue sacrificium deorsum deponunt. Electi autem et in bono opere omnipotenti deo placere appetunt, et per contemplationis sue gratiam etiam iam beatitudinem degustare concupiscunt. Faciebus et pennis desuper extenduntur. Sequitur: Due penne singulorum iungebantur, et due tegebant corpora eorum. Dictum fuerat facies et penne eorum extente desuper, atque mox subiunctum est hoc quod protulimus, quia due penne singulorum iungebantur, ubi aperte intelligitur quia et extendebantur desuper et iungebantur. Due vero tegebant corpora eorum. Quid autem penne animalium nisi alas nominant. Qua in re nobis diligenti perscrutatione querendum est, que sunt quatuor penne sanctorum, ex quibus due superius extense iunguntur. Due vero corpora eorum contegunt. Si enim vigilanter aspicimus, iiii^or esse virtutes invenimus, que alternis actibus omne pennatum animal levant. Institute scilicet amor et spes, destitute autem timor et penitentia. Penne ergo sibimet iuncte superius extenduntur, quia sanctorum mentes amor et spes ad superna elevant, que aperte quoque iuncte nominantur, quia electi procul dubio et amant celestia que sperant, et sperant que amant. Due vero corpora contegunt, quia timor et penitentia ab omnipotentis dei oculis eorum mala perpetrata abscondunt. Due itaque ut dictum est penne iunguntur sursum, quia amor et spes electorum corda ad superiora elevant, ad celestia suspendunt. Due autem penne tegunt corpora, quia eorum mala perpetrata a conspectu eterni iudicis timor et penitentia abscondunt. Tunc eo enim quod se peccasse meminerunt, et pertimescunt et deflent, quid aliud quam

corpus cooperitur, qui facta carnalia per superducta bona opera districto examine absconditur. De quo quippe est: Beati quorum remisse sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Eum tegimus cum bonis facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitur ponitur, et hoc unde operitur deducitur. Cum ergo abdimus mala destructionis et eligimus bona, que facimus ipsi tegimus et dei superducimus que erubescimus. Videte qualibus enim viri in hac adhuc vita sunt, hoc tunc quod ante dei oculos opere dampnant, quia omnino est impossibile, ut in opere, in locutione aut in cogitatione nisi delinquat. Unde et beatus Job quamvis perfectam quid hominibus dixerat tamen vocem audiens secum de ipsa sua perfecta locutione reprehendens dicebat: Manum meam ponam super os meum. In manu quippe in ore locutio est. Manum ergo super os ponere est peccata locutionis per virtutem boni operis tegere. Libet fratres karissimi ad huius rei testimonium magnum quendam voce conlatum illud sanctum animalis minorum imitare aspice, ex his duabus ad superiora evolat. Duabus vero pennis corpus contegit, quia perpetrata que egerat abscondit. Videamus igitur quantis hunc amor ad celestia elevet: Michi vivere Christus est et mori lucrum. Cognoscamus quanta spe ad superiora tollitur: Nostra conversatio in celis est. Unde etiam salvatorem expectamus dominum nostrum Ihesum Christum. Videamus si et in tantis virtutibus positus adhuc timet: Castigo corpus meum et servituti subicio ne forte cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar. Confitetur se hic mala fecisse penitens: Ego sum minimus apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Iustus ubique quid aliud quam nisi mentis accusatio, quod ipse plangit quod ante baptisma commiserat. Nobis vero et post baptisma multa commisimus et tamen flere recusamus. Quatuor itaque penne sancta animalia levant, quia per amorem

Ecce iiii^or virtutes levant sursum:
- Amor.
- Spes.
- Timor.
- Penitentia.

D.

et ipse ad celestia euolat et per timorem
ex penam facta in se illicita deplo
rat. Sed quia dictum est due penne sin
gulorum iungebantur hic fortasse in
telligitur quod non pennas pariter eleuan
tes iungant. sed unius ad alterius
pennam iuncta sit ut penne videlicet
earum vicissim sibi in iunctione
concordent. Qua in re quod oritur contra
due penne que leuantur per amorem
et spem. Due vero que corpora
tegunt timorem et penitentiam designant.
Due que extense sunt dicuntur
esse coniuncte. et due que corpus
tegunt non dicuntur esse coniuncte.
Sed hac in re facilius largiente
domino vaca occurrit. Quia sanctorum penne
que leuate sunt amor et spes. Due
penne que corpora contegunt semper
ad alterutrum iuncta non sunt. Elector
pena. Sed cum per lapsum carnis ti
mendo et penitendo affligitur. petrus
ipsum prodidit fleuit amare. Paulus
infidelitatem in se pristine persecucionis
plangit. Omnes ergo unam patriam
appetunt ad unum auctorem omnium per
uenire festinant. Due ergo singulorum
penne iuncte sunt et due non sunt
quia per amorem et spem unum est
quod desiderant. Sed per timorem
et penitentiam diuersum est quod deplorat.
Sequitur. Et unumquodque coram cora
facie sua ambulabat. Dictum superius
fuerat. Unumquodque coram ante faciem
suam gradiebatur. Nunc autem dicitur
coram facie sua ambulabat. Hec
itaque repetita vim cersinat. Sed quia
cora in predicta diximus possumus subtilius
inquirendo discernere quod aliud sit ante
faciem ambulare atque aliud in presenti.
Ante quippe faciem ambulare est an
teriora aspiciendo petere. in presenti vero
ambulare est sibimetipsi absentem
non esse. Unus etenim iustus qui
vitam suam sollicitus aspicit et di
ligenter considerat quantum cottidie in bo
nis crescat. aut fortasse quantum a
bonis decrescat. iste quia se ante se ponit
coram se ambulat. quippe qui vigilanter videt
utrum surgat an defluat. quisquis vero

vite sue custodia negligit. discutere quod
agit. que loquitur que cogitat despicit.
dum nescit coram se ipse non ambulat.
quia qualis sit in suis moribus vel actibus
ignorat. Hic sibimetipsi presens est. qui
semetipsum cottidie exquirere atque co
gnoscere sollicitus non est. Ille autem
tractat se ad se ponit. sibi quod displicet
qui se in suis actibus tanquam aliud in
tendit. Nam sunt multa peccata que
committimus. Sed ideo nobis gravia non
videntur. quia privato nos amore dili
gentes clausis nobis oculis in nostra
deceptione blandimur. Unde fit plerumque
quod ut et nostra grauia leuia et proximorum
leuia grauiter iudicemus. Scriptum est
Erunt homines seipsos amantes. et
scimus quia vehementer claudit oculum
cordis amor privatus. ex quo fit ut
hoc quod nos agimus graue esse
non estimemus. Quod agitur a proxi
mis nobis detestabile esse videatur.
Sed quare hoc quod nobis leue pro
batur in nobis graue videtur in proxi
mo. nisi quia nec nos sicut proximum
nec proximum conspicimus sicut nos.
Si enim nos sicut proximum aspiceremus
nostra reprehensibilia districte iudicemus.
et rursum si proximum aspiceremus ut
nos. unde nobis eius actio appareret
intollerabilis. qui sepe fortasse ta
lia egimus et vel nobis talia perpe
trasse intollerabile fecisse putabamus. Hec
male diuisum mentis nostre iudicium
corrigere per legis preceptum Moyses
studuit cum dixit. ut iustus debet
esse modius. equus sextarius. Hinc
Salomon ait. Pondus et pondus men
sura et mensura utrumque abho
minabile est. Apud deum. Scimus quod
in negociatorum duplici pondere ali
maius aliud minus est. Nam aliud
pondus habent ad quod pensant sibi
et aliud pondus ad quod pensant
proximo. ad dandum pondera aliena
leuiora. ad accipiendum vero grauia
curant. Omnis itaque homo qui
aliter pensat ea que proximi. et aliter
que sua sunt. pondus et pondus
habet utrumque ergo abhominabile apud
deum. quia si sic proximum ut se diliget

Ex affectione privata male iudicamus nos et proximum

he in bonis sicut se amaret et si sic
se sicut proximum aspiceret et se i mas
sicut proximum iudicaret Debemus
ergo nosmetipsos sollicite sicut alios
videre nosque ipsos ut dictum est an
nos ponere ut peccata aliena incessanter
santer imitantes nesciamus quod agimus
coram facie vestra semper ambulemus
Prisci autem sicut paulo ante iam
diximus coram facie sua non ambu
lant quia ea que agunt minime
considerant ad interitum tendunt
pravis actibus exultant de quibus
scriptum est Qui letantur cum ma
le fecerint et exultant in rebus pes
simis Sepe vero iniustis qui eos co
spicit defflet sed ipsi freneticorum
more plangunt et rident Alii
indigentibus de rebus propriis inlita
largiuntur Sed cum occasionis tempus
invenerint indigentes opprimunt eos
quibus valuerint rapinis deva
stant ponunt ante cogitationis sue
oculos bona que faciunt et non po
nunt pessima que committunt Hii vero
coram facie sua non ambulant
quia si semetipsis puri essent cuncta
subtiliter que agunt viderent quanta
bona opera malis actibus perdunt
agnoscerent sicut scriptum est Et
qui mercedes congregavit misit
eos in sacculum pertusum De per
tuso quippe sacculo aliunde perit
quod aliunde mittitur quia indis
crete merces mercedum que ex bono
opere acquiritur non aspicitur quod
ex malo opere perditur Alius casti
tatem corporis servat sed vigilanter
conspicit neque foris reprehensibi
liter admittatur sibi contentus est
aliena non diripit Sed tamen in cor
de odium fortasse contra proximum
servat Et cum scriptum sit Qui
odit fratrem suum homicida est Con
siderat quam sit innocens foris de opere
et non perpendit quam sit crudelis in
mente Quid iste nisi sibimetipsi
absens est qui in cordis sui tene
bris ambulat et ignorat Alius
iam aliena non diripit sed cor
ab invidia custodit iam mente
pura proximum diligit et malorum
prelatorum consciis lamentis se in
pectibus affligit Sed cuncta preci
bita in hoc mundo de quibus gau
deat requirit et temporalibus gaudiis
negligenter animum dimittit nec
curat ne in eo lacrimarum me
suram immoderata gaudia transcen
dat Sit quod ut bonum minime ridendo perdat
quod plangendo lucratus est Hii
itaque coram facie sua non ambulent
quia damna que pati conspicerent
curat Sepe itaque quippe est cor
sapientium ubi tristicia est et cor
stultorum ubi leticia In omnibus que
que agimus diligenter nosmetipsos
et conspicere intus et extrinsecus debemus
ut peccata aliena sequentes nos
metipsis puri simus et coram facie
vestra semper ambulemus Auctore ad
iutore viventium pietate ihesu christo domino
nostro Qui cum eo vivit et regnat
in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum Amen

O quam mira est profunditas elo
quiorum dei libri huius interde
libet cuius intima gratia duce
penetrare hanc quoniam intelligendo
distinguimus quid aliud quam silvarum
opacitatem ingredimur ut in eius
refrigerio ab huius seculi estibus
abscondamur Ibique viridissimas sen
tentias legendo carpimus tractando
ruminamus In ea locutione quae ad
nos fecit furimus indivisit eruimus factum
est qualiter omnia alia vel rec
torem nostrum vel ceteros eius civium
atque prefectos omnes sufficere dicendum
est quorum videlicet animum subtilius
adhuc verbis exprimit et ad eorum
imitationem nos quoque infirmi et despi
cabiles Inquantum deo largiente pos
simus extendamus Ecce enim dicitur
Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur
In electis et reprobis diversi sunt
impetus In electis videlicet impetus spiritus
In reprobis impetus carnis Impetus
quippe carnis ad odium ad elationem
ad invidiam ad rapinam ad extor
tionem ad crudelitatem ad perfidiam ad
desperationem ad iram ad iniuria ad volu

Diversi spiritus Electorum et Reproborum

a.

Dum impellit. Impetus vero spiritus
ad caritatem ad humilitatem ad conti-
nentiam ad largitatem misericordie. ad mtio
rem puectum. ad pietatis opera. ad
devotionem fidem. ad spei sequentis gau-
dium ad patientiam. ad pacem. ad con-
tractum vite mortalis ad lacrimas
metem perducit. Unde necesse est ut
magna semper cura est considerare
debemus in omne quod agimus. quo
nos impetu ducatur. utrum nostra co-
gitatio per impetum carnis. an per
impetum spiritus impellatur. amare eterna
terrena transitoria. Non ad fructum vo-
luptatis transitoria. sed ad usum ne-
cessitatis querere. de interna morte tribulari
impetus spiritus est. Et quia perfecti quique
in istis se semper virtutibus exercent
temporalia etenim preponere exteriora
bona non ad usum necessitatis sed
ad voluptatem concupiscere ultionem de
inimico querere. de eiusmodi casu gaudere
impetus carnis est. At contra amare
celestia. contempnere terrena transitoria
Non ad fructum voluptatis transitoria
sed ad usum necessitatis querere. de
interna morte tribulari impetus spiritus
est. Et quia perfecti quique in istis se
semper virtutibus exercent recte nunc de
sanctis animalibus dicitur ubi erat impetus
spiritus illuc gradiebantur. Sed sciendum
nobis est quod plerumque impetus car-
nis se sub velamine spiritualis impetus
palliat. et quod carnaliter facit mente
sibimet ipsa cogitatio quasi hoc spiritualiter
faciat. Nam sepe quis iracundie
stimulis victus cum delinquentes
zelo ulciscende iusticie in ultionem
alicuius quem necesse est inflamatur et in-
ire limitem in ultione transiens
agit crudeliter quod se agere iuste sim-
ulat. Impetus igitur carnis hic
sub specie spiritus velatus est quia [illegible]
quod iuste agi credit sub districtionis
moderamine mansuetudinis non te-
net. Sepe alius nimie mansuetudini
studens subiectorum vicia aspiciat
atque hec per fervorem zeli corrigere
recusat que in eis crudeliter non
corrigendo multiplicat. Fit ergo ut eius

lenitas et sibi sit et subiectis inimica
qui torporem mentis sue quasi patientiam
deputat. per carnis spiritum ab impetu
spiritus elongatur. Prima ergo nos cogi-
tatio in retractione nostri cordis debet
excutere. ne ad quedam que agimus per
apertum carnis impetum ducamur
ne primis delectationibus animus se-
ductus mala esse cognoscat et tum
faciat de culpa abscondita sub specie
sanctitatis. Secunda vero nos cura de-
bet vigilantes reddere ne se impetus carnis
quasi impetu spiritus latenter subiciat
et culpas quas agimus nobis virtu-
tes fingat. Sciendum vero est quia gra-
viores culpe sunt que superducta specie
virtutes imitantur. quia ille in aperto
conspecte animum in confusionem deiciunt
atque ad penitentiam trahunt. Iste vero non
solum in penitentia non humiliant sed ex-
tollentem operantis elevant dum virtutes
putantur. Hec autem quod de sanctis anima-
libus dicimus prius fuerat ut altius con-
firmetur iterum replicatur. Non rever-
tebantur cum ambularent. Quia electi
quique sic ad bona tendunt ut ad
mala pertracti non redeant. Qui
enim perseveraverit usque in finem hic sal-
vus erit. Et nunc per Salomonem dicitur
Iustorum semita quasi lux splendens
procedit et crescit usque ad perfectum
diem. In eorum namque animo bonum
desiderium atque intellectus lucis inti-
me iam pars diei est. Sed quia
usque ad finem vite in virtute proficiunt
ad perfectum diem tunc veniunt cum
ad regna celestia perducti in ea luce
quam desiderant iam nihil amplius
non habebunt. Sequitur. Et similitudo
animalium aspectus eorum quasi carbonum
ignis ardentium et quasi aspectus lampa-
darum. Aspectus animalium carbonibus
ignis ardentibus atque lampadibus
comparatur. Quia quisquis eum carbonem
tangit incenditur. quia qui sancto
viro adheret ex eius assidui vi-
sionis usu locutionis exemplo operis
accipit ut accendatur in amore veri-
tatis. peccatorum suorum tenebras fugiat
in desiderio lucis exardescat. et iam

Peccata occulta graviora sunt quam manifesta

De perfect

per verum amorem redeat / qui prius in iniquitate tanto mortuus quantum frigidus iacebat / lampades vero lucem suam longius spargunt et cum in alio loco sint, in alio resplendent. Qui vero spiritu prophetie verbo doctrine miraculorum pollet gracia huius opinio longe lateque ut lampas lucet. Et quamque bona eius audiunt quia per hec ad amorem celestium surgunt. In eo quod se per bona opera exhibent quasi ex lampadis lumine resplendent / Quia ergo sancti viri quosdam iuxta se positos quos tangendo ad amorem patrie celestis accendunt carbones sunt. Quia vero quibusdam et longe positi lucent eorum in itinere qui in peccatorum tenebras corruunt lampades sunt / hoc vero inter carbones et lampades distat / quod carbones ardent quidem sed eius loci in quo iacuerint tenebras non expellunt / lampades autem quia magno flammarum lumine resplendent diffusas circumquaque tenebras effugant. Quia ex re novum est. quia sunt plerique sanctorum ita simplices et occulti seseque in locis minoribus sub magno silencio contegentes ut vix eorum vita ab aliis possit agnosci. Quid itaque isti nisi carbones sunt. qui etsi per fervorem spiritus ardorem habent ita tamen extra flammam non habent, nec in alienis cordibus tenebras peccatorum vincunt quia vitam suam omnino sciri refugiunt sibimetipsis quidem accensi sunt Sed aliis in exemplo lumen non sunt / Hii autem qui et contra vicium preliant et lumine boni operis per vitam et verbum itineratibus demonstrant Merito lampades appellantur quia et per amorem desiderii et per flammam verbi a peccatorum cordibus erroris tenebras repellunt. Qui igitur in occulto bene vivit sed in alieno provectu minime proficit carbo est. Qui vero ad imitationem sanctitatis positus lumine ex se rectitudinis multis demonstrat, lampas est. quia

Carbo
Lampas

et sibi ardet et aliis lucet Sequitur Et hec erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis et de igne fulgor egrediens / Splendor ignis et de igne fulgor egrediens in medio animalium discurrens videtur quia et nisi ab igne incitati permanerent illa animalia calorem suscipientia ipsa in carbonum atque lampadarum similitudine non arderent. Ignis enim nomine spiritus sanctus figuratur scilicet de quo in ewangelio dominus dicit. Ignem veni mittere in terram / et quid volo nisi ut accendatur. Cum enim carnalis mens sanctum spiritum accipit spiritali amore succensa malum plangit quod fecit. Et terra ardet quando accusante se conscientia cor peccatoris uritur atque in dolore penitentie crematur. Hinc rursum scriptum est Deus noster ignis consumens est / quia cum mentem quam replevit eam a peccatorum rubigine mundam reddit / creator noster et ignis dicitur et consumens. Discurrens ergo spiritus in medio animalium splendor ignis et de igne fulgor egrediens discurrere dicitur / quod vim suam etiam replens in electorum cordibus ex se ipso flammas amoris proicit cum mentes per timorem flammat et ad amorem suum corda torpentia accendit. Sed quia spiritus sanctus deus ante secula patri est et filio coeternus queritur nobis est cur discurrere dicatur. Omnis enim quod discurrit accedit ad locum in quo non fuit. et eum deserit in quo fuit. Qua igitur ratione discurrere spiritus dicatur dum cuncta intra ipsum sunt et locus nusquam sit ubi non sit. Sic scriptum est. Spiritus domini replevit orbem terrarum / et tamen in libro sapientie describitur adiunctum est Est enim in illa spiritus intellectus sanctus unicus multiplex subtilis mobilis et paulo post manens stabilis. In quibus rursum verbis magna nobis questio oritur cur spiritus implet omnia sit mobilis dicatur et stabilis. Sed si ad usum consuetudinis

Nota

rum ac recurrens sensum textus loquitur
invenimus. Homo quippe qui in mea
regione in qua est ubique discurrit
procul dubio namque ubique abiens
venit et repente ubi non creditur
invenitur. Omnipotentis ergo spiritus ut
ubique presentia se insinuaret simul et
mobilis et stabilis dicitur. Stabilis
quia per naturam omnia continet. Mo-
bilis autem dicitur quia ubique etiam
nescientibus accurrit. Tenens quoque omnia
stabilis putatur, se in omnibus exhi-
bens mobilis appellatur. Splendor
ergo ignis et de igne fulgur egre-
diens inter pennata animalia discur-
rit, quia sanctus spiritus simul singulis
atque omnibus presto sit, et incendit
quos contigerit, illuminat quos accendit,
ut post fulgoris presentiam accensi
ardeant, et per ignem amoris quem
acceperint flammas exemplorum red-
dant. Fulgur quippe de hoc igne
egrediens corporeas mentes per-
cutit easque percutiendo excitat et
inflammat, ut post amorem illius
ardentes pariter et lucentes currant.
Unde alibi scriptum est: Thronus eius
flamma ignis, rote eius ignis ac-
census. Thronus quia nimirum custodes
sunt et pascendi gregis onera
susceperunt, unitate loca intime
pintavunt. Sed quia unusquisque in loco
positi durantur in se presentiam por-
tant et ardent, Thronus Dei
flamma ignis dicitur. Rote autem quia amo-
rem domini in predicatione discurrunt,
rote eius ignis ardens sunt: quo-
niam ex eius desiderio per varia loca
discurrunt. Unde ipsi ardent et
alios accendunt. Post tam discur-
sus atque mobilitatis spiritus requisi-
tione altius intelligi considerantur.
In sanctorum quippe cordibus iux-
ta quasdam virtutes semper permanet,
iuxta quasdam vero recessurus venit
et venturus recedit. In fide etenim
spe atque caritate et in bonis aliis
sine quibus ad celestem patriam non
pervenitur, sicut est humilitas, casti-
tas, iustitia atque misericordia, perfectorum
corda non deserit. In prophetie vero

virtute doctrine facundia miraculorum
exhibitione electis suis aliquando adest,
aliquando se subtrahit. Adest ut ele-
ventur, et semetipsum subtrahit ut
humilientur. Adest ut eos ostensa
virtute glorificet. Recedit ut semet-
ipsos subtracta eius virtute cogno-
scant. Adest ut ondat quid per ipsum
sint. Recedit ut patefaciat qui vel
quales remaneant sine ipso. In his
itaque virtutibus sine quibus ad vitam
minime pervenitur, sanctus spiritus in electorum
suorum cordibus permanet. In his
vero per quas sanctitatis virtus ostenditur
aliquando misericorditer presto est, et aliquando mi-
sericorditer recedit. Discurrens ergo et
mobilis spiritus dicitur, quia in signis atque
virtutibus iuxta utilitatem nostram
continue non habetur. Bene autem in-
sancta animalia discurrere prohibentur.
Discursus quippe ad celeritatem
pertinet. Tunc pastorum autem discurrit
spiritus, quia etsi ab eorum corde ad
momentum recesserit, citius redit.
Sequitur: Et animalia ibant et reverte-
bantur in similitudinem fulguris cho-
ruscantis. Cum superius dictum sit
non revertebantur cum ambularent,
qua ratione nunc dicitur animalia ibant et
revertebantur? Valde sibi hec videntur
contraria: quia ibant et non revertebantur,
et ibant et revertebantur. Sed quid
intelligendum sit citius agnoscimus
si duas vitas activam scilicet et contempla-
tivam solliciti discernamus. In una
enim fixi permanere possumus. In altera
autem intentam mentem tenere nullo modo
valemus. Cum enim corpore nostrum
relinquimus, nosque ipsos ad bone opera-
tionis studium extendimus, quo alibi non
ad activam imus. A qua reverti post nos
nullo modo debemus, quia qui post illam
ad corporis negligentiam ad pristinas
nequitias quas reliquerat redit
esse sine dubio celeste animal nescit.
Cum vero ab activa vita ad con-
templativam surgimus, quia diu mens
stare in contemplatione non valet,
sed omne quod de eternitate per spe-
culum et in enigmate conspicit ex-
cursim, hoc inter et per transitum videlicet

Virtutes { gratum facientes / gratis date

D

ipsa sua infirmitate et ab immensitate
tante celsitudinis animus repul-
sus in semetipsum relabitur. et necesse
est. ut ad activam redeat. se quoque ipsum
continue in usum bone operationis ex-
erceat / ut cum mens surgere ad con-
templanda celestia non valet quicquid
potest bona agere non recuset / sic quoque
fit ut ipsis suis bonis actibus ad
superiora rursus in contemplatione
surgat et amoris pastum de pabulo
contemplate veritatis accipiat / In
qua quia diu se tenere ipsa corrup-
tionis infirmitas non potest. ad bona
rursum opera rediens suavitatis
dei memoria pascitur et foris piis
actibus. Intus vero sanctis desideriis
nutritur / hinc etenim de perfectis viris
post contemplationem suam redeuntibus
dicitur. Memoriam suavitatis tue
eructabunt. Dulcedine quippe sua-
vitatis intime / quia ut eamque possunt
velut ex quodam corusco pregustando
tangere eius memoriam student re-
colendo semper et loquendo ructare
Unde et aperte nos psalmista ad-
monet dicens. lux orta est iusto
et rectis corde leticia. letamini iu-
sti in domino et confitemini memorie
sanctitatis eius. Cui rursus ait
Quam magna multitudo dulcedinis
tue domine. Que videlicet quam magna
esset nullo modo agnosceret nisi
hanc aliquatenus contemplando gus-
tasset / hinc iterum dicit Ego dixi
in extasi mea proiectus sum a vultu
oculorum tuorum. Nisi enim in mentis
excessu sublevaretur dulcedine sua-
vitatis eterne cognovisset in hoc adhuc
mundo retentus non discerneret quam
longe proiectus iacet. Missa ergo
animalia vadunt et non revertuntur
atque vadunt et non redeunt. quia
sancti viri ab activa vita quam
apprehenderint ad iniquitates non cor-
ruunt / et ad contemplativam quam
tenere nequeunt non pertingunt In activa
relabuntur. Sicut enim dictum est Ipso
infirmitatis sue pondere devicti ad se-
metipsos repulsi redeunt ut redeun-
tes discant quid desiderant et reve-
tentes ubi iaceant sciant. Euntes

intelligant ubi nondum sint redeun-
tes quid sint. Sed qualiter sancta hec
animalia redeant demonstrat cum
subditur In similitudinem fulgoris cho-
ruscantis. Bene autem redeuntia animalia
chorusco fulgori comparantur. quia
sancti viri cum ad superna contem-
planda evolant tum primicias su-
spei in celestis patrie amore ligant
Sed quasi humane conditionis po-
dere ad semetipsos redeunt bona ce-
lestia que saltem per speculum con-
templari potuerunt fratribus denunci-
ant eorumque animos in amorem
intime claritatis accendunt. que
nec videri sicut est nec loqui pre-
valent sicut viderunt / loquentes
autem verbis suis corda audientium
feriunt et incendunt. Quasi igitur
fulgor choruscans redeunt. quia
cumque celestia loquuntur / quia
per eos superni lumine intimatur
ad amorem celestis patrie mentes
audientium inflammat / More autem
choruscantis fulgoris cum loquen-
do proximi mentem spiritalis desi-
derii aspergitur / Alio quoque mo-
do sancta animalia vadunt et redeunt
Vadunt enim cum ad insinuanda
celestis domini gratiam in predicatione
mittuntur atque ut ad fidem trahant
mira coram infidelibus faciunt
Sed redeunt quia hec omnipoten-
tie virtuti tribuentes semetipsis que
fecerunt non ascribunt. Cum enim
stupenda faciunt fulgor scilicet / quia
corda intuentium concutiunt eum
illuminant et accendunt. Unde scrip-
tum est In lumine iacula tua
ibunt in splendore fulgoris
armorum tuorum. Iacula dei sunt
verba sanctorum que corda peccan-
tium feriunt. Sed ista iacula hec
arma sancti fratres sunt. quia
predicatores vel iacula mittuntur. ar-
mis vero muniuntur. Unde ergo
verbis adiungit miracula quia armis
se muniunt. ne ipsi feriantur In
lumine iacula tua ibunt / quia aperte
exeunt verba dei. quia committantur
debent simul doctorum scilicet miracula

E

recte subiungitur in splendore fulgo
ris armorum tuorum / Quia dum addis
tas arma miraculorum mentes perseque
tum fulgorat ut eos perfectum non
consumant / Hec itaque animalia vadunt
et revertuntur in similitudine fulgoris
choruscantis / Anima post quam mira
sancti viri homines faciunt postquam
corda audientium sparso lumine in
cendunt ad dandam auctori suo glo
riam redeunt / ut illi laudem reddant
per quem se posse talia faciunt Sic
petrus cum sanato homine qui claudus
ex utero matris fuerat signum fecit
quod omnes qui cognoscerent verba
valde mirarentur Dixit Quid mi
ramini in hoc aut nos quid intuemini
quasi nostra virtute aut pietate fecimus
hunc ambulare Deus Abraham
deus ysaac et deus Jacob deus
patrum nostrorum glorificavit filium suum
ihesum christum / et paulo post In fide
nominis eius hunc quem vidistis et
nostis confirmavit nomen eius / Signum
quippe faciens intuentium oculos in
vacuum lumine perstrinxit / sed humilitatem
custodiens et laudem auctori reddens
quasi unde veneat redyt quia
lux fulgoris unde sunt ostendit Sancta
itaque animalia cum ad signa ope
randa veniunt et cum ad redde
dam auctori suo gloriam intus aput
semetipsam redeunt fulgori similia
et ostendendo miracula et exempla
humilitatis prebendo mentes intuen
tium feriunt et incedunt In nostra
autem quod faciunt pro deo semper ad laudem
creatoris redeunt ut in ea virtute
quam accipiunt vera stabiliter persistant
Nam si quid sibi tribuerent ihesus
quod acceperant stare non possent / Unde
bene etiam per Salomonem dicitur ad lo
cum de quo exeunt flumina reu
tuntur iterum fluant Sunt enim in
virtutibus seu in doctrina quidam ali
sunt sancti viri quamvis flumina que terram
cordis carnalium aridam rigant
Sed sine vero operatione quam faciunt
seu in doctrine verbis citius siccare
tur nisi per intentionem cordis
se sollicite ad locum de quo exeunt rediret

Si enim introrsus ad cor non redeunt
ac sese in amore conditoris deside
riorum vinculis non astringunt / et
manus ab eo quod agebat deficit
Et lingua ab eo quod loquebatur
arescit Sed intus semper per amorem
redeunt et hoc quod in publico
operantes atque loquentes fundunt in
secreto suo de fonte amoris hauriunt
Amando enim discunt quod docendo
proferunt / ad locum ergo de quo exeunt
flumina revertuntur ut iterum fluant
/ quia aquam sapientie inde semper hauri
unt unde oritur / ne cum fuerit
exsiccetur / per omne ergo quod agimus
ad fontem veri luminis sollicita men
te redeamus / reddamus creatori nostra
gratias de bonis que accipimus / Cui quod
cum Ysaia propheta supplicat dicens
Omnia opera nostra operatus es nobis
/ bona enim nostra eius sunt opera cuius
iuste non sufficit ut nos erigeret
nisi et semetipsum pro nobis incli
naret Si enim coeternus patri deus
ante secula non fieret homo in tempore
numquam homo temporalis saperet eterna
Descensio ergo veritatis ascensio facta
est humilitatis nostre Demus ei gloriam
demus laudem Qui vivit cum patre
in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum Amen

Tenebrosa aqua in nubibus aeris
Anima obscura est scientia in prophetis
Sed Salomonis voce attestante
didicimus Gloria regum celare verbum
et gloria dei est investigare sermonem / quia
et honor est hominum coram secreta
abscondere / et gloria dei est iustitia ser
monis eius aperire / Propterea per se
veritas dicit discipulis Que dico
vobis in tenebris dicite in lumine
id est aperte exponite que in allegori
arum obscurationibus audistis Magna
que vero utilitatis est ipsa obscuri
tas eloquiorum dei que exercet sensum
ut fatigacione dilatetur et exercita
tus capiat quod capere non posset
ociosus / Sed quoque adhuc maius
aliud quia scripture sacre intelligentia

Obscuritas
scripture
utilis est

9

si in cunctis esset aperta vilesceret. In
quibusdam locis obscurioribus tanto
maiori dulcedine inventa reficit
quanto maiori labore fatigat animum
quesita. Ecce enim sancti Ezechielis
nunc voce dicitur: Cumque aspicerem animalia
apparuit rota una super terram. Quid
autem rota nisi sacram scripturam
signat, que ex omni parte auditorum
mentes volvitur et nullo erroris
angulo a predicatione sua via reti-
netur. Ex omni autem parte volvitur
quia inter adversa et prospera recte
et humiliter incedit. Circulus quippe
preceptorum illius modo sursum modo
deorsum est. Quia ipsa que perfecto-
ribus spiritualiter dicuntur, sursum
iuxta litteram congruunt, et ipsa que
parvuli iuxta litteram intelligunt do-
cti viri per spiritualem intelligentiam
in altum ducunt. Rebus namque
prolatum in factis Esau et Iacob quod alter
ad venationem emittitur ut benedicatur,
alter vero per suppositionem matris a patre
benedicitur, nisi iuxta sacre lectionis
historiam passim? Singula certe histo-
ria si ad intellectum paululum subtilius
astringatur, videt quia Iacob primo-
geniti benedictionem non per fraudem
subripuit, sed ut sibi debitam accepit
quam hereditatem fratris data lenticula mercede
emerat. Et vero si quis altius senti-
endo utrorumque factum voluerit, per allego-
rie archana dispositionem protinus ad
historiam in misterium surgit. Quid
est enim quod Ysaac de maioris filii
sui venatione vesci concupiscit, nisi
quod omnipotens deus iudaici populi
bona operatione pasci desiderabat?
Sed illo tardante minorem benedicta
supposuit, quia dum iudaicus populus
bona opera foras querit, gentilem
populum mater sancta gratia constringit, ut
omnipotenti patri cibum boni operis
offerret et benedictionem maioris fratris
acciperet. Cum cooperti [illegible] se deme-
stris animalibus presumit, quia gen-
tilis populus placet deo de victimis

sacrificiis suis quereris per prophetam propheta
dicat: In me sunt deus vota que reddam
laudationes tibi. Quid est quod idem
Iacob manus ac brachia et colla
hedinis pellibus texit, nisi quod edus
pro peccato offerri consueverat, et gentilis
populus carnalis quando in se peccata
mactavit? Sed cooperuit se anima-
libus peccatis confessionem eius clauserunt.
Quid est quod vestimentis fratris maio-
ris induitur, nisi quod sacre scripture
precepta que maiori populo data
fuerant in bona operatione vestita
sunt? Et ea maior in domo dimisit
que maior foras habens intus
reliquit. Quia illa gentilis
populus precepta tenuit in mente que
iudaicus populus habere non potuit
dum solam in eis litteram attendit.
Et quid est quod Ysaac eundem
filium sensit quem benedixit, nisi
hoc quod de gentili populo deus per
psalmistam dixit: Populus quem
non cognovi servivit michi, ab
auditu auris obedivit michi.
Quid est quod patrem eius videt
et tamen que ei in futuro venient
videt, nisi quod omnipotens deus
eum per prophetas suos predixerat gen-
tilitatem gratiam prolongandam, quam
in presenti per gratiam non videt, quia
tunc in errore dereliquit, et tamen
quia hanc quoque collectura erat
per benedictionis gratiam previdebat. Unde
et ad Iacob gentilis populi figuram
tenenti in benedictione dicitur: Ecce odor
filii mei sicut odor agri pleni cui
benedixit dominus deus. Sicut enim
in Evangelio veritas dicit: Ager
est hic mundus. Et quia gentilis
populus ad fidem perductus ad electos
suos in omni mundo virtutibus
redolet, odor filii odor est agri
pleni. Alii fructus olet flos vinee
quia magna est virtus et opinio
predicatorum qui [illegible] sanctos
laudicando. Alii flos olive quia
suave est opus misericordie, quia more

dei resonet et lucet. Aliter flos ro
se quia mira est fragrancia que
ventilat et redolet ex cruore marty
rum. Aliter flos lilii quia candida vita
virginis est de incorrupcione virginitatis.
Aliter flos viole quia magna virtus
est humilium qui ex desiderio loca
ultima tenentes super humilitatem
terra in altum non sublevari et
celestis regum purpuram in mente
portant. Aliter redolet spica cum
ad maturitatem perducitur / quia bonorum
operum perfectio ad sacietatem eorum
qui iusticiam esuriunt preparatur / Ita
ergo gentilis populus in electis suis
ubique per mundum sparsus est et ex
eius virtutibus quas agit omnes qui
intelligunt odore bone opinionis
replet. Dicitur vite odor filii mei sicut
odor agri pleni / Sed quia easdem
virtutes ex semetipso non habet adiun
gat. Cui benedixit dominus deus / et
quod ipsum electorum populus per quos
dam eciam in contemplacione surgit
per quosdam vero in active vite so
lummodo opera pinguescat. Recte illic
additur. Det tibi dominus de rore celi
et de pinguedine terre. Ros enim
desuper et subtiliter cadit et tunc
de rore celi aspergimur quociens per
infusionem contemplacionis intime ali
quid de supernis videmus. Cum vero
bona opera eciam per corpus agimus de
terre pinguedine dicamur / Quod
est autem quod Esau ad patrem redit nisi
quod iudaycus populus ad placendum deo
nechitur. Cui et hoc in benedictione
dicitur. Tempus quod erit cum solvatur
iugum de collo tuo. Quia a finitu
re petit iudaycus populus in fine li
beratur sicut scriptum est. Donec
plenitudo gencium intraret. et sic
omnis Israel salvus fiet / Que non
[illegible] ipsa cronica historiam
commutacionem operacione reficiat quod ydrias
aqua impleri precepit eandem quoque
aquam in vinum protinus vertit. Sed
cum hec vigilatores ingenio au
diunt et sacram historiam credendo
venerant quod intimus innuat requ
irunt. Qui enim mutare aquam in
vinum potuit eciam vacuas ydrias
valuit vino statim replere. Sed impleri

ydrias aqua iubet / quia prius per
sacre lectionis historiam corda nostra
replenda sunt / et aquam nobis in
vinum vertit / cum ipsa hystoria per
allegorie misterium spiritualem nobis
intelligenciam commutat. Nota quod
quasi per terram trahitur quod primus
humili sermone concordet / et tunc ma
gnus spiritualia infundens quasi [illegible]
in altum levat. et inde sursum eri
gitur / Unde terram tangere paulo ante
videbatur / Quia vero undique edifi
cat quasi per circulum rota currit
Unde et in lege scriptum est Facies
et candelabrum ductile de au
ro mundissimo. hastile eius et ca
lamos sciphos et sperulas et lilia
ex ipso procedencia. Quis in cande
labro nisi redemptor humani generis
designatur qui in natura humanitatis
infulsit lumine divinitatis. ut mundi
candelabrum fieret / quatinus in eius
lumine omnes peccatores in quibus iacent
tenebris viderent. Qui pro eo quod
naturam nostram sine culpa suscepit can
delabrum tabernaculi ex auro pu
rissimo fieri iubetur. Ductile autem
feriendo perducitur quia et redemptor
noster qui ex concepcione et nativi
tate perfectus deus et homo extitit
passionum dolores pertulit et sic ad
resurrectionis gloriam pervenit. Ex auro
ergo mundissimo ductile candelabrum
fuit. quia et peccatum non habuit et
tamen corpus eius per passiones
contumelias ad immortalitatem proficit
Nam iuxta virtutes anime quo pas
sionibus potuisset proficere quomodo non
habuit. In membris autem suis quod nos
sumus cotidie pressionibus proficit
/ quia dum nos tundimur et efficimur
ut eius corporis esse mereamur. Ipse
proficit / De cuius corpore scriptum est. Ex quo
totum corpus per nexus et coniunctiones
subministratum et constructum crescit
in augmentum dei. Corpus quippe
illius nos omnes sumus / per nexus
vero et coniunctiones corporis ligatum / quia
dum capiti pectus / dum pectori bra
chia / dum brachiis manus digiti
manibus sunt iuncti / ac membra ceteris
membris inherent corpus omne proficit.

C

sicut sancti apli quia redemptori
nro spiritualiter extiterunt quasi pectus
capiti inhesit quos quoque invenes esse
scitis quasi iuncta brachia pec
tori fuerunt Quibus dum pasto
res et doctores subiuncti sunt per
bona opera manus brachiis inhese
runt hoc vero omne corpus redemptoris
nri quottidie pficiens et coniunctiones
subministra in celo quia cum ad eum
illuc electe aie ducuntur ei sua me
bra colligunt De quo bene dicitur. sub
ministratum et constructum crescit in au
gmentum dei Quia deus omnipotens
redemptor nr qui in se quo pficiat
non habet adhuc per membra sua quot
tidie augmentum habet Unde rursum
scriptum est Donec occurramus omnes
in virum pfectum in mensura etatis
plenitudinis xpi hastile vero eiusdem
candelabri ipa ecclia debet intelligi
que corpus eius est quia inter adver
sa libera erat calami autem qui de ha
stili procedunt predicatores sunt qui
dulcem sonum in mundo ediderunt
vt canticum novum Sciphi autem
vino repleri solent Quid ergo men
tes auditorum nisi sciphi sunt que
sanctis predicantibus vino sunt reple
te Sperula autem quid est aliud nisi
volubilitas predicationis Spera enim ex
omni parte volvitur Et predicatio ge
neri adversitate teneri potest nec psperi
tatibus elevatur Spera e Quia
et inter adversa et inter pspera humilis
nec timoris habet augmentum nec elacio
nis In cursu ergo suo figi non valet
quia per cuncta se volubiliter tenet
Sed autem hoc quod exempli causa p
tulimus exequamur. bene post sci
phos calamos et sperulas in
candelabro lilia describuntur Quia
post eam quam diximus predicationis
gratiam atque volubilitatem Illa in
venis patria sequitur que aiabus scis
id est floribus vernat eterniis Spe
rule ergo ad laborem ptinet Alia
ad retributionem Itaque sicut apud Mo
ysen sperula doctrina predicationis
accipitur ita per rotam ipa sacra
scriptura signatur Propheta igitur dum

sancta aialia videt adiunxit Cumque
aspicerem aialia apparuit rota una
super terram Quia in re quienda
tum insuper rote describuntur. cur una ro
ta prius apparuisse dicitur nisi quod anti
quo pplo vetus solummodo testamentum
datum est quod ad erudiendam mentem
illius quasi rota volvetur Bene autem
rota eadem super terram apparuisse dicitur
peccatori enim homini dictum est Terra
es et in terram ibis Rota ergo super
terram apparuit Quia deus omnipotens
legem super corda peccatorum dedit
Sed quia hoc permata aialia scos
vt diximus ewangelistas designat
quomodo prius aialia et postmodum
rota una aspicitur. Dum ante testam
tum vetus fuit et postmodum sancti
ewangelii secuti Sed intelligere in hiis
possumus quod illi prius a propheta visi sunt
qui multo transcendunt Nam quanto rem
ewangelium testamentum vetus precellit
tanto et predicatores eius in descrip
tione prophetica pferri debuerunt Quam
uis sit adhuc aliud quod in hac de
scriptione considerari debeat quia prophe
spiritus sit mira fecundus anteriora et
posteriora simul collegit vt hec simul
prophete lingua pferre non possit sed
ampla que videt dispersim simul
enarrat et nunc vltima post prima
nunc vero prima post vltima loquitur
Unde Ezechiel prophetiam sub figura sancte
vniversalis ecclie et ewangelistarum etiam
per quatuor aialium similitudinem vidit
et tamen illa repente subiungit que an
terioribus et posterioribus temporibus ge
sta sunt vt patenter indicet simul
se vidisse quod carnis lingua non
sufficeret simul dicere quia vero per quatuor
aialia etiam pfectos omnes signifi
cari diximus Consideremus quoque
quosdam sanctorum et ante legem
fuisse qui in naturali lege discrete
vivere et omnipotenti domino place
rent Post aialia ergo rota descripsi
quia electorum multi apud omnipo
tentem deum pfecti et ante legem
fuerunt Dum vero aialia solos vt

dixim(us) ev(an)g(e)l(is)tas de bonis accipe(re); q(uia) et ad
hic aliud quod considerare debea(mus).
Videbat enim sp(irit)u p(ro)pheta quia hec
eo verba que obstinatibus obvolu
ta p(ro)ferebat non iudaico p(o)p(u)lo s(ed) genti
bus panderentur. Nobis igitur loquen
tibus animalia et post rotam describe
bant. Quia nos largiente d(omi)no
ad fidem venientes non per legem
ev(angeliu)m sed per s(an)c(tu)m ewangelium le
gem didicimus. Ubi vero vel qualis
rota apparuit adiungit cum dicit: Iu
xta animalia habens quatuor facies. Ubi
adhuc subditur: Et aspectus rotarum
et opus earum quasi visio maris
et una similitudo ipsarum iiii(or) et aspe
ctus earum et opera quasi si sit rota
in medio rote. Quid est hoc q(uod) p(ri)mum
una rota dicitur, paulo post adiun
gitur: quasi si sit rota in medio
rote, nisi q(uod) testamenti litere veteris
intra testamentum novum latuit per
allegoriam. Unde et rota eadem que
iuxta animalia apparuit iiii(or) facies
habere describitur, quia scriptura sacra
per utraque testamenta in iiii(or) p(ar)tibus
est distincta. Vetus etenim testam
entum in lege et p(ro)ph(et)is. Novum vero
in ewangeliis atque ap(osto)lorum actibus
et dictis. Dicitur aut(em) quia ubi fa
ciem intendimus ibi quod necesse est
videmus. Rota enim ergo iiii(or) habet
facies, quia prius reseranda mala
in p(o)p(u)lis vidit per legem, postmodum
vidit per p(ro)ph(et)as, subtilius vero
per ewangelium, ad extremum aut(em)
per ap(osto)los ea que in turpibus homi(ne)
reseraverant aspexit. Potest et(iam) intel
ligi q(uod) quatuor facies rota habe(re) p(er)hibe(tur),
quia scriptura sacra per gra(tia)m pre
dicationis extensa in quatuor mundi
partes innotuit. Unde et bene eadem
rota una prius animalia iuxta appa
ruisse, et postmodum iiii(or) facies ha
buisse describitur, quia nisi lex ewan(geli)o
concordaret in iiii(or) mundi partibus
non innotesceret. Sequitur: Aspectus
rotarum et opus earum quasi visio maris.
Recte sacra eloquia visionem maris si
milia narrant, quia in eis magna
sunt volumina sicut maris ... fecund

nec unico mari similis scriptura sacra
dicitur, quia firmatur in ea sine loquutionis
sacramento baptismatis, vel etiam consi
derandum quia navibus in mare navi
gamus cum ad desideratas terras
tendimus. Nobis autem quid est in
desiderio nisi illa terra de qua scriptum
est: Portio mea in terra viventium.
Lignum autem ut dixi vehitur qui mare
transit. Et scimus quia scriptura sacra
lignum crucis per legem nobis pre
nunciat cum dicat: Maledictus omnis
qui pendet in ligno, quod redemptor
noster Paulus attestatur dicens: Factus pro
nobis maledictum. Per prophetas quoque
lignum annunciat cum dicit: Dominus re
gnavit a ligno. Et rursum: Mittamus
lignum in panem eius. Per ewangelium vero
lignum crucis aperte ostendit, ubi ipsa
passio domini que prophetata est declaratur.
Per ap(osto)los autem hec eadem crux et
in verbis et in operibus tenetur, cum
Paulus dicit: Michi mundus crucifixus
est et ego mundo. Et rursus: Michi
autem absit gloriari nisi in cruce domini
nostri Ihesu Christi. Nobis ergo qui ad eternam
tendimus patriam scriptura sacra per
iiii(or) suas facies mare est, quia crucem
annunciat, quia nos ad terram viventium
ligno portat. Nisi autem mari scriptu
ram sacram similem cerneret propheta
minime dixisset: Repleta est terra scientia
domini sicut aqua maris operientis. Sequitur:
Et una similitudo ipsarum quatuor. Et
aspectus earum et opera quasi si sit
rota in medio rote. Una similitudo
ipsarum est quatuor, quia quod predicat
lex, hoc eadem prophetie; quod denun
ciant prophete, hoc exhibet ewangelium;
quod exhibuit ewangelium, hoc predica
verunt ap(osto)li per mundum. Una ergo
quatuor similitudo ipsarum, quia divina
eloquia et si temporibus distincta
sunt tamen sensibus unita. Et aspe
ctus earum et opera quasi sit rota
in medio rote. Rota intra rotam
est testamentum novum sicut dixi(mus)
intra testamentum vetus. Et quod
designavit testamentum vetus, hoc
testamentum novum exhibuit. Item
pauca de multis loquar: quid est
quod Adam dormiente Eva producitur,
nisi quod moriente Christo ecclesia formatur.

Testamentum novum est in veteri.

E

Quid est quod Ysaac ad ymolandum
ducitur et ligna portare super se ponitur
et vivit, nisi quod redemptor noster ad
passionem ductus, lignum sibi crucis
ipse portavit et sic in sacrificio pro
nobis ex humanitate est mortuus, ut
tamen immortalis maneret ex divinitate. Quid
est quod homicida post mortem summi pon-
tificis absolutus ad terram propriam redit
nisi quod humanum genus quod peccando
sibimetipsi mortem intulit. Post mor-
tem veri sacerdotis videlicet redemptoris
nostri peccatorum suorum vinculis solvitur
et in paradisi possessione reparatur. Quid
est quod in thabernaculo propiciatorium fi-
eri iubetur super quod duo cherubin unum
a summitate una et alterum a summitate
alia ex auro mundissimo ponuntur
expandentes alas et operientes oracu-
lum qui se mutuo respiciunt versis
vultibus in propiciatorium, nisi quod utraque
testamenta ita sibi in mediatore dei
et hominum concordant, ut quod unum
signat hoc alterum exhibeat. Quid
enim per propiciatorium nisi ipse rede-
mptor humani generis designatur. De quo
per paulum dicitur: Quem proposuit deus
propiciatorem per fidem in sanguine
ipsius. Quid ergo per duo cherubin
que plenitudo sciencie dicuntur nisi utraque
testamenta signata sunt. Ex quibus
unum a summitate una propiciatorii, aliud
vero a summitate altera stat. Quia quod
testamentum vetus de incarnatione
nostri redemptoris cepit prophetando pro-
mittere, hoc testamentum novum preterite
narrat expletum. Duo autem cheru-
bin ex auro mundissimo facta sunt
quia utraque testamenta pura ac
simplici veritate describuntur. Expandunt
vero alas et oraculum operiunt, quia nos
omnipotentis dei oraculum sumus a culpis
dimmitentibus scripture sacre edificacione
protegimur. Cuius dum sinus sollicite
aspicimus ab errore ignorancie eius
alis velamur. Duo vero cherubin
se mutuo respiciunt versis vultibus in
propiciatorium, quia utraque testamenta
in nullo a se discrepant, et quasi ad
semetipsa vicissim facies tenent, quia
quod unum promittit, hoc aliud exhib-
et. Dum inter se positum mediatorem dei
et hominum vident, facies quippe a semet-
ipsis cherubin averterent, si quod unum
testamentum promitteret aliud negaret.
Sed dum concordat de mediatore
dei et hominum loquuntur, et vicissim
se respiciunt in propiciatorium intendunt.
Nota ergo in medio rote est, quia in
testamento veteri testamentum novum.
Et sicut sepe iam diximus, quod te-
stamentum vetus promisit, hoc novum ex-
hibuit, et quod illud occulte annun-
ciat, hoc istud exhibitum aperte
clamat. Prophecia ergo testamenti novi
testamentum vetus est, et exposicio testamenti
veteris testamentum novum. Sequitur:
Per quatuor partes earum ibant
et non revertebantur. Quo alibi divina
eloquia nisi ad corda hominum vadunt.
Sed per quatuor partes euntes ibant,
quia scriptura sacra per legem ad cor-
da hominum vadit, secundo instinctum per
prophetas vadit, Paulo apertius propheta-
ndo dominum, per euangelium vadit exhiben-
do que prophetavit, per apostolos vadit pre-
dicando eum que pro nobis in incarnatione redemp-
tione exhibuit. Hinc ergo rote facies
et vias quia ostendunt sacra eloquia
noticia preceptorum tamen exhibicione operum.
Et per quatuor partes vadunt quia distinctis
ut prediximus temporibus loquuntur vel
certe quia in cunctis mundi regionibus
incarnatum dominum predicant. De quibus
aperte mox subditur: et non revertebantur
cum ambularent. Hec superius de anima-
libus dicta sunt. Sed non eadem intelligi
de rotis que de animalibus prius. Rotas
quippe signare testamenta diximus. Et
testamentum vetus ambulat quidem per
predicacionem ad mentes hominum venit. Sed
post semetipsum reversum est, quia iuxta
litteram in preceptis suis et sacrificiis usque
ad finem stare non potuit. Non enim sine
immutacione permansit, tamen in eo spiritalis
intelligencia defecit. Sed cum redemptor noster
in mundum venit, hoc spiritaliter cepit intelligi
quod carnaliter impleverunt tenen-

ff

...quoque deinde spiritualem litteram eius intelli
...untur omnino in eo illa carnalis extin
...cto vivificat. Testamentum vero
...num etiam per testamenti veteris pagi
...am testamentum eternum appellatum e
...ma intellectus illius nunquam mutat
...ene ergo dicitur quod rote euntes ibant
... non revertebantur cum ambularent
...ma enim novum testamentum non resti
...tur veteri lege spiritalis per intellectum
...ne post se non redeunt que usque
... finem mundi immutabilia persistunt
...mbulant ergo rote nec revertuntur
...ma sic spiritualiter ad cor nostrum veniunt
...t eorum precepta vel studia ultius
...o mittunt. Sequitur. Statura quoque
...rat rotis et altitudo et horribilis
...spectus. Quid est quod scripture sacre
...loquiis rota hec in esse narratur ut
...tatura altitudinem et horribilem aspe
...tum id est terribilem habere memoretur
...ruendum nobis magno opere est. Que
...iuine scripture est statura, que alti
...udo, quod horribilis aspectus dicitur. Scrip
...to est quia stare ad vitam cogit nunc
...bene operantes. Unde per Paulum dicitur
...ui stat videat ne cadat. Cum etiam
...discipulis dicit hic stare hominem in domino
...et propheta qui se vita ac moribus an
...videbat. Cum ait vivit dominus in cuius
...conspectu sto. Altitudo vero est celestis
...regni promissio ad quam tunc pertingi
...tur iam mortalis vite omnis corrup
...tio subiugatur. Horribilis vero aspectus
...est terror iehenne que sine fine
...reprobos cruciat et semper in cruciatu
...continet. Statura ergo in rectitudine
...preceptionis, altitudo in celsitudine
...superne promissionis, horribilis vero
...aspectus in minis atque terroribus sup
...pliciorum sequentis. Scriptura itaque sacra
...statura habet quia mores ad standum
...dirigit, ut auditorum mentes ad eter
...nam patriam non erigens altitudi
...nem habet quia in celesti patria eterne vite
...gaudia promittit. Horribilem quoque
...aspectum habet quia hominibus reprobis
...gehenne supplicia minatur. Ostendit
...itaque staturam suam in edificatione
...morum, ostendit altitudinem in promissione

premiorum, ostendit horribilem aspectum in
intentionibus suppliciorum. Recta ergo in
in preceptis, alta in promissionibus,
horribilis in minis. Habet staturam
cum per prophetam dicit quiescite agere
perverse, discite bene facere, querite
iudicium, subvenite oppresso, iudicate
pupillo, defendite viduam. Et
rursum frange esurienti panem tuum
et egenos vagosque induc in domum
tuam. Cum videris nudum operi
eum et domesticos seminis tui ne
despexeris. Habet altitudinem cum per
eundem prophetam dicit non erit tibi
amplius sol ad lucendum per diem
nec splendor lune illuminabit te, sed
erit tibi dominus in lucem sempiternam
et deus tuus in gloriam tuam. Habet
horribilem aspectum cum minando dicit
bene dicit dies ultionis domini annus
retributionis iudicii Syon. Et cum
vertetur torrentes eius in picem
et humus eius in sulfur et erit
terra eius in picem ardentem nocte
et die non extinguetur in sempiter
num. Unde beatus quoque Iob describit
dicens: terram tenebrosam et opertam
mortis caligine, terra miserie et
tenebrarum ubi umbra mortis et
nullus ordo, sed sempiternus hor
ror inhabitans. Habet staturam cum per
eundem prophetam pollicetur dicens: sicut
celi novi et terram novam que ego
stare facio coram me dicit dominus, sic
stabit semen vestrum et nomen vestrum.
Illi enim veraciter coram domino stant
qui vitam suam in pravitate non dis
sipant. Habet altitudinem cum statim
subdit: et erit mensis ex mense et
sabbatum ex sabbato et veniet omnis
caro ut adoret coram facie mea
dicit dominus. Quid est mensis nisi per
fectio dierum et quid est sabbatum
nisi quies in qua fieri opus servile
non liceat. Mensis ergo ex mense e
quia qui hic perfecte vivunt illuc ad
perfectionem glorie perveniunt. Sabbatum vero
ex sabbato est quia qui hic cessant
a perverso opere illic quiescunt in cele
sti retributione. Habet etiam horribilem
aspectum cum penas adiungit et egredientur ... · Ysaias ultimo ·

Sacra scriptura habet in se ista 3 — Staturam / Altitudinem / Horribilem aspectum

et videbunt cadavera virorum qui
prevaricati sunt in me. Vermis eorum
non morietur et ignis eorum non extin-
guetur. Quid est horribilius dicam
quid ve cogitari potest quam damp-
nacionis volnera sive sape et dolores
vulnerum nunquam finire. De hoc horri-
bili aspectu vocatur hic per Salomonem
dicitur. Cum super venire duris me-
tibus dies iudicii denunciatur iuxta
est dies domini magnus iuxta et
velox nimis. Vox diei dies tribula-
cionis et angustie dum amara tribula-
bitur ibi fortis. Dies ire dies illa
dies tribulacionis et angustie dies
calamitatis et miserie dies tenebrarum
et caliginis dies nebule et turbi-
nis. Dies turbe et clangoris. Sed
quia in exterioris vite decor possimus
ut in exterioris quoque statura altitu-
dine et horribilem aspectum prestare
debeamus. Hec quippe vita interior
statura suam cum per sanctum evangelium
ad hec terrena desideria inclinari nos
prohibet redemptor noster vocabulis dicens
Attendite ut non gravantur corda
vestra in crapula et ebrietate aut
in curis huius vite. Hec altitudine
cum de eodem redemptore promittit
dicens. Quotquot autem crediderunt
in eum dedit eis potestatem filios dei
fieri. Quid enim hac potestate altius
quid hac altitudine dici sublimius
potest in qua creatus quisque efficit fi-
lius creatoris. Hec horribilem aspe-
ctum cum de reprobis loquitur dicens
Ibunt in supplicium eternum. Hec statu-
ram cum veritas discipulos amonet
dicens Vendite que possidetis et da-
te elemosinam facite vobis saculos
non veterescentes. Hec promissionis al-
titudinem cum dicit Venient ab ori-
ente et occidente et recumbent cum
Abraham Ysaac et Jacob in regno
celorum. Hec horribilem aspectum
cum subdit Filii autem regni foras
eicientur in tenebras exteriores ibi
erit fletus et stridor dencium Quibus
rursus voce virtutis dicit Vos in peccatis
vestris moriemini. Hec statura cum puni-

pastoris vocibus dicitur Ministrate in fide
vestra virtutem in virtute autem scienciam
In sciencia autem abstinenciam In abstinen-
cia autem pacienciam In paciencia autem
pietatem In pietate autem amorem
fraternitatis In amore autem fraternitatis
caritatem. Hec altitudine cum paulo
post dicit Sic enim habundanter ministra-
bitur vobis introitus in eternum reg-
num et salvatoris nostri ihesu christi. Qui
rursus bonis pastoribus pollicetur
dicens Cum apparuerit princeps pasto-
rum percipietis inmarcessibilem glorie co-
ronam. Hec horribilem aspectum
cum dicitur Adveniet autem dies
domini ut fur in qua celi magno
impetu transibunt elementa vero
calore solventur. Cum hec igitur omnia
dissolvenda sint qualis oportet
esse in sanctis conversacionibus et pi-
etatibus expectantes in adventum d-
iei dei per quam celi ardentes solventur
elementa vero ignis calore tabescent.
Hec statura cum per paulum nos a
terrenis desideriis erigit dicens
Mortificate membra vestra que sunt
super terram fornicacionem inmundi-
ciam libidinem concupiscenciam malam
et avariciam que est ydolorum servi-
tus. Hec altitudinem cum promittit dicens
Vita vestra abscondita est cum christo
in deo. Cum christus apparuerit vita vestra
tunc et vos apparebitis cum illo in
gloria. Hec horribilem aspectum cum
minatur dicens In revelacione domini
nostri ihesu christi de celo cum angelis
virtutis eius in flamma ignis dantis
vindictam hiis qui noverunt deum
et qui non obediunt ewangelio domini
nostri ihesu christi qui penas dabunt
in interitu eternas a facie domini et a
gloria virtutis eius. Hec statura nos
nos admonet dicens Videte ne
quis aliquid malum pro malo red-
dat Sed semper quod bonum est
sectamini invicem et in omnes. Hec
altitudine cum promittit dicens Si
commorimur et conviuemus si sustinemus
et conregnabimus. Et rursus non sunt

digne passiones huius temporis ad
futuram gloriam que revelabitur in
nobis. Sic horribilem aspectum eius
[illegible] dicens terribilis quedam expectatio
iudicii et ignis emulacio que consump-
tura est adversarios. Et iterum horribile
est incidere in manus dei
viventis. Hunc omnia quoque bona sua
contingit diceres, ut possitis comprehendere
cum omnibus sanctis que sit latitudo
longitudo sublimitas et profundum.
Latitudo quippe est caritatis quia et inimicos
dilectionis capit, et per eam caritatem qua
nos omnes deus late diligit, etiam
longanimiter portat. Hoc ergo nos de-
cimus exhibere proximis quod indi-
tum nobis a creatore nostro conspicimus
exhiberi. Latitudo itaque et longitudo
ad staturam pertinet, quia per amorem mores
dilatantur ut staturam. Mala caritas longa-
nimiter portat. Sublimitas autem est [illegible]
illa remuneracionis superior [illegible] dimen-
sitate dicitur. Quia nec oculus vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit que preparavit deus diligentibus
se. Habet ergo in sublimitate altitudinem
quia eterna sanctorum gaudia nostra mens
prevalent cogitacione penetrare. Pro-
fundum quoque illa inestimabilis dampna-
cio suppliciorum que eos quos
suscepit in imis demergit. In quibus
sacra eloquia horribilem aspectum
habent, quia inestimabilem terrorem audi-
entibus concuciunt cum supplicia reproborum
loquuntur. Bene ergo dicitur statura erat
rotis et altitudo et horribilis as-
pectus. Quia scriptura sacra utroque
testamento et ammonendo recta est, et
promittendo alta, et minando terribilis.
Hec nobis fratres karissimi hodierna die
tangente somno dixisse sufficiat
ut ad discenda ea que sequencia sunt
[illegible] reparati redeamus in adiutorem omnium
deo nostro Jhesu Christo confidentes. Qui vivit
et regnat cum patre in unitate
spiritus sancti deus per omnia secula
seculorum Amen



Sicut nostis fratres karissimi consue-
tudo prophetie est, nunc ista
nunc illa aspicere et ab aliis
in aliud subito verba derivare
sicut propheta, cum de domino loquitur
dicens: Deus iudex iustus fortis et pa-
ciens, numquid irascetur per
singulos dies? nisi conversi fueritis gladi-
um suum vibravit, et paravit illud,
et in ipso paravit vasa mortis, sa-
gittas suas ardentibus effecit, repen-
te subiunxit: Concepit dolorem et
peperit iniquitatem, lacum aperuit et
effodit eum, et incidit in foveam
quam fecit. Ecce cum deum narraret
et iusticiam eius non mutata voce re-
pente peccatoris intulit culpam [illegible]
nunc exempli causa dixisse suffici-
at, quia quisquis in propheticis usum
lectionis habet, cum crebro ista faciat
non ignorat. Quid nunc Ezechiel
propheta cum de rotis loquitur adiunxit:
Et totum corpus plenum oculis in
circuitu ipsorum quatuor. Cum enim non
rotarum sed ipsorum dixit, profecto in-
dicat quia repente sermo eius a rotis
ad alia rediit, per que animarum per-
fecti quoque, ut predictum est, designan-
tur. Corpora itaque animalium idcirco
plena oculis describuntur, quia sanctorum
actio ab omni parte circumspecta est, bo-
na desiderabilia prudenter, mala sol-
licite cavens. Et hoc est laboriosius
ubi sanctorum mens vehementer in-
vigilat, ne se ante eorum oculos ma-
la sub bonorum specie abscondant. Cir-
cumspecta ergo est vita sanctorum, ne sic
sit libera ut superba sit. Quia sepe super-
bia excedit et videri appetit libertas
puritatis; ne sic sit humilis ut formi-
dolosa, quia aliquando timor restringit
animum ut loqui que recta sunt non
presumat. Sed cum in ipsa timida
cogitacione humilitatem esse simulat.
Ne sic sit parca ut tenax sit. Quia
plerumque tenacia parsimonia appe-
tit estimari ut iuste ac necessarie
videatur tenere quicquid egentibus proximo
misericordie non vult tendere. Ne sic sit
munificus ut effusa sit. Quia non numquam

effusio esse innaz putat. Aliud est enim
pietatis studio necessaria proximis
dare / atque aliud ea que possident
sine mercedis intentione dispergere /
Intencio Quicquid ergo agitur in radice inten-
tionis pensandum est quo intuitu apud
internum judicem creatoris habeatur. Unde et
idem creator dicit. Si oculus tuus
simplex fuerit totum corpus tuum lu-
cidum erit. Oculum videlicet intencionem cordis
vero actionem nominans / quia si nostra
intencio apud deum simplex fuerit
in eius iudicio nostra actio tenebrosa
non erit. Sepe ergo sancti viri sollerter
invigilant. ut se undique aspiciant
se ubique custodiant / ne aut mala perversa
ipsa appetant. aut hec eadem sub specie
bonorum agant. si ne se eis vicia
virtutes esse mentiantur totum corpus
plenum in circuitu oculis habet. Quia
omnis eorum actio prudencia sollici-
tudinis et repletur et circumdatur. Hic
est quod Paulus apostolus dum cunctis pru-
2 cor. 2 denter de perpetrato facinore corinthi-
is prospiceret voluisse misereri ait.
si cui aliquid donastis et ego. Nam
et ego quod donavi propter vos in persona
Christi ut non circumveniamur a sathana.
Non enim ignoramus cogitaciones
eius. Si enim parcendum erat. cur se hu-
militate tanta voluntati discipulorum
magister egregius sociat ut neque ipse a
discipulis neque ab eo discipuli mente
passionis causa divisi videantur. Nisi
quia sollicita prudencie oculo atten-
dit quod plerumque dum alter donat
alter irascitur. et quale est iam
inde sacrificium quod cum discordia
proximi offertur. Unde recte ait ut
non circumveniamur a sathana. Non
enim ignoramus cogitaciones eius.
Quia videlicet inde in altius corde rixe
malum solet immittere unde alium
concupiscit pietatis negotium facere
se Impletum enim bonum est quod
sic agitur ut neque eis ex alio latere
mali subrepat. Non attendamus inspi-
Scandalum forte hoc quod sine cuiuspiam scanda-
vitandum lo fieri non potest culpa sic non fiat
vel non vitandum. se. Hoc vero ideo dicimus ut notum

nostre dilectioni faciamus / quia in nostro
bono opere aliquando cavendum est scan-
dalum proximi / aliquando vero pro nichi-
lo contempnendum. Quod in nostro
ipso auctore didicimus / qui dum tribu-
tum petro inquisito patitur pro
paradigmate proposuit per quod se
nichil debere ostendit dicens. Reges
terre a quibus accipiunt tributum
vel censum a filiis suis an ab ali-
enis. / Cui dum dicitur ab alienis
/ illico addidit. Ergo liberi sunt filii.
post quem se liberum esse monstravit
ne fortasse scandalum cuiquam face-
ret subdidit. Ut autem non scandalizemus
eos / Vade ad mare et mitte hamum
et eum piscem qui primus ascenderit
tolle et aperto ore eius invenies
staterem. Illum sumens da eis pro me
et te. Qui rursum cum diceret Non
omne quod in os intrat non co- 4
inquinat hominem / et tunc accederent
discipuli. dixerunt. Scis quia phari-
sei audito hoc verbo scandalizati sunt /
Et ille respondens ait. Omnis plantacio
quam non plantavit pater meus celestis
eradicabitur. Sinite illos ceci sunt duces
cecorum. Ecce magistra vitas ne in
quorundam cordibus scandalum gigne-
retur / et quod non debuit tributum dedit
/ et rursum quam cerneret scandalum
in quorundam cordibus concitatum
vidit in suo eos scandalo remanere
permisit. Ex qua re nobis considerandum
est / quia in quantum possumus vitare
proximorum scandalum debemus. Si autem
de veritate scandalum sumitur utilius
permittitur nasci scandalum quam veritas
relinquatur. Corporis ergo animalia plena
sunt oculis cum se hinc inde cau-
te circumspiciunt. Sed sciendum nobis est
quia sepe dum aliis rebus intendimus
ut alia negligamus / et ubi negli-
gimus. ibi procul dubio. oculum non
habemus. Nam phariseus ille qui as-
cenderat in templum orare testante
ewangelio quid dixit agnoscimus ait
enim. Deus gratias ago tibi. Recte
autem gratias agebat deo a quo acceperat
bona aut servabat. Cum eciam sub-
iungit quia non sum sicut ceteri hominum

[illegible] 6 [illegible] 2. b. [illegible]
ad [illegible] alias [illegible] sit [illegible]
[illegible] quia [illegible]
[illegible] non sunt [illegible]



rotores lumsti adultori velut etiā
hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato
decimas do omnium que possideo. Et
ad abstinendā abstinentiaz et ad
impendendā miaz. ad reficiendas do
gras oculum phariseus habuerat sed
ad humilitatis custodiaz oculum non
habuit. Et quid prodest quod contra hostium
insidias pene tota ciuitas caute
custoditur si unum foramen aper-
tum relinquitur unde ab hostibus intre-
tur. Quid ergo prodest custodia que
pene ubique circumponitur quando unius to-
ciuitas per neglectum loci unius ap-
eritur. Iste autem qui ieiunium exhibu-
it decimas dedit deo gras retulit
pene per circuitum in sue ciuitatis
custodia vigilauit. Sed quia unum
in se foramen superbie non attendit
hostem pertulit ubi per negligen-
tiam oculum clausit. Quia ergo sectores
electi condicionem securius inspicientes
vigilant atque in omni suo opere
amoris et sollicitudinis oculum cir-
cumducunt ne aut praua agant aut
bonis actibus expletis in suis co-
gitationibus intumescant et tanto
grauius offendant quanto que insti-
terunt foris occultius peccant. recte
dicitur Totum corpus eorum plenum
oculis in circuitu. Sciendum quod in
translatione veteri non habetur totum
corpus eorum plenum oculis in circuitu
sed dicitur Dorsa eorum plena oculis.
que sententia ab edificationis intellectu
non discrepat. Ea enim que sunt
in facie sepe etiaz peccatores homines
custodire solent. Iusti autem vi q̄a
et in eis custodiunt que in promptu
in facie non videntur In dorsis
oculos habere referuntur. Quia ergo
et ea que in occultis sunt districti
sunt atque ab ipsis se custodiunt que
latent profecto oculos in dorsis habent.
Quod tamen intelligi et aliter potest quia
ea que sunt ante faciem nostraz vide-
mus dorsa autem nostra alius in nobis
videt et nos videre non possumus. Quia
ergo sancti viri sollerter se aspiciunt
in omnibus ab alijs iudicari possunt. et

districte ab alijs videntur se indent
sicut sepe districte ab alijs videri
se quum in se nec ea que se latere
poterant ignorant. lumine in dorso por-
tant oculum. Cum ambularent
animalia. ambulabant pariter et rote
iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de
terra eleuabantur simul et rote. Am
bulabant animalia cum sancti viri de
scriptura sacra intelligunt quemadmo-
dum moraliter viuant. Eleuant se
a terra. alia cum sancti viri se in
contemplatione suspendunt. Et quia
vnusquisque sanctorum quanto in scriptura sacra
profecit tanto hec eadem scriptura sacra
proficit apud ipsum. recte dicitur Cum ambu-
larent animalia ambulabant pariter et
rote. Et cum eleuarentur animalia de
terra eleuabantur simul et rote. quia
diuina eloquia cum legente crescunt.
Nam tanto quisque illa altius intelligit
quanto in eis altius intendit. Unde
nec eleuantur rote si non eleuantur
animalia quia nisi eleuationem mentes
ad alta profecerint diuina dicta velut
in imis non intellecta iacent. Cum
enim legenti cuilibet sermo scripture sacre
tepidus videtur. sensus diuini eloquij
eius mentem non excitat et in cogi-
tatione sua nullo intellectus lumine
emicat. Rota ergo otiosa et in terra est
quia animal non eleuatur a terra. At
vero si animal ambulet id est bene
viuendi ordinem querat et progressum
cordis inueniat quemadmodum gres-
sum boni operis ponat. Ambulant
pariter et rote. Quia tantum de sacro
eloquio profectum inuenies quantum
apud illum ipse profeceris. Si vero pena
tum alis sese in contemplatione
tenderit rote protinus a terra suble-
uantur. quia terrena non esse intelligis
que prius in sacro eloquio iuxta
terrenum morem dicta credidisti. Fit
quod ut scripture sacre verba esse celesti-
a sentias si accensus per contemplationem
gratiam temetipsum ad celestia suspe-
ndas. Et mira et ineffabilis sacri
eloquij virtus agnoscitur cum superno
more legentis animus penetratur.
Quia ergo animal ad alta se subleuat

rota volat. Sequitur: Quocumque ibat spiritus, il-
luc eunte spiritu et rote pariter levabantur
sequentes eum. Quo enim spiritus le-
gentis tendit, illuc et divina elo-
quia levantur. Quia si in eis alti-
quid videndo et sentiendo quesieris,
hec eadem sacra eloquia tecum crescunt,
tecum in altioribus ascendunt. Bene
de eisdem rotis dicitur: sequentes eum.
Legentis enim spiritus si quid in eis sen-
tire morale aut historicum querit,
sequitur sensus hunc moralis hy-
storie. Sequitur: Si quid typicum, mox
figurata locutio agnoscitur. Si quid
contemplativum, statim rote quasi
pennas accipiunt et in aere suspen-
duntur. Quia in verbis sacri eloquii
intelligentia celestis aperitur. Quocumque
ergo ibat spiritus, illuc eunte spiritu et
rote pariter levabantur sequentes eum.
Rote enim spiritum sequuntur, quia verba
sacri eloquii, ut sepe iam dictum est,
iuxta sensum legentium per intellectum
crescunt. In una enim eademque scrip-
ture sententia alius sola hystoria pa-
scitur, alius typica, alius vero in-
telligentia per typum contemplativam
querit. Et fit plerumque, sicut dictum
est, in una eademque sententia cuncta tria
valeant inveniri. Moyses enim cum
de ardente rubo vocatus fuisset, ac-
cessit prius ut videret visum. Et
ecce rubus ardebat et non consume-
batur. Magnum est hoc miraculum. Si
solam in eo hystoriam requiras,
est in mutatur legentis animus, ut
videas quod in ligno ignis ardeat
et non consumat. Si autem vero si typi-
cam intelligentiam queras, quid
flamma nisi lege designa, scriptum est:
In dextera eius ignea lex. Et quid
rubus ille nisi iudaicum populum de-
signavit peccatorum suorum spinis ob-
situm? Sed rubus ardens consumi
non potuit, quia iudaicus populus
et ignem quidem legis accepit, et tamen
peccatorum suorum spinas non dese-
ruit, nec eius vitia divini sermo-
nis flamma concremavit. Fortasse
in hoc facto alius maiora per
typum contemplari desiderat. Huius

quia sensus excrescit, elevet pariter
et rota. Inter homines enim pro
homine factus est unigenitus Dei. Qui in
sua peccata non habuit, sed spinam nostre
nequitie suscepit atque usque ad pas-
sionem pro nobis humiliari dignatus
est, et in semetipso ignem celestis flam-
me suscepit. Atque arsit et non consumptus est,
quia ex humanitate sine culpa ex humanitate
est mortuus, et tamen immortalis
ex divinitate permansit. Deus suscepit a
nobis unde sacrificium pro nobis fieret,
et tamen impassibilis atque incommuta-
bilis permansit in propriis, ut ob-
commutaret animas. Alius forsitan
hystoriam moralitatem atque per alle-
goriam intelligentiam contemplationis re-
quirit. Patet cunctis iuxta hystoriam
hoc quod in lege scriptum est ut turtur
que pro peccato offertur retorqueatur
caput eius ad pennas ita ut collo
inhereat et non penitus abrumpatur.
In quibus scilicet verbis dubium lecti-
onibus sensus historicus non est. Si
hec intelligere moraliter requiramus, ag-
nota divina ad moralem intelligen-
tiam divinitus sacri verba. Nos enim
ipsi in omnipotentis Dei sacrificio
turtur sumus, ita ut caput nostrum
retorqueatur ad pennulas, id est quam
ad virtutes. Non enim divino precepto
mentem intelligimus. Quia sicut cor-
pus, ita mens actiones regit.
Sed caput ad pennulas torquere pre-
cipitur, ut ea que dicas facias
ob ad opera convertas. Nec ita caput
abscidendum est ut a corpore divi-
datur. Sed ex parte decisum corpori
videbitur inherere. Quia vero mens
nostra a carnali delectatione minuen-
da est, sed a carnis cura necessaria
incidenda non est. Hinc enim scriptum
est: Carnis curam ne feceritis in de-
sideriis. Hoc fieri prohibetur, pro illud quod
in necessitate conceditur. Caput ergo
turturis ex parte abscisum sit et ex
parte inhereat, ut sic dicendum est, ca-
put voluptate carnis mens incisa
sit, et tamen a necessitate non sit ab-
scisa. Secundum si hoc sacrificium generis

E

su typica redemptoris nri intellige
cia alius ad contemplacionem requirat
ascendat ergo ad fortiora animus elevet
tur talia. ut elevent pariter et rote
cris enim caput nrm est ipse rede
ter generis humani de quo scriptum est
ipsi dedit caput super omnem ecclesiam
que est corpus ipsius. Quem tamen
mali persequentes nomen eius dele
de terra conati sunt. Cumque eum cru
cifixum et sepultum viderent hunc
se davnare. aut dimisisse credi
derunt. Sed caput tantum ut est ma
sit est. et tamen a suo corpore dimissum
non est quia ex eo quod pro nobis mortem
pertulit dum nos sibi verius dispa
suit morte coniunxit. Et per hoc quod
se nostris oculis visibiliter subtraxit
amoris se mentibus invisibiliter radi
cavit. Caput ergo tantum maxime
mansit corpori. quia pro nobis quidem
redemptor nr passus est. Sed a
nobis separatus per passionem non est.
Una igitur dicta sacri eloqui tam
lenciam spiritus exercitium reddere. unde de
quoque dicitur. Quocumque ibat spiritus illuc eunte spiritu
rote pariter levabantur sequentes
eum. et subditur. Spiritus enim vite erat
in rotis. In rotis enim spiritus vite est. quia
sacra eloquia dono spiritus vivi
ficamur. ut mortifera a nobis opera
repellamus. Potest etiam intelligi. quia
spiritus vadit tamen legentis animum diver
sis modis et ordinibus tangit. Quia
cum hinc per verba sacri eloquii
ad in zelo excitatus ad ulcionem
erigit. modo ad pacienciam mitigat.
modo in predicacionem instruit. modo ad
penitencie lamenta compungit. Sed
ut hanc breviter per hec eadem verba
que diximus et videamus quomodo
conpungitur. rote spiritum quia vite spiritus
erat et rotis in eo prohibet. Certe
legentis animum spiritus vite in zeli
ardore tetigit protinus in sacris elo
quiis invenit. quod Moyses ad castra
rediens et populum per ydola peccasse
cognoscens hinc per sternos
viros gladiis stravit. Quod Finees per se
quendo luxuriam iram gladio divinam
placavit. Quod Petrus mencientes
sibimet verbo pertulit et occidit. Quod
Paulus negligentibus discipulis vir
gam minatur. Si spiritus vite legentis
animum ad servandam pacienciam tetigit
statim sequuntur et rote. Quia in
sacris eloquiis invenit quod Moy
ses et Aaron quod se loquentes reddere
persecuciones ipsi passi sunt ad tha
bernaculum currerunt pro ipso populo
exoraturi qui fugiebant. Ecce autem
eorum mens et timorem superbientium
pertulit. et tamen contra eos ad odium non
erupit. pacienciam enim vera est que etiam
amat quem portat. Nam tollerare
et odisse non est virtus mansuetu
dinis. sed velamen tamen furoris. In
eisdem quoque eloquiis invenit quod
Samuel de principatu tumine dire
ctus. orasse se etiam pro dicentibus
ostendit. Quod nemo sanctorum ad celeste
gaudium nisi pacienciam servando pervenit.
Quod ipse auctor ac redemptor generis
humani. sputa colaphos. spineam
coronam. crucem. lanceam pertulit. et
tamen pro persequutoribus oravit. Si vir
te spiritus legentis animum ad studium
predicacionis excitat statim sequuntur
et rote. Quia in sacris eloquiis in
venit Moyses iubente domino contra
Egypti regem. in quantum se predicatorem
libere verbis erexit. Quod Stephanus
iudeis presidentibus dicit vos semper
spiritui sancto restitistis. nec inter lapi
des timuit. Quod Petrus flagellis cesus
ne in nomine ihesu loquatur. tamen magna
libertate respondit. obedire oportet deo magis
quam hominibus. Quod Paulus catenatus
vinculis stringitur. Sed tamen verbum dei
non est alligatum. Si vite spiritus ad pe
nitencie lamenta compungit sequuntur
protinus rote. Quia Scripture sacre verba
David penitenciam perferunt. Quod rex repre
hensus a propheta quia subiectus celesti regi
non fuit sed increpati non erubuit
confiteri quod fecit. Quod publicanus
qui reatum suum negare cogitur. Et si
minus ad templum venit iustificatus
a templo rediit. Quod Petrus negacionis
maculas lacrimis lavit. Quod latro qui

Pacia

Predicacio

Pnia

in cruce cognouit cruxifixum in ipsa iam
morte invenit veniam De quibus ad
hunc rotas eadem prophetia replicat atque
subiungit Cum euntibus ibant et
cum stantibus stabant et cum elevarentur
a terra pariter elevabantur et rote
sequentes ea quia spiritus vite erat
in rotis hec sicut nostis fratres karissimi
ex maxima iam parte iam dicta sunt
Sed iterata descriptione narrantur
Nec nos itaque pigeat eadem breviter
exponendo repetere que spiritus prophe
ta dignatus est replicando narrare
Hec enim solummodo in hiis verbis nomi
dicitur quod dictum est Cum stantibus
stabant Sunt autem quidam qui usque
ad hoc proficiunt ut terrena que acci
piunt bene dispensare noverint
Hic operibus intendant oppressis
subveniant hii videlicet vadunt id est eo
quod amore a se ad proximi utilitatem
tendunt Cum hiis ergo rote gra
diuntur quia sacra eloquia eorum
sanctorum passibus in eius vivere dis
ponunt Et sunt alii qui in fide
quam acceperunt ita ad credendum
fortes sunt ut adversis quibusque
resistere valeant et non solum
minime ad adversitatem trahuntur pravorum
Sed etiam perversa loquentes impugnent
eosque ad rectitudinem pertrahant
Cum istis stantibus stant etiam rote
quia eius rectitudine stantem sacra elo
quium verba confirmant Cum in
eis audiunt State et tenete tra
diciones quas didicistis Et rursum
adversarius vester diabolus tamquam leo
rugiens circuit querens quem devo
ret cui resistite fortes in fide Et
sunt alii qui omnia terrena despi
ciunt nulla quoque preterea possidere
dignantur in dei se ut predictum est
contemplacione suspendunt Cum
hiis elevatis et rote pariter levantur
quia inquantum quisque ad alta profecit
intantum ei et sacra eloquia de altiori
bus loquuntur Vadunt ergo alia
ad utilitatem proximi stant ad custo
diam sui elevantur ad contemplacionem
dei Sed et rote pariter vadunt stant
elevantur Quia quesita sacra lectio
talis invenitur qualis et fit ipse a quo

queritur Ad activam enim vitam sacri
si ambulat tecum ad immobilitatem
atque constanciam spiritus profecisti stat
tecum ad contemplativam vitam per
dei graciam pervenisti volat tecum Et
rursum subditur quia spiritus vite
erat in rotis Quod idcirco
dicitur vite spiritus in rotis esse quia
scripture sacre duo sunt testamenta
que utraque dei spiritus scribi voluit
ut nos ab anime morte liberaret
Vel certe quia duo sunt precepta
caritatis dilectio videlicet dei et dilectio
proximi que utraque nos sacre epistole
dicta vivificant Recte ergo dicitur
quod spiritus vite erat in rotis quia
dilectionem dei et proximi capimus velo
quibus divinis Per precepta enim scrip
ture sacre revivescimus qui mortui
in culpa iacebamus Unde omnipoten
ti domino per psalmistam dicitur In eter
no obliviscar iustificaciones tuas
quia in ipsis vivificasti me Iustifi
caciones enim precepta domini dicuntur in
quibus nos corrigendo iustificat
De quibus psalmista rursus dicit In tuis
iustificacionibus meditabor non
obliviscar sermones tuos Verbis
itaque nos vivificat quia per hec
nobis spiritalem vitam demonstrat
ea quam per afflatum spiritus nostris men
tibus infundit Sed quia que
per donum spiritus in electorum mentibus
infundit agitur spiritus vite erat in
rotis Hic nobis scriptura in tene
bris vite presentis facta est lumen in
tenebris Hinc etenim petrus ait
Cui bene facitis intendentes quasi
lucerne lucenti in caliginoso loco
Hinc psalmista dicit Lucerna pedibus
meis verbum tuum domine et lumen
semitis meis Sciamus tamen quia ipsa
nobis lucerna obscura est nisi
hanc nostris mentibus veritas illu
stret Unde item psalmista ait Quo
niam tu illuminas lucernam meam Domine
Deus meus illumina tenebras
meas Quid enim lucerna ardens
nisi lumen est Sed lumine creato
nobis non lucet nisi illustretur
a lumine non creato Quia ergo

[...] omnipotens Deus ad salutem nostram
[...]sinum testamentorum dicta et ipse ex-
[...]at et ipse aperuit spiritus vite erat in
[...]s. Sequitur. Et similitudo super
capita animalium firmamenti quasi aspe-
ctus cristalli horribilis extenti
super capita eorum. Hec largiente
Domino duobus modis exponimus
ut lectoris animum indicata quid eligere
[...]m censeat relinquamus. Potest enim fir-
mamenti nomine celestes potestates
intelligi quod firmamentum recte quasi aspe-
ctus cristalli dicitur. Quia videlicet cris-
tallum forte quidem nimis est sed
ex aqua solidatur. Et natura angelica
creata liberum arbitrium acce- (?)
pit ut vel vellet in humilitate persi-
stere et omnipotentis Dei conspectui
inhereret, an ad superbiam labefacta
a beatitudine caderet per similitudinem
aqua fuit. Sed quia cadentibus
quibusdam sancti angeli in sua beatitudine
steterunt atque hoc acceperunt in
munere ut iam cadere omnino non
possint in eis natura sua quia iam
mutabilis non preterit quasi in firma-
mitudine cristalli conversata est.
Quod cristallum horribile et exten-
tum super capita animalium dicitur, quia
ille potestates angelice que omnipo-
tentis conspectui assistunt nobis ad-
huc in hac corruptione positis ter-
ribiles terribiles atque pavende sunt.
[...]quarum nunc gaudia quia sensus
[...]ram nostram incomparabiliter excedunt super (?)
capita animalium esse memoratur.
Quis enim in carne corruptibili po-
situs comprehendere valeat que sit
illa angelorum ineffabilis et sine
fine leticia? Que beatitudo sine defe-
ctu vultum videre creatoris atque in
eius delectatione sine diminutione
persistere. Potest autem firmamenti nomine
ipse per figuram noster redemptor intelli-
gi verus Deus super omnia et
factus inter omnia homo, per quem in se
natura nostra aput patrem confirmata
est. De quo etiam per psalmistam pro-
phetando dicitur: Fiat manus tua super
virum dextere tue et super filium hominis
quem confirmasti tibi. Humana etenim

natura prius quam a creatore omnium susci-
peretur terra erat, iam firmamentum
non erat. Peccatori quippe homini dictum
est: Terra es et in terram ibis. At
postquam assumpta est ab auctore omnium
atque in celis sublevata et super
angelos ducta, firmamentum facta est
que terra fuit. Sed firmamentum quod
aspicitur cuius habeat similitudinem subin-
fertur dicitur: quasi aspectus cristalli horribilis.
Cristallum sicut diximus ex aqua con-
gelascit et robustum fit. Scimus vero
quanta sit aque mobilitas. Corpus
autem redemptoris nostri quia usque ad
mortem passioni subiacuit aque
simile iuxta aliquid fuit, quia
nascendo crescendo lassescendo esu-
riendo sitiendo moriendo usque ad pas-
sionem suam per momenta temporum mo-
biliter decurrit. Unde cursum prophe-
ta intuens ait: Exultavit ut gigas ad
currendam viam. Sed quia per re-
surrectionis sue gloriam ex ipsa sua
corruptione in incorruptionis virtu-
te convaluit, quasi cristalli more
ex aqua duruit, ut in illo et hec
eadem natura esset et ipsa iam que
fuerat corruptionis mutabilitas
non esset. Aqua ergo in cristallum versa
est quando corruptionis eius infirmitas
per resurrectionem suam ad incorruptio-
nis est firmitatem mutata. Sed notandum
est quod hoc cristallum horribile vel pave-
dum dicitur. Quis autem nesciat cuius
pulchritudinis sit cristallum et mirum
quomodo in hoc cristallo conveniat pul-
critudo cum pavore. Sed omnibus
vera sentientibus constat quia redemp-
tor humani generis cum iudex ap-
paruerit et speciosus iustis et terribilis
erit iniustis. Quem enim mansuetum
aspicient electi hunc eundem pavendum
atque terribilem conspicient reprobi. Sed
hunc ideo tunc electi terribilem
non videbunt, quia terrorem illius
considerare non cessant. Studiose
enim considerant quam terribilis ad iu-
dicium veniat, culpas ante actas de-
flent, diminutas declinant. Pavorem
illius cottidie ante oculos mentis
ponunt, et quam tremendus appareat

h

sine cessatione suscepti sunt atque quot-
tidie timido agunt neque enim veneit
pertimescant. Similitudo ergo super
capita animalium firmamenti quasi cristalli
aspectus horribilis, et quia ipse
pavor eius quem in suis cogita-
cionibus tenent eorum mentes pro-
tegit, recte subiungitur: Extentum su-
per capita eorum desuper, super firma-
mentum. Hoc quod in similitudine
cristalli super capita animalium apparet
et horribile et extentum est, quia
bonorum mentes unde terret et inde
protegit. Si enim pavendo in eorum
cordibus non esset protector et ma-
a peccatis et post a suppliciis non surgerent.
Quia autem semper considerat qui pavor
ex iudicio immineat, ultimum penas
in rectitudine conservant. Unde et
apte mox subditur: Sub firmamen-
to autem penne eorum recte alterius ad
alterum. Nunc penne ultimum sub fir-
mamento recte sunt, quia bonum quod
alter habet hoc alter impendit, ut qui
terrenam substanciam accepit indigentis
proximi inopiam sublevet. Qui doc-
trine gratia plenus est ignorantis proximi
tenebras verbo sancte predicationis
illustret. Qui temporali potestate sub-
nixus est oppressos a violentis re-
levet. Qui prophetie spiritu plenus e-
ventura proximi mala innunciat, bo-
na suadendo declinat. Qui gratiam
curationis accepit intercessione sua
saluti infirmantium pie et humiliter
impendat. Qui a terrenis actibus
liber soli deo vacari meruit, pro
delinquentibus proximis exorare studeat
sepe. Ut qui terrena substancia in-
nixus occupatur orationi non continue in-
vigilet. Et fit plerumque ut is
qui ad exorandum dominum tenetur
mundi inmittibus oneribus exutus
vacat sustentacionem vivendi non
habeat. Sed dum dives porrigit
alimentum atque vestimentum pauperi,
et dum pauper orationi suam anime
impendit, utriusque penne alterius recte
alterius ad alterum tendunt. Nam dum

ille mihi verbum predicationis tribuit
et lumine veritatis ex corde meo igno-
rancie tenebras expellit, dum illi
ego quia fortasse a mundi ag-
gere potestate oppressum solacium me defen-
sionis impertior atque hunc de violen-
ti manibus eruo, vicissim nobis
pennas nostras tendimus, ut nos af-
fectu et opere invicem ex bonis que
accepimus tangamus. Unde per ve-
rum primus pastor admonet dicens: Om-
nibus appropinquat. Estote itaque pru-
dentes et vigilate in orationibus. Ante
omnia autem mutuam in vobismet ipsis
caritatem continuam habentes, quia cari-
tas operit multitudinem peccatorum. Hos-
pitales invicem sine murmuratione, unus-
et omnibus unusquisque sicut accepit
gratiam in alterutrum illam administran-
tes. Quod ergo apud Ezechielem penna, hoc
apud Petrum apostolum accepta gratia dicitur.
Et quia ille ait recte penne alterius ad
alterum, hoc ecclesie pastor dicit: unus-
quisque sicut accepit gratiam in alterum
illam administrantes. Penne enim re-
cte iam non sunt, si ad utili-
tatem solummodo reflectuntur. Sed
tunc recte sunt cum in utilitatem proximi
dirigimus quod habemus. Quia et bo-
na non a nobis sunt, sed ab eo
accepimus a quo factum est ut sint,
tanto ea nobis non debemus re-
tinere privata, quanto ea nobis conspicimus
ab auctore nostro ad commune utilitatem
data. Unde recte Petrus apostolus ad
exhortacione huius rei subdidit:
Sicut boni dispensatores multifor-
mis gratie dei. Atque adhuc dicit: Si
quis loquitur quasi sermones dei; si quis
ministrat tamquam ex virtute quam ad-
ministrat deus. Ac si aperte dicat:
Humiliter impendite proximis quod
quia satis nobis non a nobis
esse quod habetis. Quelibet enim
penna virtutis cum ad proximum
impendendo tenditur recta non erit cum hu-
militer caruerit. Sequitur: Unumquodque
duabus alis velabat corpus suum et
alterum similiter velatum. Quia cor

per alas vero virtutes signentur
sicut iam diximus et cum iam
dicat sub firmamento autem penne
eorum recte alterius ad alterum quoniam
dictum est qualiter subditur Unumquodque
duabus alis velabat corpus suum
hoc patenter indicatur quia et
pennas alas ad alterum tendebant
et duabus alis corpus proprium
velabant Quid est hoc nisi quod sic
debemus virtutes quas accepimus aliis
impendere. ut et ea in quibus peccata
non desinamus caute cogita
et reatum nostrum cotidie per ti
morem et penitentiam plangere Duas
alas superius quibus corpus vela
bant timorem et penitentiam diximus Ergo
caritate crescamus. ut pennas
tendamus in proximos ut iniquitatum
dum cogitare et plangere nos
tempore Pennas tendimus. iuxta penne
operiant corpora. ut et de bonis ac
bus prebeamus exempla. et ma
que egimus abscondant a iudi
timor et penitentia In translatione
veteri de hijs alis dicitur sic in
alis due coniuncte et tegentes cor
earum In quibus verbis intelligitur
quia et ipse erant penne que iunge
bantur alterius ad alterum et ipse que cor
pora cooperiebant Quod per figuram
bene accipitur Quia ille nos virtutes
quibus omnipotentem deum perquirimus
ex caritate proximis impartim
coniungimus Cum quibus dum
concorditer vivimus mala que fe
cimus velamus Unde ergo etiam per
has alas duo precepta caritatis
intelligi amor scilicet dei et proximi
amando enim deum nostra in nobis
mala perimimur id est corpus velamus
diligendo autem proximum et in quo pro
desse possumus festinamus id est alas ad
alterum tendimus Hoc autem quod se
quitur et alterum similiter velabat In
translatione veteri non habetur et qui
ibi cum postquam dictum est unum
quodque duabus alis velabat cor
pus subiungitur et alterum similiter
velabat translationem autem septuagin
ta interpretum aquile theodotionis

et symmachi sollicite perscrutatores
nichil et ex hijs verbis invenimus Sed
beati Jeronimi scripta relegentes agno
vimus quia hanc sententiam ex hebra
ica veritate ita positam non quidem iuxta
verbum. sed iuxta sensum invenit
Fieri etenim potest. ut post quam dictum
est unumquodque velabat corpus suum. sta
tim subditur et alterum similiter vela
batur Si enim diceret unum et alterum
loquendi ratio staret. postquam vero
dictum unumquodque cum adiungit alterum
tunc in unoquoque omnes comprehendimus
Sed si et peccatorum vitam et peni
tentium merita distinguimus et unum
quodque et alterum non irrationabiliter
positum videmus Sunt enim et sua de
flent et virtutum pennas ad proximos
in exemplum tendunt procul dubio per
fecti sunt Sunt autem plerique peniten
tium qui corum lacrimas conspiciunt et imi
tantur et qui iam in suis pravitatibus
esse potuissent. electos vigilatores
et viros considerant. mox quod sunt
pravitatibus irati attendunt et pla
gant inflammantur ad penitentiam atque
ut velare sanctos corpora sua conspi
ciunt Ita ipsi quoque lacrimarum suarum
alis velantur Discipulos enim magistros
increpationibus feriunt Cur qui
virtutes non habent peccata sua minime
deplorant Sed et illi adhuc plan
gere non desistunt Qui iam virtutum
pennas per exempla ad proximos
tendunt In quibus verbis necesse
sibi et nos qui parvuli adhuc sumus
peccatorum semper et virtutes et lacri
mas ante mentis nostre oculos po
namus Interim que in illis aspicimus
et dum cepimus per incrementa cre
scere. possimus ab illo districto ex
amine mala que fecimus velare In
assiduis enim fletibus in cotidiana
diana nostra penitentia habemus sacerdotem
in celis qui interpellat pro nobis De
quo etiam per Iohannem dicitur Si quis
peccaverit advocatum habemus apud
patrem Ihesum Christum iustum et ipse est
propiciatio pro peccatis nostris Certe exul
tat animus cum advocati nostri potentiam
audimus Sed ex ultacionem nostram

remordet timor, quia ipse qui nobis
advocatus est dicitur iustus. Nos
enim causas iniustitie gerimus. Iustus
vero advocatus iniustas causas
nullo modo suscipit. Nec verba dare pro
iniustitia cum sentit. Quid ergo
agimus, fratres mei? Sed ecce in
tuitu animo quid agamus. Mala
que fecimus defleamus. Scriptum
est: Iustus in principio accusator
est sui. Cum ergo quis
in fletibus iam iustus esse inchoat,
cum cepit accusare quod fecit.
Cur enim iustus non sit, qui contra
suam iniustitiam iam per lacrimas
seuit. Iustus igitur advocatus noster
iustos nos defendet in iudicio, quia
nosmetipsos et cognoscimus et accu
samus iniustos. Non ergo in fletibus,
non in actibus nostris, sed in advocati
nostri allegatione confidimus. Qui
vivit et regnat cum patre in unitate
spiritus sancti deus per omnia secula
seculorum. Amen.

Quod per exempla historiarum multa
comperimus superioris locutionis
fine tractatum est. Atque hinc
propheta nobis certius aperit cum his
que dixerat adiungit: Et audiebam
sonum alarum quasi sonum aquarum
multarum. Solent in sacro eloquio
per aquas populi designari. Unde
per Iohannem dicitur: Aque vero sunt
populi. Idcirco autem aquis populus desi
gnatur, quia et in vita sonum habet
ex tumultu carnis et quotidie de
fluit ex decursu mortalitatis. Ut autem
sepe iam diximus, ale sunt animalium
virtutes sanctorum. Quid est ergo quod propheta
alarum sonum audit quasi sonum aquarum
multarum, nisi quod ex omnipotentis dei
pietate ille alarum virtutum que in pau
cis prius sanctis sonabant, etiam
nunc predicatione diffusa in multorum
populorum conversatione resonat. Incar
nato enim, passo ac resurgente domino
pauca primitus animalia fuerunt,
quia rari valde extiterunt qui
celestia desiderarent et virtutum pen
nis se in alta suspenderent. Sed

postquam divinitatis eius predicatio in
mundo diffusa est, quanti iam multi,
quanti timorés, quanti fortes, quanti
quanti imbecilles, quanti quondam pec
catrices, quanti alii vel alie per
fidem, per spem, per amorem ad
celestia evolant? Quis dicere, quis
estimare sufficiat? Ecce alarum
sonus qui prius in paucis animalibus fuit,
iam nunc in pluribus resonat, iam nunc
animi multorum ad celestia deside
ria penne virtutum levant. Que
ergo dicitur: Et audiebam sonum alarum
quasi sonum aquarum multarum, ea
sicut prefati sumus ille virtutum sonus
qui in aure dei prius ex paucis
factus est, postmodum ex agminibus
fidelium, id est ex innumerabilibus est populis multi
plicatus. De quo ad hoc sono in
additur: quasi sonus sublimis
dei. Quid est quod alarum sonus
in sanctis animalibus quasi sonus sub
limis dei dicitur, nisi quod omnipotens
deus et ipse implet mentes sanctorum
celesti desiderio, et ipse exaudit
impletas. Ipse etenim creat in sanctorum
cordibus amorem, et ipse ex amantibus
cordibus suscipit precem. Negavit
suam Petrus, flevit amare; sed
tunc illic prorumpit, quia Ihesus respexit
Petrum. Venit Maria Mag
dalena post multas maculas cul
pe ad pedes redemptoris nostri cum
lacrimis. Sed quis illam misit,
intus nisi qui benigne suscepit
foris? Quis illam ad lacrimas
trahebat per compunctionis spiritum nisi
qui hanc exterius cum sumptum
recumbentibus ad veniam recipiebat?
Redemptor igitur noster peccatricis mul
ieris mentem et trahebat et sus
cipiebat. Trahebat cum de culpa
compungeret, suscipiebat ut a cul
pa liberaret. Bene ergo iste alarum
sonus quasi sonus sublimis
dei, quia quicquid in sanctorum virtuti
bus agitur, eius est opus qui virtutes
largitur. Unde recte per prophetam
sublimis deus esse memoratur. In scrip
tura etenim sacra aliquando nomine sublimitatis

Illud vero essentialiter dicitur. Nuncupative enim
dicitur sicut scriptum est Exodi septimo capitulo
in prophetationis / et sicut Moyses:
Ecce constitui te deum pharaonis.
Et quibus hic vel illud fecerunt
appellat illum ad deos, id est ad sacer-
dotes / quia rursum dicit: Diis non detrahes
id est sacerdotibus. Et sicut psalmista:
Deus stetit in synagoga deorum,
In medio autem deos discernit. Et essen-
cialiter autem deus dicitur sicut ad Moysen:
Ego sum deus patris tui Abra-
ham, deus Ysaac, deus Jacob. Unde
Apostolus volens nuncupativum
deum nomine ab essentiali discernere de re-
demptore nostro loquitur est dicens:
Quorum patres ex quibus Christus secundum
carnem, qui est inter omnia et super
omnia benedictus in secula. Nam cum
nuncupative deus dicatur inter omnia,
essentialiter vero est super omnia. Ergo
ostendit Christum non dicitur deum non solum
nuncupativo sed deum super omnia esse. Memo-
rauit super omnia deus esse. Tamen non
sed deum super omnia esse memorauit.
Anima et electus quisque sicut primi-
tus vel in Christo mistice prerogatiuo po-
test dici deus per / Sed inter omnia
nuncupative deus. Christus autem
deus est super omnia. Quia naturaliter
deus. Unde ergo Paulus deum super
omnia, hic Ezechiel propheta deum sub-
limem nominat. Postquam vero deum
iudicabam sonum clarum quasi sonum
aquarum multarum / quia adhuc
dicitur / quasi sonus sublimis dei.
Quid hoc intelligere possumus quod
numerus electis omnibus sonum clara
in eum sonitus sicut diximus fuit
predicatoribus sanctis aquarum sonitus
ammisis et sequentibus populis.
Sed isdem nobis sonitus est quasi
sonus sublimis dei / quia multi de-
inceps ad fidem per sanctos do-
ctores trahitur. Quique in celestem
patriam congregati sunt, ibi ob electi
sine fine laudent cum viderint sci-
entie que laudent. Et quia tunc
stat corporis redemptionis effectus ob
multitudo sanctorum iuxta Pauli verba
dicentis: Et ipsa creatura liberabitur a

servitute corruptionis in gloriam liber-
tatem filiorum dei. Et quia ita tunc
inherent ut eis de corruptione
que per resurrectionem vincitur iam
nichil in suo sancto amore contradicat
sed vivat glorie sue redemptoris
sui fiat / recte dicatur quasi sonus sub-
limis dei. Notandum est ordo describen-
tis. Quia prius sonus ex aliis aliud
qui postmodum quasi sonus aquarum
multarum. Ad extremum vero quasi
sonus sublimis dei dicitur. Quod enim
prius predicauerunt sancti, hoc postea
crediderunt atque tenuerunt, conversi ad
fidem populi / qui ad extrema quoque libera-
tori omnium reddent laudem in celestia
sublimitati / Sonus itaque animalium fit
sonus aquarum. Et sonus aquarum fit quasi
sonus sublimis dei / quia laudem
omnipotentis dei quam prius in mundo
pauci, hanc postmodum multi clama-
verunt. Et quam nunc multi clamant
cum adhuc eis in semetipsis sua
corruptio repugnat, hanc in celesti
patria electi omnes suo iam capiti
uniti resonabunt. Adhuc sanctorum
animalium corpora dirigens quia describunt
cum subditur: Cum ambularent
quasi sonus erat multitudinis ut sonus
castrorum. Et per sonum sublimis
dei laus nostri creatoris in celesti patria
designatur / mirandum vero est quod rursus
ad sanctorum corpora in hac adhuc vita
venientium propheticus sermo refunditur.
Cum sanctus spiritus in corde prophetarum
quod simul ostendit intus non simul
exit per linguam foras. Quia quippe
sciencie quia prophetantis animus reple-
tur in contemplatione vehementer
exuberat. Sed quia angustum est spira-
men oris hominis, id est foramen cor-
poris, ad expellendam illam diversitatem
que conspicitur mentis hoc modo illud
quod aspicit proferendo lingua vala-
(?) Postquam ergo sonum alarum quasi sonum
sublimis dei esse conspexit in celis,
rursum ad terras redit et penata
alia quid hic agunt loquitur, ut
illic summa mereantur dicens: Cum
ambularent quasi sonus erat multitu-
dinis ut sonus castrorum. Cum



Deus Vere.
Nuncupative

predicatores sancti mundum predicando et trahendo circumeunt ambulando. Et quia hii etiam quos colligunt statim ut crediderint in laudem nostri creatoris exurgunt fit sonus quasi sonus multitudinis. Et quia in predicatione eorum bellum contra aerias potestates sumunt recte subiungit ut sonitus castrorum. Cum enim sancti predicatores ipsi conveniunt contra malignos spiritus in procinctu fidei multitudines castrorum fiunt. Et dum quotidie fideles quoque fidelibus desideriis replent terrena despiciunt dum pro amore superne patrie sibi ponunt contra potestates aerias castra fiunt quia armati fide et bonis operibus muniti conveniunt. Quasi enim quibusdam castris spiritalis exercitus per paulum dicitur Induite vos armatura dei ut possitis stare adversus insidias dyaboli quia non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes et potestates adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitie in celestibus. Sanctorum igitur multitudines castra sunt que bellum contra potestates aerias susceperunt. Unde sancta et electa ecclesia ita sub specie dilecte describitur ut dicatur Pulcra es amica mea suavis et decora sicut ierusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. Ierusalem enim pacis visio interpretatur cuius nomine patria celestis exprimitur. Sancta ecclesia suavis et decora ut ierusalem dicitur quia eius vita celestis desiderii visione iam pacis interne comparatur ut in eo quo auctorem suum diligit quod eius speciem videre concupiscit de quo scriptum est In quem desiderant angeli prospicere per ipsa iam amoris sui desideria angelis similis dicatur. Que quanto deo amabilis efficitur tanto agit ut malignis terribilis spiritibus stat. Qualiter autem fit terribilis subiuncta comparatione ostenditur ut castrorum acies ordinata. Quid est quod sancta ecclesia hostibus suis ut castrorum acies sit timida. Hoc enim a magno intellectu vacat et quanto

Et id certo est subtiliter intuendum. Iam et constat quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur cum ita fuerit constipata atque densata ut in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur ut locus vacuus per quem hostis possit ingredi relinquatur profecto iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo cum contra malignos spiritus spiritalis certaminis aciem ponimus summopere necesse est ut per caritatem semper uniti atque constricti et nunquam interrupti per discordiam inveniamur. Quia quelibet bona in nobis opera fuerint si caritas desit per malum discordie locus aperitur in acie unde ad feriendos nos valeat hostis intrare. Ecce vero antiquus castitatem in nobis si sine caritate fuit non timet. Quia ipse carne premitur ut in eius luxuria dissolvatur. Abstinentiam non timet quia ipse cibo non utitur qui corporis necessitate non urgetur. Distributionem terrenarum rerum non timet si eidem operi caritas desit quia divitiarum subsidiis nec ipse eget. Valde autem nobis caritatem veram id est amorem invicem quem nobis impendimus ipse timet et nimis concordie nostre invidet quia hanc nos tenemus in terra quam ipse tenere nolens amisit in celo. Bene ergo dicitur terribilis castrorum acies ordinata quia electorum multitudinem eo maligni spiritus pertimescunt quo eos per caritatis concordiam unitos contra se et conglobatos aspiciunt. Tanta autem fit concordie virtus ut sine illa virtutes relique virtutes non esse monstrantur. Magna enim virtus abstinentie. Sed si quis ita ab alimentis abstineat ut ceteros diiudicet et alimenta eadem que deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus etiam dampnet quid huic virtus abstinentie facta est nisi laqueus culpe. Unde psalmista quoque nullam esse abstinentiam sine concordia designans ait Laudate eum in tympano et choro. In tympano enim corium siccum resonat. In choro

d

voces concorditer cantant. Quid
per tympanum nisi abstinencia
quid per chorum nisi caritatis
concordia designatur. Quibus itaque sic
abstinenciam tenet ut concordiam dese-
rat, laudat quidem in tympano sed
non laudat in choro. Et sunt non-
nulli qui dum plus sapere quam necesse
student a proximorum pace resili-
unt. Dum eos velut hebetes stul-
tosque contempnunt. Unde per se ve-
ritas amonet dicens: Habete in
vobis sal et pacem habete inter vos
ut quisquis hic sal sapiencie studeat
ut necesse est, quomodo a pace concordie
numquam recedat. Quod vero de hijs
duabus virtutibus diximus, hoc est de
cunctis omnibus senciendum. Unde tribi-
ter paulus amonet dicens: Pacem
sequimini cum omnibus et sanctimoniam
sine qua nemo videbit deum. Quia
vero nichil sine concordia deo non
placeat, ipsa per se veritas demonstrat
dicens: Si offers munus tuum ad al-
tare et ibi recordatus fueris quia frater
tuus deliquit adversus te, relinque
ibi munus tuum ante altare et vade
prius reconciliari fratri tuo et tunc
veniens offeres munus tuum. Ecce a
discordantibus accipere non vult sacri-
ficium, holocaustum suscipere recusat.
Hinc ergo perpendite quantum sit malum
discordie, propter quod et illud abici-
tur per quod culpa laxatur. Quia vero
electi semper in caritate coniuncti sunt
et hec eadem eorum caritatis sonum
laudis reddit auctori, malignis
vero spiritibus, id est antiquis suis
hostibus penam incutit timoris,
recte nunc de pennatis animalibus dicitur:
Cum ambularent quasi sonus erat
multitudinis ut sonus castrorum. Licet
ab exortu sancte ecclesie fideles
populos usque ad finem mundi tende-
ret hec eadem castra quo ambulent
vide. Castra enim multitudinis appella-
tur exercitus cum in procinctu pergunt
aut in certo quolibet loco in iti-
nere demorantur. Castris ergo via est
vita presentis seculi omnibus concordi-
bus sanctis. Alia autem sunt
castra predicancium qui hinc illucque
pro colligendis animabus in sancti operis
procinctu laborant. Alia castra con-
tinencium atque ab hoc mundo rece-
dencium qui contra malignorum spirituum
bella cotidie in corde se preparant. Alia
castra bonorum coniugatorum qui vincente
in amore omnipotentis dei concorditer
sic vicissim sibi carnis debitum sol-
vunt et tamen quod deo de bonis operi-
bus debeant nullatenus obliviscuntur.
Sed et signa ut homines delinquunt
hec incessanter piis actibus redimunt.
Quia ergo distincti fidelium ordines
ab exortu sancte ecclesie usque ad fi-
nem mundi concorditer vincentes contra
potestates aereas dimicant, castra am-
bulant. Et sic quasi quidam castrorum
et sonitus quod in eis ad laudem omni-
potentis dei, et virtutum gladii et
arma miraculorum sonant. De stantibus
vero animalibus adhuc subditur: Cumque
starent, demittebantur penne eorum.
Stant sancta animalia, cum ea que
dei sunt intenta contemplacione consi-
derant. Sanctorum penne deponuntur
quia dum alta dei iudicia aspiciunt
sue eis virtutes vilescunt. Quod apte
exponitur cum statim subditur: Nam cum
fieret vox super firmamentum quod
erat super caput eorum, stabant
et submittebant alas suas. Firmamenti
supernus sub intellectu duplici indica-
cionis exponendus: prius enim sicut dictum
est firmamenti nomine celestes pote-
states intelligi. Et post firmamenti
nomine incarnatus unigenitus per hoc
quod in ea natura nostra ad eternitatem firma-
ta est designari. Prius ergo quod sen-
timus de angelis, et postmodum de domino
angelorum loquamur. Ecce enim dum
fieret vox super firmamentum stabant
et submittebant alas suas. Quo
in loco hoc perpendendum est quia non
submittere ab inferiori ad superiora
tendere, sed a superiori ad inferiora
alas deponere debet intelligi, propter hoc
quod premissum est: Cum starent di-
mittebantur penne eorum. Cognoscendum
itaque nobis est que sit vox super
firmamentum, sed eandem vocem melius
intelligimus si ab imis ad superiora
gradientes quibusdam passibus ascendamus.

Sicut auditus corporis excitatur voce
ita sensus mentis excitatur intellectu
quando de interioribus agitur. Vox ergo
est in mente quasi quidam sonus
intelligentie. Sed sciendum est quod
interius sensibus aliquando vox carnis
loquitur, aliquando vox anime, aliquando
vox firmamenti, aliquando vox que super
firmamentum est. Ponamus enim ante oculos
quod quis proximi sit lesus a proximo
et in ex huiusmodi iratione cogitat
ut vicem lesioni reddat malum
pro malo retribuat. Hinc vox carnis
loquitur in mente. Quamvis tamen divina
mandata precipiant bene nos facere
hiis qui nos oderunt quisquis
male facientibus se odientibus cogitat
in eius animo carnis vox sonat.
Multa etenim quotidie agimus pro
hec ad orationem redimus. Attendit
a compunctione animus. Sed earum
rerum quas egimus ymagines
versantur in mente et intencionem
compunctionis impediunt in oratione, et
quod volentes foris egimus, hec intus
patimur inviti, ut quedam cogitationum
fantasmata mentem per ymagi-
nes corporeas dispergunt ne sancte
totam in oratione se colligat. Hec
quoque vox carnis est. Cum vero
et ista submittimus atque ab oculis
mentis etiam corporeas ymagines
effugamus, ipsam in nobismetipsis
naturam anime querentes qualis sit que
carnem vivificare potest, sed semetipsam
stringere in bonis cogitationibus
sicut desiderat non potest, ipsamque
querendo intellectualem spiritum peccatoris
potencia vincientem corporis
quod sustinet vivificantem, sed tamen
oblivioni subditum, mutabilitati
subditum, quem semper timor affligit, le-
ticia extollit. Ipse itaque intellectus
anime vox eius est. Quamvis sonat
quod est, sed tamen adhuc vox sub
firmamento est. Sed transcendentes
etiam vocem de firmamento querimus
tamen illa secretorum angelorum in magna
multitudine in omnipotentis dei conspec-
tu qualis sit investigamus, que sit in eis

sine fine festivitas visionis dei, ne
leticia sine defectu, quam amoris nodo
non cruciamus sed delectamus, quomodo
in eis sit desiderium visionis dei cum
satietate, et quomodo satietas cum de-
siderio, in quibus nec desiderium pa-
rit generat, nec satietas fastidium parit,
quomodo inherendo beatitudini sint
beati, quomodo contemplando veri-
tatem sint etiam, quomodo contemplatio
luminis facti sint lux, quomodo aspicien-
tes semper incommutabile mutati sunt
in incommutabilitatem. Sed cum ista
de angelis ~~commutamus~~ cogitamus
adhuc vox de firmamento est, non super
firmamentum. Transeat ergo anima
et ab ipsis transcendat omne quod
creatum nobis, in solo creatoris si-
lumine fidei oculos figat, quomodo
vivificet omnia que creavit deus,
quia ubi est totus est, quia incircumscriptus
et incomprehensibilis sentiri potest, et vi-
deri non potest. Cum nusquam desit et
tamen ab iniquorum cogitationibus
longe est, quia nec ibi deest, quia
ubi non est per gratiam adest per
vindictam. Cum omnia tangit, non tamen
equaliter omnia tangit. Quedam
tangit ut sint, nec tamen ut vivant
et senciant, sicut sunt omnia insen-
sibilia. Quedam tangit ut sint,
vivant et senciant, nec tamen ut
discernant, sicut sunt bruta animalia.
Quedam tangit ut sint, vivant,
senciant et discernant, sicut est hu-
mana et angelica natura. Et cum
ipse nunquam sibimetipsi sit dissimilis,
dissimiliter tamen tangit dissimilia. Cum
quod presens est et invenire vix potest,
stante sequimur et apprehendere non
valemus. Ponamus ergo ante oculos
mentis que illa natura sit que totum
omnia implet, omnia circumplectitur,
omnia superexcedit, omnia sustinet.
Nec alia ex parte sustinet
atque alia superexcedit, nec alia ex
parte implet atque alia circumplectitur,
sed circumplectendo implet, implen-
do circumplectitur, sustinendo superexcedit.

... perexcedendo sustinet. Humanus enim strictus in ea cogitat animus ... super firmamentum sit, quia eius intellectum concipit, qui et angelorum ... sua incomprehensibilitate transcendit. Cum ergo vox super firmamentum fit, stant animalia et submittunt alas suas. Quia sanctorum mentes cum creatoris sui potentiam intenta contemplatione considerant, vilescunt eorum animo virtutes quas habent, et tanto fiunt apud se humiles, quanto eius illud altius est quod super angelos sonat. Fortasse enim doctores sunt, cum ceperint tacita mente cogitare que sit ineffabilis dei sapientia, que mentes hominum sine strepitu verborum docet. Et quod hec eadem sapientia si auditorum mentes non doceat, vox doctorum vacue laborat, eis primus doctrina vilescit, quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Fortasse prophete sunt, sed cum tacita mente considerant quia prophete sine oculo simul omnia divinitatis misteria penetrare non possunt, quoniam sicut ait apostolus: ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus, nulla secretorum immensitate vident, quia parvum est omne quod vident, atque ex ipsa amplitudine luminis considerant quam minus sit illud quod intento oculo quasi per rimas viderunt. Deponant ergo alas suas cum vox super firmamentum fit, id est humilientur in eo quod apprehendunt, cum superna conspiciunt que ab eis comprehendi non possunt. Sepe etiam sanctorum cogitationibus ipsa que habent bona blandiuntur, ut eorum mentes in aliqua sui fiducia eleuent, sed protinus ad occulta dei iudicia recurrunt, quomodo alii ex virtutibus ad infimum per elationem corruunt, alii ex viciis correcti ad celum per humilitatem levantur. Unde nos ad humilitatem revocans propheta terret et admonet dicens: Venite et videte opera domini quam terribilis in consiliis super filios hominum. Quis enim digne considerare valeat quantus super nos terror sit consiliorum dei, quod et alter ex virtutibus in finem tendit ad vicia, et alter ex viciis in virtutibus concludit finem. Quia iuxta Salomonis vocem sunt iusti atque sapientes et opera eorum in manu dei sunt, et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit. Sed omnia in futuro servantur incerta, et est via que videtur hominibus recta et novissima eius ducit ad mortem. Hic itaque occulti iudicii profunda cogitare quid est aliud quam alas deponere, id est de nulla iam virtute confidere, sed sub magno timore trepidare. Hunc enim omnipotentis dei iram considerant, sive eius iudicia perpendant, trepidant proinde sunt. Eis ergo quasi alas deponere est virtutes quas habent humiliare. Sic Abraham alas deposuit qui cum loqui cum deo cepit pulverem et cinerem se esse cognovit dicens: Loquar ad dominum deum cum sim pulvis et cinis. Sic Moyses alas deposuit qui eruditus omni sapientia egyptiorum mox ut verba domini audivit verba se non habere deprehendit dicens: Obsecro domine non sum eloquens ab heri et nudius tercius ex quo locutus es ad famulum tuum impedicioris et tardioris lingue sum. Ac si aperte diceret: Postquam a te verba vite audio confusum me in verbis prioribus agnosco. Sic Ysaias cum vita domino ad predicandum placeret, cum eundem dominum contemplatus carbone de altari ignito tactus est ait: Ve michi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. Extra ad superiora sublevatus sibimetipsi de labiorum pollutione displicuit. Ipsi enim celestis munditie alta conspiciens esse se iudicabilem non invenisset. Sic loquente domino Jeremias clamabat: a a a domine deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Juxta enim ea verba que audiebat verba se habere non cognoverat. Sic

Ecc 9

Abraham

Moyses

Ysaias

Jeremias

Humiliari debet homo consideratis dei potentia et iudiciis occultis

Cum perpenditur divina vilescit humana.

Daniel — Daniel sublimem visionem videns
per plurimos dies elanguit et egro-
tavit. Quia et hi qui virtutibus
fortes sunt, cum altiora dei conspi-
ciunt in sua sibimet estimatione in-
firmi atque imbecilles fiunt. Be-

Job — atus Job de quo dominus amicis
illius dixit: Non estis locuti cora-
m me rectum sicut servus meus Job,
cum verba dei colloquentis audiret
respondit dicens: Insipienter locutus
sum et que ultra modum excederent
scientiam meam. Et paulo post: Idcirco
ipse me reprehendo et ago penitentiam
in favilla et cinere. Ecce enim qui con-
tra ad homines sapienter loquutus
fuerat, loquentem sibi deum au-
diens insipienter se loquutum fu-
isse reprehendit, quia in contempla-
tione vere sapientie sua ei sapientia viluit.
Ad vocem desuper venientem animalia
alas deponunt, quia virtutem dei sur-
sum in natura sua contemplari retrahimur
sive in occultis iudiciis investiga-
re cogitamus, pro eo quod nobis eius
alta impenetrabilia sunt. Iam nobis
si qua in esse bona credebantur vi-
lescunt, et qui in contemplatione sua
evolare credebamur, invisibilem
super nos naturam et impenetrabilia
eius iudicia perpendentes submis-
sis alis humiliter stamus. Sequitur:
Et super firmamentum quod erat im-
minens capiti eorum quasi aspe-
ctus lapidis saphiri similitudo
throni, et super similitudinem
throni quasi aspectus hominis de-
super. Quid per thronum nisi ille
virtutes angelice designantur que
ipsos quoque angelos dignitate loci
superioris excedunt. Nam cum angeli
nuncii dicantur et sepe angeli ad an-
nunciandum hominibus veniant, thro-
ni minime ad ministerium nuncii missi
leguntur, quia eis longius sublimius
creator omnium presidet. Unde Paulus
explicans ordines celestium agminum
quos ad tertium celum raptus viderat
describens ait: sive throni sive
dominationes sive principatus sive potestates,

omnia per ipsum et in ipso creata sunt.
Thronus igitur ante eos aliud
ordines dixit quibus illos plus
esse cognovit. Bene autem thronus
lapidi saphiro comparatur, quia lapis
saphirus aerium habet colorem. Thronus
ergo celestium lapidi saphiro assimilatur,
quia hi spiritus quibus deus omnipotens
altius presidet superioris loci in celesti-
bus dignitatem tenent. Super thro-
num vero similitudo hominis, quia et
super illas virtutes que ceteros an-
gelos antecedunt nostrum est gloria redemptoris.
Nonne ergo qui ordo creature super
animalia vero firmamentum, super fir-
mamentum thronus, super thronum
homo esse describitur, quia et si ad
sanctos homines adhuc in hac cor-
ruptione corporis viventes, et si ad
angelos superiores et deo proximos an-
gelice potestates, super potestates ho-
mines elevatus est mediator dei et
hominum homo Christus Jhesus. Sum-
ut premisimus firmamenti nomine me-
diator dei et hominum passim per tra-
nsitum debet intelligi, quia sub talis
nominis appellatione solent prophe-
tam multa signari. Vox super firma-
mentum facta est que super bap-
tizatum dominum de celo sonuit dicens:
Tu es filius meus dilectus in te mi-
chi complacui. Vel sicut per alium evangelistam
aliud dicitur: Hic est filius meus di-
lectus in quo michi complacuit. Conside-
ramus igitur quomodo hanc vocem ani-
malia audiunt et alas deponunt.
Abacuk propheta requisitus dicat: Domine
audivi auditum tuum et timui. Con-
sideravi opera tua et expavi. Ad-
est autem quod pater de filio loquitur
dicens: In quo michi complacui. Quia
eum qui penitendo corrigit aliqua
que facit, ex ipso penitet se sibi
placuisse indicat, qui emendat
quod fecit. Et quia omnipotens
sicut intelligi ab hominibus potest
humano modo loquitur et de peccatoribus dicit:

h

pitet me fecisse hominem super terram
... sibimetipsi displicent in peccatoribus
... creavit. In solo autem unigenito
... nostro ihesu christo sibi complacuit quia
... in illo homine hominem creasse eum
... penituit. In quo peccatum nullum
... inveniunt. Sicut de illo per
psalmistam dicitur. Iuravit dominus et non
penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. In solo ergo
... nostro redemptore complacet pater quia
... solo non inveniunt culpam in qua se
reprehendat quasi per penitentiam. Facta
... cum animalia voce super firmamentum
... et per vices stare quia si solus
... peccato est in cuius innocentia assi...
... In quibus ipse quotidie delin...
... Nunc notare est ut incessanter
... considerant quomodo quia et
... auctor vite sine passionis dolo
... ex hac vita non exit. Et haec ergo
vox super firmamentum fecit quia cum
potentis patris sit etiam de morte
... resurrectione vincentis pressit.
... tunc vox super firmamentum fit
... alia et submittunt alas suas
quia sancti quoque tunc ipsum quoque
unigenitum flagellandum in hoc mundo
conspiciunt deponunt signum de suis
... perfirmant. Nam si ipse hinc
sine flagello non exiit qui venit
sine peccato, quo flagellis digni non
... qui huc cum peccato venerunt
... quoque firmamentum quod est
super caput animalium id est quod trans-
cendit merces nostrorum hic super se
... quia redemptor noster ea quam
... per dispositionem exdimit et humanam
... in carne, Quam audientes
... et omnem de suis vi-
... presumptionem deponunt quibuslibet
... virtutibus polleant quam digna
vita peccatorum si et eius vita pro nobis
flagello subiacuit que subdita nec-
... peccato fuit. Sed ecce gravius nobis
questio oritur tunc dicitur quia si firmamentum
quod est immunis capiti eorum consi-

aspectus lapidis zaphiri similitudo
throni. Si enim per firmamentum deus
et per lapidem zaphirum et similitudinem
throni sunt ille potestates angelice
figurantur quomodo super firmamentum id est
super deum credende esse sunt tunc
et mox subditur. Per similitudinem
throni similitudo quasi aspectus hominis
desuper. Nam si ita ut dictum est
firmamento exprimitur dominus et nunc
sub hoc accipitur dominus quomodo vere
potest intelligi et ipse super thronum
et ipse sub throno. Sed ad strictos
huius hominis nodos ipse solvit de
quo loquimur qui afflatu sancti spiri-
tus ea que clausa sunt aperit. Incarnatus
enim unigenitus prius per hoc quod homo
factus est infra angelos fuit sicut
de eo scriptum est. Minuisti eum
paulominus ab angelis. Resurgens
autem et ascendens in celum omnibus
angelicis potestatibus presidet. Sicut de
eo rursum aliter scriptum est. Omnia
subiecisti sub pedibus eius et sicut
ipse ait. Data est mihi omnis potestas
in celo et in terra. Firmamentum ergo
super throno et homo sub throno
est quia per humanam assumptionem nec
et ipse est sub angelis natus et ipse
super angelos exaltatus. Cui et
prius quam resurrectionis exaltare-
tur iam divinitate super angelos fuit.
Sed tamen angelis vel dictum est hu-
manitate inmoratus ex agna et mor-
ti subiacuit. Et postquam mortem
resurgendo calcavit humanitatem
etiam suam maiestatibus archan-
gelorum superposuit. Prius itaque thro-
nus super firmamentum et post hoc
super thronum visus esse describitur
quia humani generis redemptor hu-
manitatem quam descendendo sub
angelis assumpsit ascendendo super
angelos exaltavit. Sic vero sunt
enim sub angelis dicimus sicut sunt
sub lege predicant apostolo audimus.
Assumptam ergo humanitatem super an-
gelis fuisse suscipimus pro cuius ingra-
tione in qua dignatus est apparere

Nam mox ut verbum caro factum est
mox deus homo potestate super angelos
fuit. De ipso quippe ante passionem
scriptum est / Ecce angeli accesserunt
et ministrabant ei. Sed tamen ut humanitatis
eius infirmitas monstraretur, rursus
de eo scriptum est. Apparuit ei angelus
de celo confortans eum. In documento
ergo utriusque nature hinc et angeli
ministrare. hinc et angelus conforta-
re describitur. Verus quippe in utraque
natura / quia qui deus ante secula
extitit. homo factus est in fine
seculorum. Quem enim ante passionem
suam et angeli ministrant et hunc
et angelus confortat / Post passionem
vero atque resurrectionem eius hunc
angeli ministrare possunt sed iam hunc
confortare non possunt. Quia vero scrip-
tum est / et si prius firmamentum super
throno apparuit. Iam tunc homo super
thronum est. In unius persona. Ut
propheta sanctus admirationem utriusque
nature se vidisse ostenderet protinus
adiunxit. Et vidi quasi speciem electri.
Quid est quod aspectus hominis videtur
in throno quasi species electri nisi
quod in electro sicut longe superius dixi-
mus. aurum argentumque miscetur
ut res una ex metallis duobus
fiat. In qua et per argentum auri
claritas temperatur / et per aurum clari-
tatem species clarescit electri. In rede-
mptore autem nostro natura divinitatis
et humanitatis ita inconfuse et insepa-
rabiliter iuncta sibimet atque coniuncta
est. ut et per humanitatem divinitatis
eius claritas minus potuisset oculis
temperari / et per divinitatem humana
in eo natura clarescet atque exal-
tata fulgorem ultra hoc quod cre-
ata fuerat haberet. Ipse vero aspectus
hominis super thronum et species elec-
tri quam vidit qualis ei apparuit
adhuc describendo adiungitur subiun-
gitur. Velut aspectum ignis intrin-
secus eius per circuitum a lumbis
eius et desuper et a lumbis eius
usque deorsum vidi. quasi speciem ignis

splendentis in circuitu. Quid est quod me-
diator dei et hominum homo Christus Iesus
a lumbis et desuper aspectus ignis
intrinsecus per circuitum habere describitur
et a lumbis et deorsum speciem ignis
splendentis in circuitu / Investigandum
est quare a lumbis et desuper ignis
intrinsecus. nec tamen splendens ignis
hic narratur. A lumbis vero et deor-
sum hic ignis speciem dicitur non hic
habere describitur. Quid enim lumborum
nomine nisi propago mortalitatis expri-
mitur. Propter quod etiam et Levi decimas dedisse dicitur. quia
adhuc in lumbis patris erat. cum Mel-
chisedech occurrit Abrahe. A lum-
bis vero Abrahe virgo Maria exit.
In cuius utero unigenitum patris per
spiritum incarnari dignatus est. Ex hac
incarnatione universo indutus mundo
deus dicitur. et per prophetam dicitur. accingere
gladio tuo circa femur tuum poten-
tissime. Gladium etenim circa femur
potentissimus sumpsit / quia sermo di-
vinitatis illius ex incarnatione generatur.
Quid vero istorum ignis designat nisi
ardorem sancti Spiritus qui corda que
replevit incendit. De quo ipsa veri-
tas dicit. Ignem veni mittere in terram.
Quid est ergo quod in hoc aspectu hominis
qui prophete apparuit a lumbis sursum
intrinsecus per circuitum ignis ardet.
A lumbis vero inferius non ignis
intrinsecus. Sed in circuitu resplen-
det / nisi quod ante incarnationem unigeniti
redemptoris nostri sola intra se intus
ardorem amoris eius habuit. Post
incarnationem vero illius in circuitu ignis
resplenduit. quia in universis mundi
gentibus claritatem sancti Spiritus fun-
dit / Prius ergo intrinsecus ignis erat.
sed splendor non erat / quia sanctus
spiritus in multis quidem patribus intra
replebat. Sed ad notitiam gentium
nec dum eius lumine emicabat.
A lumbis vero eius et deorsum ignis
in circuitu splenduit. quia postquam de vir-
gine carnem sumpsit in humano
genere longe lateque sancti Spiritus donum dilatat.
Et notandum quod ignis iste a lumbis

sinus per circuitum esse describitur non
conspectus sed intrinsecus, quia amor s-
ancta sicut dictum est in electis antiquis
talibus unus ubique in suis fini-
bus includitur repletur, licet tamen
[illegible]bat extrinsecus quia in multis ne-
[illegible]tum sese non dilatabat. Tunc ar-
deris flamma visa est. Postmodum
[illegible] tantum splendet, quia per mundi
ordines in universis gentibus ob
[illegible] nominis dei cepit amor crescere. Erat
prius ignis intrinsecus cum Jacob
diceret: Salutare tuum expectabo domine.
Dominum salutare dicimus latine he-
bo hebraico dicitur Jhesus. Jn quo
verbo beatus Jacob intentus ostendit quo
Jhesus desiderio ardebat, quem
moriens expectare prohibebatur. Ar-
debat ignis cum Moyses diceret:
Si inveni gratiam in conspectu tuo
ostende mihi temetipsum ut videam
te. Ardebat ignis in mente cum
David diceret: Sitivit anima mea ad
deum fontem vivum quando veniam et ap-
parebo ante faciem dei. Cum mea
[illegible] ubi desiderans ait: Ostende
nobis domine misericordiam tuam et salu-
tare tuum da nobis. Ardebat ignis
in Symeone de corruptione vite
[illegible] exire desiderans audivit
non prius se visurum mortem nisi
videret Christum dominum. Sed ecce iam
ignis iste quasi sublimibus extrinsecus
resplendet, quia universa [illegible]
incarnati dei est amore succensa
ad [illegible] intelligi et alibi [illegible]
redemptor noster dominus deus Jhesus
Christus per humanitatem suam hominibus
innotuit quem per divinitatem notus an-
gelis et ante incarnationem fuit. Vo-
luit ergo a luminibus infernis resplen-
dere in cantum cuius ignis intrinsecus
a nobis [illegible] ardet in celo. Ad
illi celestes spiritus eum in divinitate
sua conspiciunt et amoris eius
ignibus accenduntur. Nos vero qui
huc ex assumpta humanitate dili-
gimus adhuc in hac corruptibili
vita splendorem ignis illius foris

Cherubin. Unus itaque super thronum
est qui et super luminibus igne intrin-
secus habet in angelis et sublimibus
ignem in cantum habet in hominibus. Ca-
[illegible] omne quod ab angelis amatur
per omne quod ab hominibus deside-
ratur. Unus est qui in cordibus
ardet amatorum. Unde est enim quod
magne ille potestates angelice sera-
phim id est incendium nominantur. Unde
de ipso omnium creatore scriptum est: Deus
noster ignis consumens est. Ignis vi-
dens dicitur quia flammis amoris
sui incendit mentes quas replet.
Et ideo seraphim incendium dicun-
tur a potestate ei proxime in celesti
celis inestimabili amoris eius igne
succense sunt. Ex hoc igne succensa
ardent interiora corda iustorum. Ex
igne calefacta redeunt ad primam
corda peccantium que inflammata ve-
hementer timore in amorem vertit.
Nam prius tabescere metu ceperunt
postmodum igne amoris flagrant.
Et quia eius membra sunt electi an-
geli in celo, eius membra sunt quoque ho-
mines in terra. Unus homo est qui
et super luminibus ardet intrinsecus
et sublimibus infernis, ignis sui
amoris ardorem splendorem que extrinsecus
emittit, quia et angelos ad amorem
suum per divinitatem tenuit, et homines
ad sancti ardoris sui desiderium
ex humanitate revocavit. Sequitur: Velut
aspectum arcus cum fuerit in nube in
die pluvie. Arcum omnipotens deus
inter se et homines in signo posuit
ut ultra mundum diluvio non de-
leret, dicens: Arcum meum ponam
in nubibus celi et erit signum federis
inter me et inter terram. Cumque ob-
duxero nubibus celum apparebit
arcus meus in nubibus. Et ex parte
est ceruleus et ex parte est rubicundus,
ut utriusque iudicii testis fit unius
videlicet faciendi et alterius facti, sed
non ulterius faciendi, quia mundus
quidem iudicii igne cremabitur, sed
aqua iam diluvii non delebitur.
Rubicundus est autem quod splendentem ignem

a lumbis hominis throno presidentis
sicut aspectum arcus cum fuerit in
nube in die pluvie propheta conspexit
Quia enim per ignem sicut diximus
ardor sancti spiritus designatur
que similitudo est arcus et splendoris
et ignis quem aspexit. quasi aspe-
ctum arcus aspexisse dicitur Sed
si ipsud quod prediximus visionem arcus
intuendum quid per arcum significet
spiritu videamus In arcu quippe sic
spirantis sunt aqua. et ignis apparent
Et post mediatoris adventum ex
virtute sancti spiritus in humano genere
claruit quod electos dei et aqua ba-
ptismatis lavit. et igne divini amoris
incendit / Qui enim adiuncto colore aque
simul et ignis quidam arcus in nube
ad propiciacionem ponitur quia vitam dat
Nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto non potest introire in regnum
dei Quia arcus in nube est in die
pluvie / quia in divina incarnatione
in effusione predicacione ostenditur ut
ad veniam corda credencium dono pie-
tatis revocentur Nubem enim redemp-
toris carnem non incongruenter ac-
cipimus de qua per psalmistam dicitur Qui
ponit nubem ascensum suum Nube
quippe ascensum suum posuit. quia
is qui divinitate ubique est carne
ad celestia ascendit. Expleta vero
omni mystica visione subiungitur
Hic erat aspectus splendoris per gyrum
Et hec visio similitudinis glorie domini
Quia enim in universo munere sancti
spiritus graciam agi aspiciens ait Hic
erat aspectus splendoris per gyrum
Que vero intus eiusdem sancti spiritus
gloria maneat considerare volens
sed sicut erat non valens subiungit
Et hec visio similitudinis glorie domini
Non enim ait visio glorie sed simili-
tudinis glorie. ut videlicet ostendatur quia
quantumlibet se intencione mens huma-
na tetenderit etiam si iam fantasias
ymaginum corporalium a cogitatione
compescat si iam omnes circumscrip-
tos spiritus ab oculis cordis amoveat
adhuc tamen in corde carne mor-
tali posita videre gloriam dei non valet
sicut est. Sed quicquid de illa est

quod in mente resplendet similitudo non
ipsa est. Unde et ille predicator egregius
raptus ad tercium celum fuerat dicebat
Videmus nunc per speculum in enigmate
Quam rem non despiciendam nobis
oritur quod Johannes evangelista cum
erga miracula redemptoris nostri
iudeorum perfidiam etiam ex verbis
propheticis describeret adiungit dicens
Dixit ysaias quando vidit gloriam eius
et locutus est de eo. et tamen Ezechiel
non gloriam sed glorie similitudinem vi-
dit Quid est quod iste similitudinem
glorie. et ille eius gloriam vidisse de-
scribitur / Sed cum Johannes evangelista
prius miracula redemptoris nostri
narravit atque infidelitatem perfidorum
modum iudeorum subdidit hanc
eiusdem redemptoris nostri gloriam que in
mundo apparuit ysaiam vidisse ma-
nifestat Omne enim quod in
mundo divinitus agitur gloria omnipo-
tentis dei est / et eius gloria dominus
sensibus videtur / Ysaias ergo eius gloriam
in terra vidit Ezechiel vero eius
gloriam in celo sicut est videre non
valuit Quia aliter est gloria eius in
rebus factis / atque aliter in semetipso
Hec ergo eius gloria que in rebus est
videri nam potest Illa vero que
in ipso est videri nunc nisi per simili-
tudinem non potest / Sed eam cuiusdam similitudinis
glorie vel sublevatis portare potuit
agnoscamus Sequitur
Vidi et cecidi in faciem meam Er-
go de hoc viro fieret si utique
eius gloriam vidisset Sed ferre non
valens cecidit Qua in re tremendo
merore pensare et considerare non
lacrimis debemus in quia in
et infirmitate cecidimus quia et
bonum facere non possumus ad
videndum creati sumus Est tamen ali-
ud quod de propheta consideremus
in nobis Propheta enim mox ut futurorum
dei similitudinem vidit in faciem
suam cecidit Cuius similitudine vere
quia nos per spiritum prophecie videre
non possumus habet assidue in
cognoscere et sollicite contempla-

sacro eloquio in celestibus montibus receptis spiritualibus donis / qui aliquid de deo conspicias in faciem nostram cadimus / quia ex malicia erubescimus que nos meminimus traxisse. Ibi enim cadit homo ubi fuit. Unde et paulus quasi quibusdam in facie iacentibus dicit: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Sed tercie celestis gracie dono largiente volumen misteriis libri huius Ezechiel prophete discussimus et in misticis moralibus discutientes verba prophete hystoriam ad eam traximus ut que prius londam(?) silentium volebant sed non loquebantur iam nunc ab eis legantur cognoscantur evolet et lucet. Omnipotentis ergo gracias redemptori nostro in spirituali semper alimento nobis reddit qui panis vivus descendit de celo et dat vitam mundo. Qui cum vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Dudum liber in Ezechiel propheta magnis obscuritatibus clausus quibusdam misteriorum nodis ligatum in omeliis octo deo domino nostro ihesu christo largiente discussimus / iam nunc pleraque operta sunt et minus difficilia que sequuntur. Caritati vestre colloquimur eidem omnipotenti deo gracias referentes / quia post tot opaca silvarum tandem leti ad campos exivimus / in quibus liberis gressibus locucionis nostre intrepidum pedem ponamus. Ecce in postremum hec visio similitudinis glorie domini. Contemplatus in faciem suam cecidit diligit / et audivi vocem loquentis / et dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos et loquar tecum. Cum tibi adhuc subditus. Et ingressus est in me spiritus / postquam locutus est mihi / et statuit me supra pedes meos. Ecce divina vox iacentem prophetam iussit ut surgeret. Sed surgere omnino non posset

nisi in hunc omnipotentis dei spiritus intrasset. Quia ex omnipotentis gracia ad bona opera conari quidem possumus / sed hec implere non possumus si ipse non adiuvat qui iubet. Sic paulus cum discipulos admonet dicens: Cum metu et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Illico quis in eis hec ipsa bona operetur adiunxit dicens: Deus est enim qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate. / Hinc est quod ipsa veritas discipulis dicit: Sine me nichil potestis facere. Sed in hiis considerandum est quia si bona nostra sic omnipotentis dei dona sunt ut in eis aliquid nostrum non sit / cur nos quasi pro meritis aeterna retribucionem querimus. Si autem ita nostra sunt ut dona dei omnipotentis non sint ex eis omnipotenti deo gracias agamus. Sed sciendum est quod mala nostra solummodo nostra sunt / bona autem nostra et omnipotentis dei sunt et nostra. Quia ipse aspirando nos prevenit ut velimus qui adiuvando subsequitur ne inaniter velimus / sed possimus implere que volumus. Preveniente ergo gracia et bona voluntate subsequente hoc quod omnipotentis dei donum est fit meritum nostrum. Quod bene paulus breviter explicat dicens: Plus illis omnibus laboravi. Qui ne videretur sue virtuti tribuisse quod fecerat adiunxit: Non autem ego sed gracia dei mecum. Quia enim celesti dono preventus est quasi alienum se a bono suo opere agnovit dicens: Non autem ego. Sed quia preveniente gracia liberum in eo arbitrium fecerat in bono quod libero arbitrio eandem graciam est subsequutus in opere adiunxit: Sed gracia dei mecum / ac si diceret: In bono opere laboravi non ego sed ego cum deo. Quia solo dono dei preventus sum non ego. In eo autem quod donum voluntate subsequimur et ego. In hiis verbis contra pelagium et celestinum dictis ad exponendum redeamus: Fili hominis sta super pedes tuos et loquar.

Phi ii

Jo 15

I cor 15

Bona opera dei sunt et nostra

b

tertium. Nonnulli nobis est ordo locu
tionis et operis. Prima prius similitudo
glorie domini apparet ut deiciat,
postmodum alloquitur, ut eleuet. Deum
superabundantis gratie spiritum mittit et
leuat ac super pedes statuit. Nisi
enim aliquid de eternitate in mente
videmus, imaginem in facie nostra penitendo
cadimus. Sed iam iacentes
vox domini consolatur, ut in opere sur
gamus. quod tamen nos facere nostra
virtute non possumus. Spiritus ergo nos
spiritus implet et leuat super pedes
nostros statuit, ut qui primi in penitentia
pro culpa iacuimus recti postmodum in
bono opere stemus. Sed stans propheta
quid audit adiungit dicens: et audi
ui loquentem ad me et dicentem: Fi
li hominis mitto ego te ad filios israel
ad gentes apostatrices que recesserunt
a me. Sic propheta describit sua ut sig
ficet nostra. Nam quid est hoc quod ei ia
centi dicitur: sta super pedes tuos et
loquar tecum. Cum enim iacenti loq
batur, cur nam se iussit stanti promit
tit esse locuturum? Sed sciendum quod alia
sunt que iacentes, alia que stantes
audire debeamus. Iacenti enim dicitur
ut surgat. stanti autem precipitur ut ad
predicationem proficisci debeat. Adhuc
enim nobis in infirmitatis confusione
iacentibus proferri non debet auctoritas
predicationis. Sed cum iam in bono
opere surgimus, cum iam recti stare
cepimus, dignum est ut ad lucra
dei alios in predicationem mitti debe
amus. Stans ergo propheta et visionem
spiritalem vidit et cecidit, cadens
vero iam admonitionis verbum sus
cepit, ut surgeret. Surgens autem pre
ceptum audiuit ut predicaret. Nam
qui adhuc ex superbie vitio stant pec
cantes, iam de eternitatis timore a se
sentire ceperunt. Dignum est ut ad
penitentiam cadant et tantum infirmita
tem suam subtiliter cognoscentes humili
ter iaceant. Per diuinam ubi consolationem
surgere ad fortia opera iubentur, et cum
iam in bonorum operum soliditate
persistimus, necesse est ut vnde nosmetipsos

correximus inde iam predicantes et
alios leuemus. Iacenti ergo non
precipitur ut ad predicationem pergat,
infirmus quisque hoc quod edificare
studet prius opere destruat. Vnde
quoque per psalmistam dicitur: Eduxit
me de lacu miserie et de luto fecis.
Et statuit super petram pedes meos et
direxit gressus meos. et immisit in
os meum canticum nouum ympnum
deo nostro. Prius enim de luto peccati
educitur, ut eius pedes per fidem vel
solidentur. Sed quia iterum fidem vel
subsequentibus debet operis gressus
directi sunt. Ut post directionem res
suum id est post perfectorum bonum operis
ore accipit etiam bonum canticum di
cationis. Sic paulus dum super
damascum pergeret redemptoris vero
prostratus iacuit. et qui predica
turus erat. non tamen mox ut predicaret
quod viderat audiuit, sed ei iacen
ti dicitur: Ingredere in ciuitatem et
dicetur tibi quid te oporteat facere. Iacens
hoc ergo solum audire potuit ut sur
gens disceret quod audiret. Surgens
vero hoc didicit ut que cognouit
predicaret. Sed quemadmodum nobis se in
ezechiel et paulus in faciem ceciderunt
et de ascensore equi id est de eo qui
huius mundi gloria elatus est, dicitur
cadat ascensor eius retrorsum et
retrorsum quoque de persecutoribus dei
scriptum est: abierunt retrorsum et
ceciderunt in terram. Quid est
quod electi in faciem et reprobi retrorsum
cadunt, nisi quod omnis qui post se ca
dit ubi procul dubio cadit ubi non
videt. Qui vero ante se cadit ibi
cecidit ubi videt. Iniqui ergo quia in
inuisibilibus cadunt post se cadere
dicuntur, quia ibi corruunt ubi quid
eos tunc sequitur modo videre non possunt.
Iusti vero quia in istis visibilibus
semetipsos sponte deiciunt ut in inuisi
bilibus erigantur, quasi in faciem cadunt
quia timore compuncti videntes
humiliantur. Nonnulli vero quod dicitur
te ad filios israel ad gentes apostatrices

C

qui recesserunt a me. Sicut enim duo-
bus modis a deo recedit. Ita duobus
modis a deo apostatare homines sunt.
Nam unusquisque a conditore suo aut fide
recedit aut opere. Sicut ergo qui a
fide recedit apostata est. Ita qui ad
perversum opus quod deseruerat redit
omnipotenti deo apostata absque ul-
la dubietate deputabitur, etiam si fidem
tenere videatur. Unum enim sine altero
prodesse nichil valet. quia nec fides
sine operibus nec opera adiuvant sine
fide. nisi fortasse pro fide percipienda
fiant. Sicut cornelius antequam pro bonis
operibus meruit audiri. quam fidelis
existeret. Unde ex re colligitur quia
bona opera pro fide percipienda faciebat.
quod ei ab angelo dicitur. Oraciones tue
et elemosine tue ascenderunt in
memoriam in conspectu dei. et mox
Petrum accersiri qui ei veniens predicaret debeat.
Constat quia hoc petiit unde me-
ruit exaudiri. Sequitur. Patres eorum
prevaricati sunt pactum meum usque ad
diem hanc. et filii dura facie et
indomabili corde sunt. ad quos ego
mitto te. Ecce est una culpa superbie
quia prevaricati sunt pactum. Ecce
alia obstinacionis. quia usque ad
diem hanc. Ecce iniquitate filiorum
culpa generis imprudencie. quia dura
facie quo mala que faciunt iam non
erubescunt. et indomabili. vel post culpas
ad penitenciam redeunt. quia indomabili
corde sunt. Cum vero tante pravitatis
ante et obstinacionis sint hii ad
quos propheta mittitur. quis iam non videat
a persona prophete a talium pravitatibus hominum
conversio valeat. Sed ecce auctoritas
sermoni tribuitur cum subditur. Et dices
ad eos. Hec dicit dominus deus. Ac si
aperte diceretur. Quia ex te ex te
despexerint. ex mea voce necesse est ut
convertantur. ne contempnat ipse qui mittit
verba mea proferre. Unde qui misit
sequitur. Si forte vel ipsi audiant
et si forte quiescant. quia dominus ex
spectavit. Dum constat quod omnipotens
nil ignorat. valde dicitur
Si forte audiat et si forte quie-
scant. Qua propter sciendum nobis est
quia ista dubitacio locucionis dei
non ex ignorancia. sed ex aliqua

significacione descendit. Cum igitur
nesciat qui fecit et iudicat omnia sci-
at omnia. et per semetipsum in evangelio
de antichristi predicatoribus dicit. Da-
bunt signa magna et prodigia ita
ut in errorem inducantur si fieri potest
etiam electi. Cur hoc sub dubitacione
dicitur. cum quid futurum sit a domino
prescitur. Unum vero ex duobus est.
Quia si electi sunt fieri non potest. si autem
fieri potest electi non sunt. et tamen dicitur
in errorem inducantur si fieri potest
etiam electi. Ista ergo divini sermonis du-
bitacio electorum cordibus designat mo-
tum temptacionis. quia qui electi sunt
ad persistendum per signa predicatorum
antichristi temptabuntur ad cadendum.
Per hec ergo quod dicitur si fieri potest hoc
exprimitur quod electi in corde tempta-
buntur. Nutabunt enim in corde sed non
cadunt. Dicitur ergo si fieri potest quia
trepidabunt. et tamen dicitur electi. quia
non cadunt. Dubitacio itaque sermonis
a domino in electis exprimit trepi-
dacionem mentis. quos et electos nominat
quia cernit quod in fide et in bono opere
persistunt. Unde hic quoque dicitur. Si
forte audiant. et si forte quiescant.
Per hoc enim quod dicitur si forte. quia
ex magna multitudine pauci au-
dituri sunt demonstratur. Per dubi-
tacionem ergo sermonis dei quid signi-
ficatur aliud nisi paucitas audito-
rum. Notandum vero quod postquam mala
priorum defunctorum dixerat. mittens
prophetam ad filios dicit. Si forte vel
ipsi audiant et si forte quiescant.
Quod est dicere vel ipsi. nisi quia eorum
patres qui in culpa defuncti sunt
audire noluerunt. Pensemus ergo que
virtus sit in hac divini sermonis descriptione
ut dicat si forte vel ipsi audiant.
Nobis hoc apte dicitur. qui afflicti
qui obsessi. conclusi undique. qui
in hoc mundo habuimus bona per-
didimus. urbes eversas. castra
depopulatos agros. suffossas
ecclesias videmus. et tamen adhuc
parentes nostros ad iniquitatem sequimur.
ab eorum elacione quia videmus non
mutamur. et illi quidem iam concundia(?)
nos vero quod est gravius et inter

flagella percutimus. Sed ecce omnipotens
Deus iniquitates iudicaturus iam proces-
sus nostros abstulit iam ad iudicium exere-
vit sue patientie nobis longanimitatem
prerogat. ne tamen nostris sortibus
perdat dicens. Si forte vel ipsi au-
diant et si forte quiescant. quia domus
exasperans est. Omnis anima que
post acceptam fidem in perversitate sua
aut permanens aut rediens domus
exasperans vocatur. quia enim quod
per fidem susceperat repellit a se pravis
moribus habitatorem deum. Nam
domus inhabitatur a domino. Si ergo
domus quare exasperans. Si vero
exasperans quare domus. Que videlicet
quia iam non habitatur. Sed domus
quia in ea deus per fidem habitare ce-
perat. Exasperans vero est quia ab ea
pravis moribus repulsus exiit ut
vacua remaneat qua prius celestis
inhabitator replebat. Unde etiam sic
vitiatis voce cognominis nequissimus
spiritus cum septem aliis rediens do-
mum scopis mundatam invenit. quia
mentem virtutibus alienam replet.
Sequitur. Et scient quia propheta fuit
in medio eorum. Hec ergo scire
bonos aut ad adiutorium salutis
proficere aut ad testimonium damp-
nationis solet. Sciant ergo quia in
medio eorum propheta fuerit ut audi-
ta predicatione aut adiuncti. ut
surgant aut sic dampnentur ut ex-
cusatione careant. Sequitur. Tu ergo
fili hominis ne timeas eos neque ser-
mones eorum metuas quoniam incre-
duli et subversores sunt tecum et
cum scorpionibus habitas. Pater
ad quem pressores in predicatione mit-
titur quem ne timeat admonet. et
quia pravi quique bona sibi loquen-
tibus alia mala faciunt. dicitur ne
timeas eos. Et propter hoc quod minantur
adiungitur. neque sermones eorum
metuas. Vel certe quia verba et ma-
la bonis ingerunt et eorum semper
actibus derogant propheta immissus
admonetur ne eorum vel crudeli-
tatem metuat vel verba pertimescat.
In hoc itaque quod dicitur ne timeas
propheto datur auctoritas predicatoris
Et quia omnes qui in mundo vivimus

organa vitiatus sumus ut sepe pravi-
mentem. sepe vero alii loquantur me-
sic nobis bonum ubi inesse audivimus
debet ut et is qui preest dicat recta
libere et is qui subest monita bona
humiliter non recuset. Bonum quippe
maiori a minori dicitur. tunc vero bonum
est si humiliter dicatur. Nam re-
ctitudo sentiendi humilitatem loque-
ndi perdiderit radicem sensus in
ramo lingue vitiavit. Audivimus
viridam iam non ex ramo sed ex ra-
dice est. quia nisi cor intime vitiaret
linguam minime sibi ... Inesse ergo
ad loquendum potius humilis auctoritas
Inesse autem minori libera humilitas debet
Sed sepe in hominibus ipse loquendi
ordo confunditur. Sicut et longe su-
perius diximus. Nam alii quibus ine-
timorem elationis loquuntur. et loqui se
per auctoritatem libertatis existimant
et alii aliunt per stultum timorem tacent
et tacere se per humilitatem putant. Ille
locum sui regiminis attendens im-
metitur sensum timoris. Iste locum
sue subiectionis considerans timet
dicere bona que sentit. et quamvis contra
tum caritati reus efficitur tacere. Ille
vero sub auctoritate superbia et ista
mus timor sub humilitate se palliat
Ut sepe nec valeat considerari id
dico nec iste quid dicat proximo las
ille eos qui sibi subiecti sunt spi-
ritur. et ei tunc omnes subiacere
non intendit in elatione attollitur
et de elatione sua voluit de auto-
ritate gloriatur. Iste vero non in
dum timet ne amorem gratiam amit-
tat atque per hoc aliquid temporalis
dampni sustineat recta que intel-
ligit occultat atque apud se tacit
ipsum timorem quo constringitur hu-
militatem nominat. Sed cum tangi
volt dicere tacendo in cogitatione
diiudicat sitque ut unde se humilem
existimat inde gravius fit superbus
Discernenda ergo sunt libertas et super-
bia. humilitas et timor. ne aut
timor humilitatem aut se superbia
libertatem fingat. hic ezechiel ita-
que qui non solum propheta sed sermonibus

loqui mittebatur ne in tantum timorem
pusillitatem crederet ut timere non debe-
ret admonet dominus dicens Ne timeas
eos ac ne forte derogationes eorum
eorum verba pertimescat adiungitur
neque sermones eorum metuas. Cum
enim timorem derogantium timere
non debeat etiam causa subiungitur
cum prius subinfertur Quoniam
increduli et subversores sunt tecum
et cum scorpionibus habitas. Tunc
enim eorum essent hii quibus loqui
mittebatur si in fide et opere deo
omnipotenti placuissent. Cum autem
increduli et subversores sint eorum ser-
monibus derogantes iudicii non se-
ntire stultum valde est si illis pla-
cere querimus quos non placere domi-
nus dei scit. Aut hec in metu
et reverentia istorum iudicia quia
crebra omnipotentis dei sunt et hec
quod in terra reprehendimus quod de-
minus redarguit e celo. Nam pueri
eorum derogatio vite nostre approbati-
o est quia iam ostendit nos aliquid iu-
stitie habere si illis displicemus qui ipsi
non placent deo. Nemo etenim
in una eademque re omnipotenti
domino atque eius hostibus gratus
existere. Nam deo se amicum denegat
qui eius placet inimico. Summus veritatis
adversabitur qui eius veritati in mente
subiugatur. Unde sancti viri ipsos vocis
sue increpatione succensi eos ad sua
odia excitare non metuunt quos
deum non diligere cognoscunt. Quod
propheta ardenter exhibens creatori omnium
quasi munera obtulit dicens Nonne
qui oderunt te domine oderam illos et
super inimicos tuos tabescebam. Perfecto
odio oderam illos inimici facti sunt
michi. Ac si aperte dicat Pensa quia
tantum te diligo quia tuorum hostium
excitare contra me inimicitias non pertime-
sco. Hinc iterum dicit Qui retribu-
erunt mala michi pro bonis detra-
hebant michi quoniam sequebar boni-
tatem subsequimur sunt iustitiam
bonum valde est quod iniusti tri-
buunt qui male agentibus libera voce
contradicit pius si mala pro bonis retri-
buunt cum iusti derogant. Quia cum
eos iustitie defensionem fuerint vo-
cem iusti humana iudicia. Sed
eterni iudicis examen aspiciunt atque
ideo derogantium verba contempnunt
Sicut etiam derogantibus Corin- I cor. x
thiis Paulus dicebat Michi autem
pro minimo est ut a vobis iudicer
aut ab humano die. Cum ne
in corde suo unde se reprehenderet
potuisset inveniens adiungit Sed
neque meipsum iudico. Videns autem
quia ei ad perfectam sanctitatem non
suum iudicium sufficeret subdidit Sed
non in hoc iustificatus sum. Cur vo-
nec semetipso de seipso credidit
causam reddidit cum subiunxit Qui
autem iudicat me dominus est. Ac si
aperte dicat Nec me de meo iu-
dicio credendum existimo quia ille
me iudicat cuius ergo iudicium
non comprehendo. Hinc beatus Iob
cum pannariorum derogantium ser-
mones inter dolores vulnerum pateretur
iaculo verborum cogitationem protinus
ad conditorem revertit atque ubi me-
tem solidum haberet aspexit dicens
Ecce enim in celo testis meus et con-
scius meus in excelsis. Qui etiam
subdidit. Verbosi amici mei ad deum
stillat oculus meus. In omne enim quod
de nobis dicitur semper tacite recurrere ad
mentem debemus interiorem testem
et iudicem querere. Quod enim prodest
non omne laudat cum conscientia accu-
set. Aut quid potest obesse si omnes
nobis derogent et sola nos conscientia
defendat. Beatus ergo Iob in plurimis
sermonibus derogantium inflexa mente
persistens quia in terra se impugnari
falsis sermonibus excelso videt
testem queque sunt. Hinc Ysayas ait
Populus meus qui beatificant te ipsi
te decipiunt et viam gressuum tuorum
dissipant. Cum vero populus ne verba
sue laudis attenderet et in culpa sua
periret statim contra dicit quem aspici-
at tamen iudicium pertimescat subdidit
stat ad iudicandum dominus stat ad
iudicandos populos. Ac si aperte diceret
Iudicia humana vos sequimini tur

ff

stare super te celestem iudicem sciens
Hinc est quod Johannem baptistam vi-
tas esse arundinem vento agitatam
negat dicens Quid existis videre
in deserto arundinem vento agitatam
Quod quia negando dixerat non affir-
mando subiuncta verba testantur
ait enim Sed quid existis videre in
deserto Johannem mollibus vestitum
ecce qui mollibus vestiuntur in domibus
regum sunt Harundo autem vento a-
gitata mox flantibus crispi motu flexi-
bus inclinatur Quia autem mansu-
etus qui vel derogacione dicitur vel
laudibus exaltatur Arundo vento
agitata est quod Johannes non erat
qui inflexibilem motus virtutum inter
laudes hominum et derogaciones tene-
bat Sed magna insignificacione res in-
diget cum recti operis viam tenemus
verumque semper despicere derogacionem
detractorum aliquando compescere De qua re
sciendum est quia linguas detrahencium
sicut nostro studio non debemus excitare
ne ipsi pereant ita per suam maliciam
excitatas debemus equanimiter tollerare
ut nobis meritum crescat Aliquando autem
etiam compescere ne dum de nobis mala
disseminant eorum qui audire nos
ad bona poterant corda innocencium cor-
rumpant Hinc est etenim quod Johannes
obtrectatoris sui linguam redarguit
dicens Is qui amat prinatum gerere
in eis Diotrepes non recipit nos
propter hoc si venero commonebo eius
opera que facit verbis malignis garri-
ens in nos Hinc Paulus iterum
detractoribus Corinthiis loquitur dicens
Epistole inquiunt graves sunt et fortes
presencia autem corporis infirma et sermo
contemptibilis Hoc cogitet qui eius-
modi est quia quales sumus verbo per
epistolas absentes tales et presentes in o-
pere Hii etenim quorum vita in exem-
plo imitacionis est posita debent si pos-
sunt
detrahencium sibi verba compescere
ne eorum predicacionem non audiant
qui audire poterant et in pravis mo-
ribus remanentes bene vivere contemp-
nant Sed hac in re subtili ingenii
cone necesse est ut semetipsum animus
investiget ne fortasse sue laudis
gloriam querat et amatam lucra
se querere nostra cogitacione simulet Sepe
enim sui nominis laude animus
pascitur et quasi sub obtentu lu-
crorum spiritualium cum de se bon-
um dici cognoverit letatur et sepe sue
glorie defensione contra detrahen-
tes irascitur et fingit et sibimet
quod hoc ex eorum zelo faciat qui
corda bonorum nunc detrahentes
perturbant Illi ergo debent magno
opere curare ne eorum corda comprimant
detrahencium verba prevaleant quo scilicet
consciam subtiliter discernentes se
ea maxime de amore premant quam
nil habent Hinc est enim quod iusti atque
perfecti aliquando virtutes suas predicant
et ea que divinitus acceperunt narrant
Non ut ipsi apud homines sua omnia
proficiant Sed ut eos quibus predicant
exemplo suo ad vitam trahant Unde
Paulus apostolus quociens fustibus cesus
quociens lapidatus quociens naufra-
gium pertulit quanta pro veritate sustinu-
erit quod ad tercium celum raptus quod in pa-
radisum ductus sit Corinthiis narrat
ut eorum spiritum a falsis predicatoribus
avertat et dum se innotescat quam glo-
riosus illi eis vilescerent quos absque
ratione antea venerabantur Quod perfecti
faciunt id est cum virtutes proprias loquuntur
In hoc quoque omnipotentis dei imi-
tatores sunt qui laudes suas hominibus
loquuntur ut ab hominibus cognoscatur
Nam cum per scripturam suam per-
at dicens Laudet te alienus et non
os tuum quod facit ipse non prohibet
Sed si virtutes suas omnipotens deus
taceret cum nullus agnosceret Sed
nullus agnosceret nullus amaret
nullus amaret nullus ad vitam rediret
Unde et per psalmistam dicitur Cor-
turem operum suorum annunciabit populo
suo ut det illis hereditatem gencium
Virtutes ergo suas annunciat non ut lau-
dibus suis ipse proficiat Sed ut hii qui
hunc ex sua laude cognoverint ad
perpetuam hereditatem veniant Justi ergo
atque perfecti non solum cum vitupantur
sue verba reprehendunt Sed etiam

Nr

Lingwe detrectancium aliquando sunt tollerande
compescende

Justi viri suas virtutes
aliquando ...
vel ex ...

[...] virtutes quas habent infirmi loquuntur
[...] sensibiles non sunt quia prelatorum
[...]uum quas referunt aliorum animas
[ad]iutam querunt. Regiminibus tamen
[...]scondere quia inanis bona sua dete-
[...] nisi esse ut dixi aut pro amoris
[...]tas aut certe nimia necessitas cogit.
[Un]de paulus apostolus cum virtutes suas
[Cor]inthiis enumerasset adiunxit Factus
[su]m insipiens vos me coegistis. Sit
[...]o aliud ut necessitate compulsi videant
que de se referunt non aliorum utili-
tatem sed suam requirat. Sicut beatus
[Iob] qui sua enumerat dicens Oculus
fui ceco et pes claudo. pater eram
pauperum et causam quam nesciebam dili-
gentissime investigabam. et multa
alia que se pie egisse commemorat
quia in verbere doloris positus
animas increpantium ipsis egisse
[...] atque oppressi plus
[...] fuisse dicebant. Vir sanctus inter
flagella dei et humane increpacio-
[n]e deprehensus mentem suam con-
[...] atque ad desperationis foveam
[co]nspexit impelli. Cum ea tamen
[ca]dere poterat nisi ad memoriam sua
[bo]ne acta revocasset ut ad spem animam
[re]duceret ne oppressus verbis et vul-
[ner]ibus in desperationem periret. Ergo
[...]ma sua enumerat non innotescere
[homin]ibus quasi ex laude desiderat sed
[...]em anime reformat. Isti itaque sic
[...]ne arrogancia loquuntur aliqui
[...]ma que agunt ita sine zelo pri-
[...]ti glorie detrahencium sibi linguas
[...] quia noxia loquuntur. Ad
[...]ro lingue derogancium corrigi ne-
[qu]eunt equanimiter sunt per omnia
[to]lleranda. nec obtrectacionis sermo
[...]mendus est. ne dum persequimur
[...] metuentur recti operis via
[de]seratur. Unde ad Ezechielem prophetam
[dic]itur Sermones eorum ne metuas
[qu]ia increduli et subversores sunt
[tec]um. Nunquam mali essent si hi
[...] sunt increduli subversores non
[...] fuisset. quia enim ipsi nec ce-
[le]stis regni premia vel gehenne
[...] supplicia non credunt [...]
[...]calamitatibus commissi a fide et spe

etiam alios subvertunt ut regimen quod
ipsi apparere nolunt nec alii assequantur
Hi namque cum teneriores quos-
dam bona inspexerint mala iam delec-
tare cognoverint modo irridendo
quod in celis promittitur modo despiciendo
quod deus sempiterne de inferni suppli-
ciis minatur modo laudando bona
temporalia et delectaciones presentis secu-
li callida persuasione pollicendo de-
flectunt mentes innocencium corda que
itinera pravorum. Gaudent si quos
potuerint a vita revocare ad mortem
trahere letantur in pravitatibus suis
exultant in alienis iniquitatibus. Hiis pe-
na sua non sufficit qui agunt ne
soli moriantur. Et si fortasse inter
que pravum tanti iam virtutis inve-
nerint. ut ea contraria loqui non
presumant. quia subversores et non
[...] statim scorpiones sunt. Scorpio
enim palpando mordet sed cauda
ferit nec mordet a facie sed a poste-
rioribus nocet. Scorpiones ergo sunt
homines blandi et maliciosi qui bo-
nis quidem in facie non resistunt sed
mox ut recesserint derogant. Alios
quos voluerint inflammare quecumque
prius noxia diminuunt mortifera infe-
runt occulte non desinunt. Scorpiones ergo
sunt qui blandi et innoxii in faciem
videntur sed post dorsum portant
ubi venenum fundant. Qui enim in
occulto feriunt quasi mortem latenter
trahunt. Unde etiam per psalmistam
dicitur Circumdederunt me sicut
apes exarserunt sicut ignis in spi-
nis. Apes enim in ore mel habent in
aculeo caude vulnus. et omnes qui
lingua blandiuntur sed latenter
ex malicia feriunt apes sunt quia
loquendo dulcedinem mellis pro-
munt sed occulte feriendo vulnus
inferunt. Ista vero facientes exarde-
scunt sicut ignis in spinis. quia per
flammas detrahencium non iustorum
vita comburitur sed si que vicia
potuerint peccatorum spine concremantur.
Dicitur ergo Increduli et subversores sunt
tecum et cum scorpionibus habitas.
Increduli scilicet deo. Subversores de
infirmatibus proximis. Scorpiones

aut etiam fortibus ac robustis / quibus
et si in facie contradicere non presumant
ex occulto tamen molimina derogationis
inferunt. Increduli quippe simul
subversores et scorpiones sunt quia
et audita ea que dei sunt non credunt
/ et eos quos prevalent a bonis moribus
subvertunt et quos inflectere non valent
et occultis machinationibus feriunt
Tertia in re hoc quoque notandum est quia
cum propheta dicit Increduli et subver
sores sunt tecum et cum scorpionibus
habitas nobis consolationis medicamen
tum prefertur / quos sepe tedet vite
dum nolumus cum malis habitare Que
rimus etenim cur non omnes boni sunt
qui nobiscum vivunt Mala proximorum
ferre nolumus omnes sanctos iam debere
esse discernimus dum esse volumus
quod ex proximis portemus Sed hec
in re luce clarius patet dum malos
portare renuimus quam multum adhuc
ipsi de bono minus habemus Neque enim
perfecte bonus est nisi qui fuerit et
cum malis bonus / hinc beatus Iob
de semetipso asserit dicens frater fui
draconum et socius struthionum / hinc
Paulus apostolus discipulis dicit / In medio
nationis prave et perverse / inter quos
lucetis sicut luminaria in mundo / hinc
Petrus gregis dominici pastor dicit Iustum
Loth oppressum a nephandorum iniu
ria et conversatione eripuit / aspectu
enim et auditu iustus erat habitans
apud eos qui de die in diem animam
iusti iniquis operibus cruciabant / Sepe
vero de vita tamen proximorum quia nimis
mutare locum conamur secretum
vite remotioris eligere. Videlicet igno
rantes quia si deest spiritus non adiu
vat locus / Sed cum Loth de quo loquimur
in Sodomis sanctus extitit in monte
peccavit / Quia autem loca meliora non
muniunt / prothoplastus humani generis primus
testatur parens / qui et in paradiso
cecidit / Sed minus sunt omnia que
loquimur extra Nam si locus salva
re potuisset sathan de celo non caderet
Unde psalmista ubique in hoc mundo
temptationes esse conspiciens quasi sui
locum non fugeret Sed sine deo
invenire non potuit munitum Ex
qua re et ipsum sibi locum fieri petit

Si deest spiritus non adiuvat locus

Mali sunt tollerandi

propter quem locum que sunt dicta esto
michi in deum protectorem et in locum
munitum ut salvum me facias De
rando ergo ubique sunt proximi / quia deest
fieri non valet quem carum ma
non exercet / Utrum nam est pro quo va
societas debeat malorum Nos for
tasse corrigi non valent ad ini
non trahant / et cum ipsi a sua mali
tia non mutant qui sibi coniuncti im
putant Unde Paulus ait Corrumpunt
mores bonos colloquia mala / hinc
per Salomonem dicitur Noli amicus esse ho
mini iracundo nec ambules cum viro
furioso ne forte discas semitas eius
et sumas scandalum anime tue Id
eo perfecti viri perversos proximos non
debent fugere quia et eos sepe ad
rectitudinem trahunt et ipsi ad perver
sitatem nunquam trahuntur ita infir
mi quique societatem debent declinare per
versorum ne mala que frequenter per
spiciunt et corrigere non valent delec
tentur imitari Sic enim verba pravorum
audiendo quotidie sumimus in corde
sicut flando atque respiciendo aerem
trahimus corpore / et sicut malus
aer assiduo flatu tractus ad
infirmationem inficit [illegible]
delectatione pravi operis assidue ne
tare sermonis Ezechiel Verba eorum
ne timeas et vultus eorum ne formi
des quia domus exasperans est Ideo
boni timere debent ne offendant ne
fortasse per eos ille provocetur ad iram
qui eorum corda semper inhabitat
sicut supra dictum est Si malos
dum timere minime debemus quia
illis nostra actio displicet quibus cre
atoris iustitia placet Quid ergo est
timendum si nobis irati sunt
deo amabiles non sunt Unde recte
dicitur Verba eorum ne timeas et vul
tus eorum ne formides quia domus
exasperans est Ac si aperte diceretur
di essent nisi me in suis actibus exa
sperarentur De quibus adhuc sub
ditur / loqueris ergo verba mea ad eos si
forte audiant et quiescant quia irri
tatores sunt / Omnis qui peccat
aliud quam conditori suo in se irri
tat Et sciendum quoniam ...

...ned verbo / quociens cogitacione delin-
quimus cum nos tacite irritamus / quia
sustinet et clementer expectat.
...aut per predicatores ad suos
...nobis exhortacionis prerogat
...aut qui recta predicat si audit
iniquitati creatam super predicatorem
placat. Unde necesse est ut ipse
debeat agere malum quod solet
siue vero contrariis irritare pre-
cepta subditur sunt. Tu autem fili
hominis audi que ego loquor ad te
noli esse exasperans, sicut domus ex-
asperatrix est / id est mala que fieri conspicis
non facias ne hoc quod prohibere
ipse committas. Omnis etenim pre-
dicator intenta semper debet pensare
ne cum iussus est lapsos erigere ipse
per incautelam operis cum lapsis cadat
ne in se hanc apostolus sentenciam feriat dicens
In quo alterum iudicas teipsum con-
dempnas. Unde Balaam dei spiritu repletus
ad loquendum sed tamen in carnali vita
spiritu retentus de semetipso loquitur
Dixit auditor sermonum dei qui
novit doctrinam altissimi et visiones
omnipotentis dei vidit. qui cadens
apertos habet oculos. Cadens apertos oculos
habet qui rectum quod dicere vidit sed
vivere contempsit. Cadens vero in
opere et apertos habet oculos pre-
dicacione. Est et aliud quod possit
intelligi cur beatus Ezechiel qui ad pro-
phetandum mittitur esse exasperans prohibetur
cum ad loquendum verba tamen mit-
titur obedire omnipotentem deum
ut propheta de priuso opere. sic propheta de
silencio exasperasset. Nam sicut
ille deum exasperat qui lo-
quitur vel facit mala. Ita nonnumquam
hi exasperant qui reticent bona.
Itaque culpa est prius agere istis
retinere reticere. In hoc ergo tu
...etiam boni simul deum exaspe-
rant quia cum prius non mere-
...eis per suum silencium proficere
...tam prestant / Sequitur. Aperi os
...et comede quecumque do tibi. Aperire
...quippe cum recta loquimur et comede-
re ergo que a deo accipimus. quia et
...et augetur in nostris sensibus

cibus vite cum predicare experimur
Unde propheta alius dicit. Os meum aperui
et attraxi spiritum. Non enim spiritum attra-
heret nisi os aperiret quia nisi ad
predicandum proximis se impenderet spiri-
talis doctrine in eo gracia non crevisset.
Sequitur. Et vidi et ecce manus missa
ad me in qua erat involutus liber. Et
expandit illum coram me qui erat
scriptus intus et foris. Sicut per prophetam
predicatorum ordo. sic per librum quem
accepit scriptura sacre pagine designatur
Liber autem involutus est scripture sacre
eloquium obscurum quod profunditate
sensuum involvitur ut non facile sensibus
omnium penetretur / Sed coram propheta liber ex-
panditur quia coram predicatoribus sacri
eloquii obscuritas aperitur / Involu-
tum librum manus dei porrexerat ut
apostolus diceret. Simile factum est regnum
celorum homini qui seminavit bonum
semen in agro suo. Cum autem dormi-
rent homines venit inimicus eius et su-
perseminavit zizania in medio tritici
et abiit. Cum autem crevisset herba
et fructum fecisset tunc apparuit et zi-
zania et reliqua / que veritas vera
eadem me reticere renunciatur. Sed librum
quem involutum ostenderat expandit cum
hoc quod per enigmata ante loque-
batur exposuit dicens. Qui seminat
bonum semen est filius hominis / ager
est autem mundus / bonum vero semen
hii sunt filii regni / zizania autem
filii sunt nequam / inimicus qui seminavit
ea est dyabolus. Messis vero consummacio
seculi est. Messores autem angeli sunt
Sicut ergo colliguntur zizania et igni
comburuntur. sic erit in consummacione
seculi / Involutus itaque liber expanditur
cum hoc quod obscure planum fuerat
per latitudinem intellectus aperitur
/ Hunc involutum librum veritas ex-
pandit. qui in discipulis egit quod
scriptum est. Tunc aperuit illis sensum
ut intelligerent scripturas. De quo adhuc
libro subditur. Qui erat scriptus intus
et foris. Liber enim sacri eloquii
intus scriptus. scriptus est per alle-
goriam foris per hystoriam intus
per spiritalem intellectum / foris autem
per sensum litere simplicem adhuc

infirmantibus congruenter. Intus quia invi-
sibilia promittit. foris quia visibilia
preceptorum suorum rectitudine dispo-
suit. Intus quia celestia pollicetur.
foris autem quia terrena contemptibi-
lia qualiter sint vel in usu habenda
vel ex desiderio fugienda precipit.
Alia namque de secretis celestibus
loquitur. Alia vero in exterioribus acti-
onibus iubet. et ea quidem que foris
precipit patent. sed illa que de intus
narrat. plene apprehendi nequeunt.
Unde scriptum est. Extendens celum
sicut pellem qui tegis in aquis supe-
riora eius. Quid enim celi nomine nisi
sacra scriptura signatur. De qua nobis
et sol sapientie et luna scientie ex anti-
quis patribus stelle exemplorum atque
virtutum lucent. que sicut pellis extenditur
quia per scriptores suos carnis lin-
gua formatum ante oculos nostros
per verba doctorum exponendo explicatur.
Tum vero aquarum nomine non sanctissimi
angelorum signantur chori. de quibus
scriptum est. et que celi superiora deus
in aquis tegit. quia alta sacri elo-
quii id est ea que de natura divinitatis
vel de eternis gaudiis narrat nobis
adhuc nescientibus solis angelis in
secreto sunt cognita. Celum ergo hoc et
certa nobis extenditur. et tamen in aquis
superiora eius conteguntur. quia et quedam
sacri eloquii iam nobis per apertionem
spiritus patent. et quedam que solis an-
gelis prius esse manifesta nobis ad-
huc servantur occulta. De quibus tamen
occultis iam per spiritalem intellige-
ntiam sentimus iam sancti spiritus pi-
gnus accepimus. Quia hec et plene
nec dum cognovimus. et tamen tamen
medullitus amamus et in multis spiritali-
bus sensibus que iam cognovimus
veritatis pabulo pascimur. Dicatur ergo que
erat scriptus intus et foris. quia in
sacro eloquio. et dictis occultioribus
atque sublimioribus satiantur fortes
et preceptis apertioribus nos parvuli
nutrimur. Unde scriptum est montes
excelsi cervis petra refugium erinacijs

hitant enim montes intelligentie iam
contemplacionis saltus dare ne ere
sed petra sit refugium erinacijs quia
nos parvuli et peccatorum nostrorum spinis
cooperti. et si intelligere alta non possu-
mus in petre nostre refugio id est in pro-
fide salvamur. Unde et quibusdam dicitur
Nichil me iudicavi scire inter vos
nisi Christum Ihesum et hunc crucifixum
Ac si diceret Quia nos capere divi-
nitatis misteria non posse pensavi so-
la nobis humanitatis eius mysteria
locutus sum. Sequitur. Et scriptum
in eo lamentationes carmen et ve.
Carmen aliquando in bono aliquando
in malo dici dubium non est. Quia
et letum carmen et lugubre carmen
dicere possumus. Sed nos scripture
sacre usum sequentes que pene semper
carmen ponere in prosperis solet. hoc
in loco pro bona parte dictum carmen
accipimus. Nam cum omnipotens deus
populum suum de mari rubro liberasset
scriptum est. Tunc moyses et filij
israel cecinerunt carmen domino. Et cum
david victoriam de hostibus fecisset
scriptum est. Locutus est david domino
verba carminis huius. Salomon quoque ait
Acetum in nitro et qui cantat carmina
cordi pessimo. Acetum quippe si mitta-
tur in nitro fervescit. vitium pungi-
bilis et perversa mens. que per
increpationem corripitur aut per pla-
ctoris dulcedinem bona suadetur
correptione fit deterior. et inde in
iniquitatis inquietudine succenditur
debuit ab iniquitate compescere psalmi-
quoque de misto ac se se desperante
dicitur. et non dixit. ubi est deus qui
fecit me. qui dedit carmina in nocte.
Carmen quippe in nocte est letum in
tribulatione. Carmen in nocte accipimus
quod in pressuris periculis de futuris
gaudiis consolamur. Carmen in
in nocte condebat apostolus cum diceret
spe gaudentes in tribulatione pacien-
tes. Carmen in nocte se david
habere dicens Tu mihi es refugium a pres-
sura que circumdedit me exultatio mea

ram me me a circumdantibus me. Cum
enim circumdari se pressuris narrat et tamen
dominum sibi esse exultationem nominat
procul dubio pene scriptura sacra carmine
in terre cantat. Quia ergo pene semper
in luctu carmine pene scriptura sacra
convenit, ita a nobis etiam in hoc
loco debet intelligi. Ve autem in scriptu-
ra sacra sepius de eterno luctu dam-
pnationis solet intelligi. Unde scriptum est
Ve impio in malo. retribucio enim manuum
eius fiet ei. Et beatus Iob loquitur dicens
Si impius fuero ve michi est. Si autem
iustus non levabo caput saturatus afflic-
cione et miseria. Iniustorum enim afflictio
eternalis est. Hoc ergo quod dixit ut specialiter
distinxit afflictionem que est iusta afflictionum
et impiorum ne hec prohibuit. Per semetipsam
quippe veritas dicat. Ve mundo a scandalis
Et ve vobis qui ridetis quia flebitis.
et de peccatoribus et morientibus in illis
dicitur. Pensandum ergo nobis est quod hec
tria in sacro volumine scripta sunt la-
mentationes carmen et ve. Lamentationes
videlicet quia in eo scripta est penitentia peccatorum.
Carmen vero quia ibi predicantur gau-
dia iustorum. Ve autem quia illic expressa
est dampnatio reproborum. Vos ergo
per obedientiam ad fertilitatem boni operis
perventuri acervus frugum vocantur.
Quia enim bone anime fruges ap
pellantur dei propheta alius testatur
Sanctus Israel domino primitie frugum
eius. Fruges ergo domini etiam
converse ad fidem gentes postmodum
facte sunt. Sed quia prius Israel
domino credidit recte hunc propheta
frugum eius primitias appellat.
Quia ergo propheta missus non fuerat
populo. Sed filiis eiusdem populi venit
intulit ad acervum frugum novarum

Quid vero per chobar flu-
designetur supra iam diximus
nec necesse est modo repetitis verbis
audientibus fastidium generare. Sequitur
Et sedi ubi illi sedebant et man-
si ibi septem diebus merens in medio
eorum. Captivo populo propheta socia-
tur quia per compassionem se copulat eorum
qui se meroribus consedendo et merendo
coniungit quia latius ubi conterit
et ille sermo ab audientibus libe-
ntius accipitur cum a predicante cum com-
passione animi profertur. Sic ferrum
ferro iungitur liquatur prius et
postmodum vicissim a se ipso tenetur
Quem prius unumquodque molestat post-
modum tenere fortiter non sufficit
Sed propheta captivo populo consedit
et merens in medio eorum extitit
videlicet per caritatem grandem conde-
scendendo se ei molliorem redderet
quem statim per verbi fortitudinem
teneret. Hunc vero israeliticum populum qui
domus exasperans vocatur quia tunc
per nec inter flagella cognovit
nullo merore animi depressit propheta
gaudentes merens sedet sicut
dicit ut tacendo ostenderet quid lo-
quendo venerat dicere et prius quam
loqui faceret in hoc quod merens ta-
cuit formam verborum suscepit. Sequitur
Cum autem pertransissent septem dies
factum est verbum domini ad me dicens
In eo quod septem diebus merens se-
dit et post diem septimum verbi
predicationis missionem accepit ut loqui
debuisset aperte indicat quia eisdem
diebus merens tacuerat missus autem
ad predicandum fuerat et tamen septem
diebus sedens tacebat. Quid est
hoc nisi quod nobis propheta sanctus in hoc
suo silentio innuit nisi quia ille
qui veraciter novit quam plus
bene tacere didicit. Quasi enim quod-
dam nutrimentum verbi est censura silen-
tii et recte per exercere scitur quia nequaquam
sermonem accepit qui ordinate
ante per humilitatem tacet. Hinc
est quod per Salomonem dicitur Tempus tacendi
et tempus loquendi. Non enim ait tempus
loquendi et tempus tacendi sed prius
tacendi premittit tempus et postmodum
subdit loquendi. Quia nec loquendo
tacere sed tacendo debemus loqui
discere. Ergo propheta sanctus qui missus
ad loquendum fuerat diu prius tacuit
ut postmodum recte loqueretur. Pen-
sandum nobis est quanta ei culpa sit
non tacere quem nulla cogit necessitas
loqui. Sequitur Fili hominis specula-
torem dedi te domui israel. Notandum
quod enim quem dominus ad predicandum
mittit speculatorem esse denuntiat
Cui enim cura aliena committitur spe-
culator vocatur ut in meritis altitudine
sedeat atque volubilitatem nominis ex vir-
tute actionis trahat. Non est enim
speculator qui in imo est. Specu-
lator quippe semper in altitudine
stat ut quicquid venturum est longe
prospiciat et quisquis populi speculator
ponitur in alto debet stare per vitam
ut possit prodesse per providentiam. Hinc
propheta alius speculatorem admonet
dicens Super montem excelsum as-
cende tu qui evangelizas Syon. Vi-
delicet qui predicationis locum suscipit
ad altitudinem ascendat bone actionis
ad excelsa tendat et eorum que sibi
commissa sunt opera transcendat quatenus
subiectorum vitam subtilius videat
quanto et terrenis rebus quas despi-
cit animum non supponit. Quam dura
michi sunt ista que loquor quia me-
metipsum loquendo ferio. Cuius nec
lingua ut dignum est predica-
tionem tenet nec in quantum tenet
sufficit vita sequitur linguam. Qui
otiosis verbis sepe implicor et ab
exhortatione atque edificatione proximorum
torpens et negligens cesso. Qui
in conspectu dei factus sum mutus
et verbosus. id est mutus in necessariis
verbosus in otiosis. Sed ecce sermo
dei de speculatoris vita compellit
ut loquar. Tacere non possum et
tamen loquendo me ferire pertimesco
Dicam dicam et ubi dei gladius
etiam per memetipsum ad confingen-
dum cor proximi transeat dicam dicam

r

quer'

Ut etiam contra me sermo Dei sonet per me. Ego me reum esse non abnego, torporem meum atque negligentiam video. Erit fortasse apud pium iudicem impetratio venie ipsa cognitio culpe. Et quidem in monasterio positus valebam et ab otiosis sermonibus linguam restringere, et in intentione orationis pene continue mentem tenere. At postquam cordis humeris sarcinam pastoralem supposui, colligere ad semetipsum assidue non potest animus qui ad multa partitur. Cogor namque modo ecclesiarum, modo monasteriorum causas discutere, sepe singulorum vitas actusque pensare, modo quedam civium negotia sustinere, modo de irruentibus barbarorum gladiis gemere, et commisso gregi insidiantes lupos timere. Modo rerum curam suscipere ne desint subsidia eis quos disciplina regule tenet, modo raptores quosdam equanimiter perpeti, modo eis sub studio servate caritatis obviare. Cum itaque ad tot et tanta cogitanda scissa ac dilaniata mens ducitur, quando ad semetipsam redeat, ut totam se in predicatione colligat et a predicandi ministerio non recedat? Quia autem necessitate loci sepe viris secularibus misceor, nonnumquam in disciplina linguam relaxo. Nam si in assiduo censure mee vigore me teneo, scio quia ab infirmioribus fugior, eosque ad hoc quod appeto nequaquam traho. Unde fit ut eorum sepe et otiosa patienter audiam. Sed quia ipse quoque infirmus sum, in otiosis sermonibus paulisper tractus, libenter iam ea loqui incipio que audire ceperam invitus, et ubi tedebat cadere, libet iacere. Quis ergo ego vel qualis speculator sum, qui non in monte operis sto, sed adhuc in valle infirmitatis iaceo? Potens vero est humani generis creator et redemptor indigno michi et vite altitudinem et lingue efficaciam donare, quia pro eius amore in eius eloquio nec michi parco. Esse ergo speculatoris vita et alta debet esse et circumspecta. Ne enim terrenarum rerum audire sufficit alta, ne occultis hostis iaculis feriatur circumspecta. Neque hoc speculatori sufficit ut in alto vivat, nisi loquendo assidue ad alta audientes suos pertrahat, eorumque mentem ad amorem celestium per predicationem succendat. Sed tunc hec recta est lingua eius si ex vita consonat. Nam lucerna que in semetipsa non ardet, eam rem cui supponitur non accendit. Hinc enim de Iohanne veritas dicit: Ille erat lucerna lucens et ardens. Ardens videlicet per celeste desiderium, lucens per verbum. Ut igitur veritas predicandi teneatur, necesse est altitudo operandi custodiatur. Unde quoque sancte ecclesie sponsus vocem in Cantico canticorum dicit: Nasus tuus sicut turris Libani. Que laus est sponse mei ut sponse nasum turri comparet? Sed quia per nasum semper odores fetoresque discernimus, per nasum speculatores ecclesie designantur, qui minimi sunt et sicut turris esse et Libani, quia vigilantis providentie discretione munita semper debet esse extendi et in altitudine vite consistere, non in valle infirmitatis operis iacere. Sicut enim turris in monte ad speculandum ponitur ut hostes venientes longius videantur, sic predicatorum vita semper in alto debet permanere ut more nasi discernat odores fetoresque virtutum vitiorum, incursus malignorum spirituum prospiciat et commissas sibi animas per suam prudentiam custodiat. Sequitur: Et audies ex ore meo verbum et annuntiabis eis ex me. Recte monet propheta ne presumat loqui quod non audierit. Sed prius aure cordis appiat vocem creatoris et postmodum os sui corporis aperiat auribus. Unde propheta alius dicit: Inclinabo ad similitudinem aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Qui enim recte predicat, prius ad Deum est aure cordis loquatur

Speculatori vita debet esse: Alta. Circumspecta.

inclinat. ut postmodum ex corporis
impositione admonitionis aptat
sequimur. Si dicente me ad impium
morte morieris non annuntiaveris neque
locutus fueris ut avertatur a via sua
impia et vivat ipse impius in
iniquitate sua morietur sanguinem
eius de manu tua requiram. In
quibus verbis quid nobis nondum est
ad sollicite cogitandum insinuatur quia
subiectus ex culpa propria moritur
dum diligenter a preposito non increpatur
admonetur. Hic propositus sine culpa
est qui verba ultionis non audierit ex
culpa moritur subiectus. Impio
enim mors debetur sed ei ab eo speculatore
cuius via vite mutanda est
et cuius impietas increpanda. Si
vero speculator tacuerit ipse impius
in iniquitate sua morietur. quia impietas
eius meruit ut dignus
non esset ad quem speculatoris mo...
...Sed sanguinem eius de
manu speculatoris requiram. Quia
hunc occidit qui eum tacendo
morti prodidit. In quibus verbis scilicet
pensandum est quantum sibi connexa
sunt peccata subditorum atque prepositorum.
quia ubi subiectus ex sua
culpa moritur ibi is qui preest
quia tacuit reus mortis tenetur.
Pensate ergo fratres karissimi. pensate quia
nos digni pastores non sumus.
...a ex nostra culpa est quantum ...
...sumus. et quanto nos ad iniquitatem
defluimus etiam ex nostro hoc vitio
quos obsistentes atque reclamantes
in pravis desideriis non haberemus.
...bis ergo et nobis parcite. Si apud
... cessatis. vobis et nobis primum
hoc quod displicet non tacemus.
...quam liber a commissorum sibi sanguine
fuerat predicator egregius
qui dicebat. Mundus sum a sanguine
omnium. Non enim subterfugi quominus
annuntiarem omne consilium dei vobis.
Si enim non annuntiasset mundus a sanguine
non esset. Sed quisquis omne
consilium dei annuntiare studuit ab
...sanguine mundus sunt ...
...nos quoniam nos ostendimus

nos rei esse ostendimus. qui sacerdotes
vocamur. qui super ea mala que propria
habemus. alienas quoque mortes ad
dimus. quia tot occidimus. quot ad
mortem ire quotidie tepidi et taciti
videmus. Cum vero de sanguine
autem eius de manu tua
requiram. Si hoc in loco sacri eloquii
nomine mors corporis designata vel
de nobis de nostro silentio augetur
metus. Quia si in subiectis suis
is qui prelatus est ad speculandum
etiam de morte corporis quoque mori
turi tam graviter reus tenetur
quo reatu de morte anime subiectorum
constringitur que potuisset semper vi
vere si verba correptionis audisset.
Sed melius puto sanguinis nomine
peccatum signari. Unde quidam cum peccata
carnis deflet dixit. Libera me de
sanguinibus deus deus salutis mee.
Sanguis ergo morientis de manu
speculatoris requiritur. quia peccatum
subditi culpe propositi si tacuit reputatur.
Est ergo ut faciat ut eis mo
riente subdito se liberum reddat.
Surgat invigilet malis actibus
contradicat sicut scriptum est. Discurre
festina. Suscita amicum tuum ne de
deris somnum oculis tuis nec dor
mitent palpebre tue. Unde hic
quoque addidit. Si autem tu annuntiaveris
impio et ille non fuerit conversus ab
impietate sua et a via sua impia
ipse quidem in iniquitate sua morietur
tu autem animam tuam liberasti. Tunc
enim subiectis moritur sine te
qui in causa mortis contradictorem
pertulit te. Nam morti tunc contradicis
adiungeris. Et notandum que sunt que
dicantur a speculatore predicari. Nimirum
fides et operatio. Nam ait. Si autem
annuntiaveris tu impio et ille non fuerit
conversus ab impietate sua et a via
sua impia. Impietas ad infidelitatem
quippe pertinet. Via vero ipsa ad
pravam actionem. Et omnis speculator
hoc habere debet studii ut prius ad
pietatem fidei postmodum ad pravam
viam vel ad bonam actionem trahat.
quia de exhortatione sermo se in
tulit innotescere breviter debemus



Predicari debet populo fides
operatio

in ore pastoris quantus esse debeat ordo
atque consideratio locutionis Pensare
etenim doctor debet quid loquatur cui
loquatur quando loquatur qualiter loquatur
et quantum loquatur Si enim unum horum
defuerit locutio apta non erit Rec-
tum quippe est si recte offeras sed
recte non dividas peccasti Recte
autem offerimus cum bono studio
bonum opus agimus Sed recte non
dividimus si habere discretionem in bono
opere postponamus Considerare etenim
debemus quid loquamur et iuxta

Quid

Colos. x.

pauli vocem sermo noster semper in
gratia sale sit conditus Pensandum
vero nobis est cui loquamur quia sepe

Cui

increpationis verbum quod ad hoc admit-
tit persona altera non admittit et
sepe ipsa eadem persona sed in statu
sit altera Unde Nathan propheta
david post adulterium fornicationem
in tractatione sua percussisset cum tamen de
raptore eius diceret filius mortis
est vir qui fecit hoc et postmodum
videtur dicens Tu es ille vir Cui
tamen cum de Salomonis regno loqueretur
quia culpa defuit et se in oratione
prostravit In una ergo eademque persona
quia causa dispar extitit etiam sermo
prophetie dissimilis fuit Pensandum

quando

quoque est quando loqui debeamus quia
sepe et si differtur increpatio pri-
mo bene recipitur et non inmerito langu-
escit si licet quod ante proferri
debuit tempus amisit Nam et sa-
piens mulier Nabal ebrium videns
increpare de culpa tenacie noluit
quem digesto vino increpationis
sue verbis utiliter percussit et prophe-
ta adulantium linguas non esse in
subsequenti tempore differendas annun-
ciat qui ait Confundantur statim
erubescentes qui dicunt michi euge
euge Adulatio enim si vel ad tempus
patienter suscipitur augetur et pau-
lisper demulcet animum ut a rigore
sue rectitudinis mollescat in di-
lectione sermonis Sed nec crescere
debeat statim et sine mora scieda

Pensandum quoque nobis est qualiter
loquamur Nam sepe verba contra hunc
ad salutem revocant aliud vole-
vant Unde Paulus quoque aliud
cui timidum admonet dicens Argue
cum omni imperio Thimotheum ex-
hortatur dicens Argue obsecra
increpa in omni patientia et doctrina
Quid est quod vim imperii et aliud
etiam precepit nisi quod unum lenita-
tis alterum vero severitatis spiritum in-
spexit leniter per auctoritatem in-
iungenda erat severitas ubi Ti-
motheus qui per spiritum fervebat per pietatem
temperandus fuerat ne si plus justo
inferbesceret non ad salutem vulnera
reduceret sed sana vulneraret Pensandum
quoque quantum loquamur ne si et quod
multa ferre non valet obruimus
ex hortationis vel increpationis
quantitate trahimus auctorem in
fastidium producamus Unde ipse
predicator egregius hebreis quod
dicens Obsecro vos fratres ut suffe-
ratis verbum solacii etenim perpaucis
scripsi vobis hoc tamen nisi fuerit
pie gestum ut pauca quidem etiam
capere prevalent audiant sed
eorum mentes in pure dolore quo-
gant Nam si cibus unio in tempore
exhortationis sermo fuerit multum
dicitur quia multa retinere non
simul admittit animus Unde et in
corpore plurimos quos infirmi
stomachis posuimus apto quidem in
tamen sed subaliter lumine nec
pleni multo medicamine fuerint
firmitatem stomachi non robora-
tes adiunat Sed opprimentes ra-
nent Sciendum tamen quia etiam ipso
sermo prolixior tenescat peri-
culum hiis auditoribus non est
aut qualiter dicat quid et quibus
dicat non vigilanter aspiciat valde
periculosum est Verum etiam
tres si quas fortasse culpas admittunt
leviter arguendae sunt Quia si acrius
increpentur frangunt potius quam emendantur

eorum mentes aspere atque imprudenter si increpat leviusque fuerint ad meliora cultus ipsa levitate provocat. Quod bene eorum egregio predicatore didicimus. Qui cum Corinthios cognosceret pro amore personarum in scismate divisos contra invicem contendentes locutionem suarum a gratiarum actione et laudibus cepit dicens Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis in Christo Ihesu. Quia in omnibus divites facti estis in illo in omni verbo et in omni scientia sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. Cui adhuc adiungit et dicit Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia expectantibus revelationem domini nostri Ihesu Christi. Quaeso te Paule si iam nihil deest Cur eis scribendo fatigaris. Cur in longinquo positus loqueris. Pensemus rogo fratres karissimi quantum eos laudat. Ecce eis gratiam dei asseverans datam. fratres in omnibus divites dicit in omni verbo et in omni scientia Christi testimonium id est quod de semetipso moriendo et resurgendo testatus est eorum vita confirmando esse prophetat et nihil eis deesse in ulla gratia testatur. Cuius rogo credat ista paulo post eos corripiat quos laudat. Nam post cetera subiungit Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri Ihesu Christi ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. Quid enim potuit tam perfectis tamque laudabilibus scisma subsistere aperire. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab hiis qui sunt Cloes quia contentiones inter vos sunt. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit Ego quidem sum Pauli ego autem Apollo ego vero Cephe ego autem Christi. Ecce quos in omni verbo in omni scientia laudaverat quibus nihil deesse in ulla gratia dixerat paulisper quietes ad increpandum leviter venientes divisos erga seipsos reprehendit. Et eorum prius salutem postmodum vulnera patefecit. Peritus etenim medicus vulnus secandum videns. Sed egrum esse conspiciens diu palpavit et subito percussit. Prius blandam manum laudis posuit et post modum ferrum increpacionis fixit. Nisi enim vehementer metus fuerint palpando reprehensione ita ut ex aliis rebus audiant quod in consolacionem simul per increpacionem pertiment ad destructionem cadunt. Sed insuper metitus est paulus ut prius eis nil deesse in omni gratia diceret. quibus postmodum dicturus erat unitate decedunt. Absit hoc quis de illo talia vel desipiens credat. Sed quia erant inter Chorinthios quidam gratia repleti et erant quidam in personarum favoribus extasi cepit a laudibus perfectorum ut modesta invectione ad reprehensionem pertingeret infirmorum. Et in hoc quoque ad medicinam cordis a medicina corporis usum trahens. Nam cum feriendum vulnus medicus aspicit. prius ea membra que circa vulnus palpat sana sunt. ut post ad ea que vulnerata sunt leviter palpando perveniat. Cum ergo paulus perfectos in Corinthiis laudant sana membra iuxta vulnus tetigit. Cum vero infirmos de divisione reprehendit vulnus in corpore percussit. Videamus tamen hunc ipsum qui tanta molestia atque mansuetudine ad corripiendos Corinthios durus qualiter eorum Galathas qui a fide discessant exigitur. Nulla enim modestie parva premissa. nulla locucionis dulcedine prerogata eos quos a fide discessisse cognovit a ipso epistole exordio invehendo redarguit. Nam premissa salutacione sic cepit
Miror quod sic tam cito transferimini gal. 1
ab eo qui vos vocavit in Christi gratia. Quibus etiam inapta increpacione post cetera subiungit O insensati Galathe quis vos fascinavit. Gal 3
Omnes etenim dure nisi aperta essent increpatione percusse nullo malo cognoscerent quod egissent. Nam sepe hii qui imprudentes sunt tanto se peccasse

senciant / quatinus de peccatis que fecerint
increpantur, ut in morte culpas suas
estiment quas timor in iniectio ca-
stigat. Et quas vehementer obiur-
gari viderint maiores esse depre-
hendant. Unde necesse est ut sermo
se predicantis cum auditorum sese
qualitate formet, ne aut peccan-
tibus aspera aut pudentibus leviora
loquatur. Quid autem mirum si hoc
verbum dei erogator faciat, cum et
agricola qui semen in terram mittit
prius terre qualitatem providet quibus
seminibus aperta videatur, et postquam
qualitatem previderit terre tunc semina
spargit. Sed quia de qualitate de-
terre locutionis longius traximus
oportet ut ad eum quem cepimus ex-
ponendi ordinem redeamus. Hoc est si
conversus iustus a iustitia sua fecerit
iniquitatem ponam offendiculum coram
eo ipse morietur quia non admonuisti
eum et in peccato suo morietur et non erunt
in memoria iustitie eius quas fecit.
Sanguinem vero eius de manu tua re-
quiram. Quia iusto qui in peccato ceci-
dit predicator tacuit eius sanguinis
reus tenetur. Et qui sollicitus esse non
studuit in predicatione factus est par-
ticeps in dampnatione. Sed cum dicitur
in peccato suo morietur et non erunt
in memoria iustitie eius quas fecit
hic pro nobis maxime considerandum est
quia cum mala committimus sine causa
ad memoriam bona nostra transacta re-
vocamus, quia in perpetratione malorum
nulla debet esse fiducia bonorum pre-
teritorum. Sed querendum est utrum iusto
postquam ceciderit predicandum sit an
etiam priusquam cadat. Invigilare debet
predicator ne ad casum veniat
[illegible] et priusquam cadat. Nam
sequitur: Si autem tu annuntiaveris iusto ut
non peccet iustus et ille non pec-
caverit vivens vivet quia admonuisti
eum. Et tu animam tuam liberasti.
Sic ergo predicator ideo animam suam
liberavit quia iusto ne peccaret
denuntiavit. Cum iustus ad peccatum
predicatore tacente ceciderit predicator
hinc tacuit reus tenetur. Sed quid
nimirum vero ad hoc sufficiat ut non

solum peccatores studiose corripiat
etiam iustis invigilet ne cadat.
Nos enim infirmitatis nostre conscii
iustos viros conspicimus amonere:
eos non presumimus ut iustitiae man-
teneant. Quod quidem iam tenent. Verum
etiam predicatoris est debitum
etiam iustos amonere. Unde pre-
dicator egregius dicebat: Sapientibus
et insipientibus debitor sum. His
vero omnibus que de iniq-
uitate commisso dicta sunt hoc
laboriosum ad loquendum. Hoc vero
pertimescendum quod dicitur: Dum
ponam offendiculum coram eo ip-
se. Si conversus iustus a iustitia
sua fecerit iniquitatem ponam offendiculum
coram eo. Nos enim dicimus quia
si iniquitatem fecit offenditur quia
verum est omnino quod dicimus. Cur
adhuc eis deus omnipotens offendiculum
ponit, quem iam impie egisse et
cecidisse per suam iniquitatem quam
perpetravit conspicit. Sed districti
omnipotentis dei iudicia. Et quia peccantem
diu expectat ut videat non redeun-
tem atque contempnentem, ponit adhuc
gravius quo impingat. Peccatum quippe quod
per penitentiam citius non deletur, aut
peccatum est et causa peccati, aut peccatum
et pena peccati, aut peccatum simul et causa
et pena peccati. Omne enim quod
committitur peccatum est. Sed si cum
penitendo non tergitur iusto iudicio
omnipotens deus obliviscatam peccanti
mentem etiam in culpam aliam
permittit cadere ut qui flendo et
corrigendo noluit mundari quod
peccatum incipiat peccato cumulare. Prius
ergo quod penitentie lamento non
luitur, peccatum simul est et causa
quia ex illo oritur unde adhuc
peccatoris animus altius obligetur. Peccatum
vero quod ex peccato sequitur peccatum simul
et pena peccati. Quia excrescente
ex retributione peccatoris culpe quod
ut quasi iam quedam sunt de pec-
cati supplicia ipsa incrementa vitio-
rum. Fit vero non numquam ut unum idem

Peccatum est: peccatum et causa peccati
peccatum et pena peccati
peccatum simul et causa et pena peccati

h.

peccatum etiam peccatum sit et pena peccati simul
et causa peccati. Ponamus enim ante
oculos quempiam rem proximi
concupisse quam quia aperte non
valuit furto diripuit. Sed hic in
furti accusatione positus se hanc
diripuisse iureiurando denegavit.
Hinc ergo concupiscencia peccatum fuit etiam
causa peccati quia per eam provenit
ad rapinam. Furtum vero quod
per concupiscenciam diripuit etiam peccatum
factum est etiam pena peccati quia
concupiscencie retribucione iam non represse
concupiscencie factum est ut veniret ad
furtum. Etiam culpa cordis excrescente
in opere exultacione cecitatis. Sed quia
furtum periurio tegere curavit ex
peccato rursum peccatum genuit. Furtum
ergo quod ex concupiscencia processit aucto
periurio peperit peccatum et pena peccati factum
est culpe precedentis peccatum et causa
peccati culpe subsequentis. Quia de illa
radicem hanc genuit. Quod bene
Paulus apostolus de quibusdam intellige-
ntibus sed non honorantibus insinuat
dicens. Quia cum cognovissent
Deum non sicut Deum glorificaverunt
aut gracias egerunt sed evanuerunt in co-
gitacionibus suis. Ecce eorum peccatum et
causa peccati. Ex qua quid secutum adiun-
git. Et obscuratum est insipiens cor
eorum. Dicentes enim se esse sapientes
stulti facti sunt. Et mutaverunt gloriam
incorruptibilis Dei in similitudinem
imaginis corruptibilis hominis et vo-
lucrum et quadrupedum et serpentium
hoc est peccatum et pena peccati. Sed
tantum solummodo et pena peccati esse sine
hinc ex hoc peccato et aliud sequitur
iam post infidelitatem eorum subditur
propter quod tradidit illos Deus in
desideria cordis eorum in immundici-
as ut contumeliis afficiant corpora
sua in semetipsis. Qui enim usi cogno-
verunt Deum non sicut Deum glori-
ficaverunt ex eo peccato et causa peccati ad
hoc quoque perducti sunt ut ad simu-
lacrum serpentium et volucrum labentur
quia per hanc iam cecitatem

usque ad immundiciam et carnis contumelias
ceciderunt. Ipsa infidelitatis eorum ceci-
tas precedentis intellectus et peccatum est
et pena peccati. Subsequenti vero im-
mundicie peccatum factum est et causa peccati.
Sed quia de hiis in libris morali- ·27 mor·
bus diu tractatum est nobis nunc in
eis diucius immorandum non est. Sed hoc
autem vobis cum tremore considerandum
est quomodo omnipotens Deus cum peccan-
tibus peccatis irascitur permittit ut
cecata mens etiam in aliis labatur.
Unde Moyses ait Nondum completa
sunt peccata Amorreorum. David quoque
dicit Pone iniquitatem super iniquitatem
ipsorum ut non intrent in tua iusticia.
Propheta etiam alius dicit Maledictum
et mendacium et homicidium et furtum
et adulterium inundaverunt et sanguis
sanguinem tetigit. Sanguis enim
sanguinem tangit cum peccato peccatum
additur. Sic ante Dei oculos adiectis
iniquitatibus cuncta mente. Paulus
apostolus ait Ut repleant peccata sua semper.
Iohanni quoque per angelum dicitur Qui
nocet noceat adhuc et qui in sor-
dibus est sordescat adhuc. Unde
nunc etiam David ait Si conversus
iustus a iusticia sua fecerit iniquitatem
ponam offendiculum coram eo. Quod
aperte dicat Quia videns penitendo no-
luit ubi iam respexit iusto cum iudicio
deserens ponam ei et alibi impingat.
Quod tamen dum ponere est neque agere
ad peccandum premere sed nolle a peccato li-
berare. Sicut de Pharaone dicitur Ego
indurabo cor eius. Non enim cor per
tantus Dominus obdurat sed obdurare
dicitur cum ab obduracione non liberat.
Misericors enim Deus tempore nobis ad penitenciam
relaxat. Sed cum eius gracie patienciam
nos ad augmentum vertimus culpe
ipsum tempus quod ad penitendum prius
disposuit districtius ad feriendum
vertit. Ut cum venia ipsius et iam spa-
cio temporis accepto noluit per hoc
mala sua ad reatum augeat per
quod ea diluere potuit si converti
voluisset. Unde scriptum est Ignorans ·32·
quoniam benignitas Dei ad penitenciam te

adducat. Secundum duritiam autem tuam
et cor impenitens thezaurizas tibi iram
in die ire et revelacionis iusti iudicii
dei. De benignitate ergo omnipotentis dei
iram sibi in die ire reprobus theza
urizat. quia dum ad penitendum
tempus accipitur et ad peccandum
exhibetur ipsum remedium quod vertit
in augmentum culpe. Unde et eo pe
derit. quia collata remedia convertit
ad culpe augmentum trahi ipsum ad
benignitatem quam contulit in iudici
o districcionem vertit. vt inde post
amplius feriat unde modo amplius
expectat. et quia homo deserere ma
lum non vult vt vivat aut etiam
vnde moriatur. sed sive iniustus in culpa
sive peccator in mortem corruat specu
latori timendum est. Ve hinc ex suo
silencio reatus peccatorum pariter involv
it. Sed mirum dum loquar ad te
a memetipso oculos volo. Ecce itaque
sermo divinus me compungit. de memetipso
vt meam negligenciam videam. et in
hec que audio retineo. Sicut enim
supius dixi. nunc cor in curis dimissum
sparsum est. quod se ad se colligat.
qui etenim possum et ea que intra me
sunt sollicite animadvertere et memet
ipsum adunato sensu conspicere. An
etenim possum pravorum nequicias
insequendo corrigere bonorum actus
laudando et ammonendo custodire.
aliis terrorem atque aliis dulcedinem
demonstrare. qui valeo. et de hiis
sunt necessaria fratribus cogitare. et contra
hostiles gladios de urbis vigiliis sol
licitudinem gerere. ne in cursione sub
ita cives pereant providere et inter
hec omnia pastorum custodia plene
atque efficaciter urbium exhortacionis
impendere. loqui etenim de deo certe
valde et libere mentis est. Tunc
namque bene lingwa dirigitur in
sermone. cum secure sensus quiescit
in tranquillitate. quia nec commota
aqua ymaginem respicientis reddit
sed tunc in ea vultus intendentis
aspicitur. cum non movetur. Quam ergo

exhortacionis vobis speculator vester
fiet. quem faciat quem totum
confusio perturbat. Certe sicut de
loquimur per prophetam de revelacione ultima
templi. videamus quid in eodem templo
conspexit. inter cetera narrat dicens.
Terra usque ad fenestras. et fe
nestre clause. Paulus quoque apostolus.
Templum enim dei sanctum est quod estis
vos. In hoc autem templo fenestre sa
cerdotes et speculatores sunt qui
ipso fidelium lumine sancte predicacionis
fundunt. Sed cum terra usque ad fene
stras et fenestre clause sunt. quia
cum terrena cogitacio in sacerdotum
cordibus excrescit fenestre lumen
non fundunt. quia sacerdotes ab of
ficio predicacionis obmutescunt. Et
et aliud valde in ordine sacerdotii
grave. quia non sicut hi qui vitam
quietam ac remotam ducunt habere
valent in sua cogitacione primatum.
Hii enim sicut supius diximus sepe lo
rogiminis longe sunt. pro peccatis
suorum maculas et fletibus lavant.
et post fletus in eorum mentibus mere
possessit. Sicut de Anna quoque in
scriptum est. que ad templum abnacendum
veniret. vultus interna ratione atque per
oppressiones gravidos non mutabat.
Cum de vultus eius non sunt
amplius in diversa mutati. Sicut
nobis considerandum est. quia si
planxit mulier que querebat filium
quomodo debent plangere anima que
Deum. Sacerdos vero et cum per
compunccionem ad lacrimas cogitur una
quoque filiorum suorum cognoscere
ea que refugit amo pacienciam
atque post suspiria celestia quorundam
carnalium hominum onera portare.
sepe autem supervenientibus terrenis
sua qualitate tristissime. Nam
aliqui delictis spiritalibus gaudet.
Sed cum quilibet merens supervenit
nisi eius merorem in se suscipit
tribulacionem illius conpaciendo
non est. Et aliquid de damnum

animum luget et repente supervenit
ut cum de quibusdam suis pro-
speritatibus letantur quorum si letitie
sacerdos non congaudebat minus ca-
ritatis creditur filios in quorum gaudio
non exultat pro capite cum Paulus dicat
Gaudere cum gaudentibus flere cum
flentibus. Nichil ergo tamen inconsultum
in ordine sacerdotium video quod vigo
in mentis compatiendo flentibus
flere et cum prosperitate supervenienti-
bus animum mutare. et tamen hoc
valde est necessarium. Nam qui ex predi-
catione eius ad bonum opus gratiam
pietatis reducatur si ipse qui predicat
in dictum ingiatur. Unde per hunc quoque
modo prophetam in extrema parte dicitur
et sacerdotes ministerium in sanctis ministrant
vestibus laneis non utantur. De quibus
subditur. Cumque egredientur atrium
exterius ad populum exuent se vestimentis
suis in quibus ministraverant et repo-
nent ea in gazophilacio sanctuarii.
Grossiora quippe vestimenta sunt
lanea. Sed cum sacerdos ad sanctum
interius accedit cum intra se co-
gitatorum ingreditur subtiliori intellec-
tu est quasi lineo indumento
vestiatur. Sed cum ad populum foras
egreditur oportet ut vestimenta in quibus
interius ministraverat reponat atque
sub aliis vestibus indutus appa-
reat quasi in compunctionis sue rigore
teneat si in eo quod orationis tempore
subiit in errore perduret exteriorum
verum verba suscipere non admittit
quod grex de necessariis faciat si au-
dire atque pendere hoc quod prius
tempus exigit pastor recusat. Gros-
siora ergo vestimenta sacerdos exteri-
us ad populum induat ut humanum mentis
de probabilitate filiorum et iam
terrena tolleranda compatiatur.
Pensate ergo fratres karissimi quantus spe-
culatori labor sit. et ad sublimia
extendere et hoc repente ad ima
... et in sublimitate cogitationis

minime extenuare animum et propter exteri-
ores causas proximorum ut ita dicam
subito in cogitatione gressum sed. Non
ergo mihi modo narrare est prophete verba
exponere. sed meam coram vobis
miseriam deflere. Unde peto ut
vestra me oratio talem faciat qualis et
valeam mihi et vobis prodesse. potens
est indigno mihi et infirmo ex
vestra intercessione ista tribuere qui ex sua
pietate pro nobis dignatus est infir-
mari. Virtus enim Dei est quod sapientia
consumpsit infirmitatem nostram. ut ex
sua nos firmitate roboraret Ihesus
Christus dominus noster qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti
Deus per omnia secula seculorum Amen

Signata veritate historie divina 12
eloquia aliquando ex tempore
aliquando ex loco causas desi-
gnant quas aperto sermone non in-
dicant. Ex tempore etenim sicut predica-
te in templo Domino per evangelistam dicitur.
Hyemps erat. In illa enim ministeria
que veritas loquebatur quid cause
fuit ut nomen hyemis adderetur
nisi ut per qualitatem temporis ostenderet
frigus cordis. quia etenim verba
veritatis accipere frigida multorum
corda remanebant. Aliquando vero ex
loco sicut cum israelitico populo descen-
dente de monte Moyse lex in
campestribus data est. et sanctis apostolis
dominus in monte sedens. summa et
spiritualia precepta locutus est. ut ex
locis vero monstraret. quia et illis
tanquam carnalibus mandata minima
dabantur in valle terrarum. et isti
tanquam spirituales et sancti in monte
mandata celestia audirent. quibus
aperte monstraret quod ascendentes
corde ad celestia infima mundi reli-
querent et in mentis culmine starent.
Unde nunc Ezechiel propheta quid
iubente Deo in locis egerit descri-
bit. ut per locorum qualitatem
indicans quid in posterum de prophetie

b.

misteriis sequitur. Ecce enim et facta
est super me manus domini et dixit
ad me: surgens egredere in campum
et ibi loquar tecum. Tamdiu enim hec
quod prius dominus in medio israhelitarum
locutus ad prophetam suum fuerat, et tamen
post modicum dicat egredere in campum
et ibi loquar tecum, nisi quod prophetie
sue gratiam ut prius iudeis infunderet
et hanc postmodum dignatus est in
altitudine gentium demonstrare. Quia
enim mundo per campum gentilitas
demonstratur designatur, que longe la-
teque adest in universo mundo constan-
ditur. Ubi et subditur: Et surgens
egressus sum in campum, et ecce
gloria domini stabat, quasi gloria quam
vidi iuxta flumen Chobar. In campo
gloriam domini propheta vidit quam iuxta
Chobar in medio israhelitarum viderat,
quia ipsa eius maiestas gentibus
apparuit que prius se electis in iu-
dea, eo prophetis revelante, spiritu declaravit.
Et sequitur: Et cecidi in faciem meam.
Visa domini gloria in faciem suam
propheta cadit, quia quanto plus homo ad
intelligenda sublimia levatur ex con-
templatione, tanto maiestatis dei inf-
irmitatem sue conditionis intelligit,
et quia si statim non habet qui se ante
dei oculos esse cinerem et pulverem
videt. Sequitur: Et ingressus est in me
spiritus et statuit me supra pedes meos.
Cum nos humiliter deo sentimus
cinerem esse nos cinerem pulverem que
cognoscimus cum infirmitatem conditio-
nis proprie pensantes statum rigidita-
tis et superbie non habemus, ipse
deus per suum nos spiritum levat et
super pedes nostros statuit, ut qui
humiliter apud nos ex infirmitatis
nostre cognitione iacuimus, et iacere
in bono post opus quasi super pedes
ex rectitudine stemus. Sed cur in
campo de propheta agitur nisi ut
spiritaliter designetur, quia iam ele-
ctis gentium spiritus sanctus dandus
esset, qui eos quos assumeret et
prius a superbie sue statu deiceret

et postmodum super pedes suos, id est super
bona opera solidaret. Sicut per
Paulum dicitur: remissas manus et dis-
soluta genua erigite et gressus
rectos facite pedibus vestris. Sequitur:
Et locutus est michi et dixit ad me:
Ingredere et includere in medio domus
tue. Quid est quod de medio israhe-
litarum propheta ad campum educitur, ac
ad domum postea de campo revertitur,
nisi quod predicationis gratia populis iu-
deorum ablata in altitudine gentilitatis
sparsa est, sed tamen in fine mu-
ndi ad fidem redeunt quia ad do-
mum propheta reducitur, ut in sue pro-
rursus predicatione inhibitur, que vo-
luit in campo ita divisis gentibus
fulget. Scriptum est quippe: Donec
plenitudo gentium introiret et sic
omnis israhel salvus fieret. Quia et
per prophetam alium dicitur: si fuerit nu-
merus filiorum israhel quasi arena maris,
reliquie salve fient. Educatur igitur propheta
de medio populi ad campum, de campo
redeat ad domum, ut predicatio eius
iudee facta est, ingrediatur ad gentem,
et repletis in fide gentibus reca-
at iudea spiritalis doctrine dona
acceperit. Includi autem propheta in me-
dio domus sue precipitur, quia anti-
Antix tempus
tempore ab eis gentibus que in
fidelitate remanserint, plebs uni-
versa iudeorum durius persequenda
erit angustatia. Unde scriptum
Atrium autem quod est extra tem-
plum eice foras et ne metieris illud, quoniam
datum est gentibus, et civitatem
sanctam calcabunt mensibus quadra-
ginta duobus. Et tu fili hominis,
ecce data sunt super te vincula
et ligabunt te in eis et non egre-
dieris in medio eorum, et linguam
tuam adherere faciam palato tuo
et eris mutus, nec quasi vir
iurgans, quia domus exasperans
est. Que videlicet verba si per typicam
expositionis ordinem sequimur, propheta
in domo sua vincula suscipit
et ligatur, quia in extremis

Antichristi tempore Iudea gravia multa mala patietur

Iudea credidit gravissimas antichristi
tempore persecutiones sentit. Ita ut
predicationis eius verba ministri
militantis non recipiant, sed resi
stendo hos vinculis doloris pre
mant. Et in medio eorum non
egredieris, quia ad corda pravorum pre
dicationis non perveniunt. Dum lingua
bonorum ligata tribulationibus tacet. Erit
enim tunc multi ex iudeis infide
libus qui cum eodem ipso qui ex iudeis
crediderunt persequentur. Unde non
est quod hic quoque dicitur quia in domo
sua vincula propheta sustineat ut vere
designetur quod ex ipso suo genere iudea
fidelis tribulaciones persecutionis por
tet. Dum enim unigenitum filium per
incarnatum ac mortuum resurrex
isse atque ad celos non credit ascen
disse sicut per sacre scripture pagi
nas predicatur. Nimirum apud eos
theca ligata est. Que si ita ut
dictum est in eorum intellectu decurre
ret, quasi gressus liberos sue predi
cationis haberemus. Reprobis ergo predi
catorum sermo tacere compellitur. Unde
hic subditur: Et linguam tuam ad
herere faciam palato tuo et eris mutus
nec quasi vir obiurgans, quia domus
exasperans est. Sed quia Enoch
et Helia predicantibus multi ex
his qui tunc ex iudeis in infide
litate permanserint ad cognitionem
veritatis redeunt. Sicut de eodem He
lia dicitur: Helias veniet et ipse res
tituet omnia, qui videlicet per Zacha
riam duo olive et per Iohannem
duo candelabra nominantur. Recte
hic quoque subiungit: Cum autem
locutus fuero tibi aperiam os tuum et
dices ad eos: Hec dicit dominus deus.
Tunc enim veluti in extremo os
prophete aperitur. Cum in predicatione
Enoch et Helie a iudeis ad fidem
redeuntibus prophetia sacri eloquii de
Christo esse cognoscitur. Sed quia hec
typice diximus. Nunc verba eadem
caritati vestre moraliter disseramus.
Dicendum est enim quod exire propheta ad
campum videtur, nisi quod vir sanctus
qui predicat propter eos quos se ex
positos corrigit atque ab imaginibus te
temporalium loquendo ad campum exit,
ubi quasi domum gloriam videt, quia tanto
largius divine gratiam percipit, quanto
se in laborem predicationis ex amore
proximorum tendit. Foris ergo exeundo
in altam visionem ducitur, quia unde
in alienis cordibus ignorantie ceci
tatem ministerio sue locutionis illuminat,
inde eum superna gratia in altiori
intelligentia exaltat. Sed quia se
predicator debet ad mentem reverti,
humilitatem atque munditiam intrinse
cus custodire, post campum necesse
est ut ad domum redeat, quatenus his
que dicit qualis et etiam ipse
sit intra conscientiam agnoscat. Si enim
aut hoc quod loquitur minime cu
stodit aut de his que loquitur tempo
ralem gloriam requirit, loquendo quidem
ad campum exit, sed non cogitando
semetipsum ad domum redire contempsit.
Accepto enim spiritu in medio domus in
cludimur, quia per eius gratiam ad
discutienda mentis nostre secreta re
vocamur, ut apud semetipsum in deo
animus quiescat et non iam per ex
teriores amicicias in appetitu laudis
et glorie cogitationis mobilitate dis
currat. De hac domo cordis cuidam
sanato per semetipsam veritas dicit: Tol
le grabatum tuum et vade in domum
tuam. Per grabatum quippe in quo
carnis est requies ipsa caro signatur,
per domum vero conscientia figuratur. Et
quia cum mente egroti in viciis
iacemus, in carnis delectatione quie
scimus, infirmi portamur in lecto. Cum
vero sanati fuerimus in mente ut iam
pulsantibus carnis motibus resistamus,
necesse est ut temptationum querelas
de nostra carne toleremus. Egro
itaque ad salutem reducto precipitur:
Tolle grabatum tuum, id est porta lectum
in quo portatus es, quia necesse
est ut sanatus quisque portet con
tumeliam carnis in qua prius iacebat

Enoch
Helias duo olive duo candelabra
nominantur

egrotus. Quid est ergo dicere Tolle
grabatum tuum et vade in domum
tuam. Nisi post temptaciones carnis
in quibus hactenus iacuisti ac
redire ad consciam tuam et vi
deas que feceris. Propheta igitur post
tempus in domum includi precipitur
ut predicator semper post exitum debet
ne quas exterius industrat ad conscientiam
redeat. seque ipsum subtili examinacione
discuciat. ne de hiis que foris
predicat aliud ipse apud se intus
sentiat. transitorie laudis queratur.
Unde ad Salomonem dicitur Bibe aquam
de cisterna tua et fluenta putei
tui. Deriventur fontes tui foras et
in plateis aquas divide. habeto
eas solus nec sint alieni participes
tui. Valde autem gratia videtur esse
que dicit. Deriventur fontes tui foras
et in plateis aquas divide. Cum
protinus adiungitur. habeto eas solus. nec
sint alieni participes tui. Quid enim
aquam scientie solus habere potest. si hanc
in plateis dividit. Quomodo enim alieni
aque eius participes non sunt. si fon
tes illius foras derivantur. Sed cum
predicamus plus minimum in plateis
aquas dividimus. quia mandatorum
multitudine scientie verba diluamus. Cum
vero nos adiuvante divina gratia
intrinsecus custodimus. et ne maligni
spiritus. qui vere a nobis alieni
sunt. quia sortem beatitudinis perdi
derunt. Nobis in elacione subripi
ant sollicitudine tanta circumspicimus
soli habemus aquas quas in pla
teis dividimus. ut nobis in eis ali
eni insurrexerunt in me et fortes
quesierunt animam meam. aquas
vero et in plateis dividit. et
solus habet. qui perfecte quod multis pre
dicat se in cogitacione temporalis
glorie non exaltat. Tunc enim possi
det homo quod docet. quando se non
gaudet innotescere. sed prodesse. Ex
campo ergo ad domum propheta redire

ut scilicet qui ex deo loquitur. postquam
pro utilitate proximorum loquendo foras
exierit. ex humilitate semper ad di
iudicanda cordis sui secreta revocetur.
Unde et subditur Et tu fili hominis
ecce data sunt super te vincula et
ligabunt te in eis Et non egredieris
in medio eorum. Cum enim predica
tor quisque ad conscientiam domus sue
redierit. super eo vincula dantur
et ligatur in eis. quia quanto plus
se in cogitacione discusserit. tanto
amplius agnoscit nisi anima quid
mortalitatis sue infirmitatibus sit
ligata. Nisi enim se ligatum aspiceret
Paulus minime dixisset Desiderium
habeo dissolvi et cum Christo esse. Hinc
et per psalmistam dicitur. ut audiret
gemitus vinculatorum. ut solvat
filios interemptorum. Et rursum Intret
in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Sepe autem cum iam anima divine
pectoris sui speciem contemplata iam
desiderat. cum celestibus gaudiis
interesse suspirat. ipsa mortalitatis
sue vincula conspicit et gemit quia
adhuc in presenti mundo ligata ve
nit. Hinc est enim quod subtile con
potentis dei iudicium intuens Iere
mias ait Circumedificavit adversum
me et non egrediar aggravavit
compedem meum. Habemus enim
compedes ipsam infirmitatem atque
corrupcionem mortalitatis nostre. Sed
cum tribulaciones nobis et gemitus
adduntur ipse nostre compedes aggra
vantur. Et quod quidem in hac
vita in suis moras patitur loquen
do bona prodesse aliis festinat.
Sed cum duas mentes conspici
casque considerat contencionibus
occupari predicacionis verbum re
Et in medio eorum non egredi
quia a bonis que loqui poterat
obmutescat. Sicut per Paulum dicitur
Nichil contencionem. Et rursum Si
quis vult contenciosus esse Nos
talem consuetudinem habemus nos



Unde hic quoque aperte subiungitur
Et linguam tuam adherere faciam
palato tuo et eris mutus nec quasi
vir obiurgans quia domus exas-
perans est. Alii vero etiam contra
existentium linguas predicantium
verba z celo sui domini accedit ne ta-
ceant. Sed dicta fallacium verbis
itans perimant. Unde hic subditur
Cum autem locutus fuero tibi ap-
periet os tuum et dices ad eos Hec
dicit dominus deus. Sed hec que bre-
viter sub duplici intellectu distin-
ximus placet ut iuxta consideracionem
te leviter tangendo tum secundum
tum enim nobis amplius per ipsa
verba hystorie quam virtus obediencie
insinuatur. Cum modo ad transmigra-
cionem iuxta fluvium Thobar pergere
modo in campum egredi, modo ex
campo ad domum redire propheta
capitur ut prius ex iussione pergeret
et paulo post exiens atque domum
in rediens et semetipsum ibidem
semper sue voluntatis arbitrium
ad divinum eloquium preceptum frangat
itemque in celesti visione suspensus
non suam sed conditoris sui vo-
luntatem impleat. Cum dicitur et tu
fili hominis ecce data sunt super te
vincula et ligabunt te in eis et
non egredieris in medio eorum. Cuius
in re notandum est quod adversa propheta
cognoscit ut quia vincula pateretur primus
in mala causa metuere prevalet quia
tempora non venerunt. Et tamen diu
contraria prenoscimus quanta sit in
eo obediencie virtus ostenditur quam et
cognoscit quod adversa passurus est
et tamen vocanti domino inobediens
non est. Magna autem consideracione
indigent verba que primus adduntur
et linguam tuam adherere
faciam palato tuo et eris mutus nec
quasi vir obiurgans quia domus
exasperans est. Discernendum nobis
tempore est utrumque propter malis audi-
toribus an aliquando etiam predicato-

predicantis predicatoribus sermo subtrahatur.
Quatuor enim qualitatibus res hec
considerata distinguitur. Nam aliud est 1
propter malos auditores bonis tol-
li sermonem doctoribus et malis
aliud quod propter docentium atque audientium 2
iniustitiam bonis doctoribus datur
ut et ipsum per ministerium prestant etiam au-
ditores eorum intellectum et vita pro-
ficiant. aliud vero quia neque hii di- 3
gni sunt accipere quibus doctrine sermo
profertur, neque ille doctrine verbum dignus
proferre qui locum docendi tenet, pre-
dicacionis sermo tollitur, ut utraque
pars districte iudicetur. Propter malos
itaque auditores bonis sermo docto-
ribus tollitur sicut nunc ad Ezechi-
elem dicitur: Linguam tuam adherere
faciam palato tuo et eris mutus
nec quasi vir obiurgans quia domus
exasperans est. Et sicut Paulo dicitur
festina et exi velociter ex urbe quia
non recipient testimonium tuum de me.
Et sicut volentibus apostolis predicare
in Asia scriptum est quia prohibuit
eos spiritus Ihesu. Propter bonos audito-
res etiam malis doctoribus sermo
datur sicut de phariseis dominus dicit
Omnia queque nobis dixerint servate
et facite; secundum opera vero eorum no-
lite facere. Dicunt enim et non faciunt.
Propter docentium quoque mentem et au-
dientium iustificacionem sermo doctrine
prebetur sicut sanctis apostolis prebetur
dicitur: Euntes docete omnes gentes. Propter
malos non auditores indigna vita
eorum qui docere debuerunt sermo
doctrine subtrahitur sicut Heli
ad corrigendos filios districte
increpacionis verbum non habuit. Propter
et eius negligentiam et filiorum
exigebat iusta ire eum eius et pro-
caderet et archa domini capta ad
allophilos transiret. Magna autem
cumpotentis est gracia cum iniquitatibus
audientibus durius doctoribus sermo in-
crepacionis profertur. Quo contra nunc
dicitur et eris mutus nec quasi vir
obiurgans. De linguandis enim

obiurgas, si digni ipsa obiurgatione
gratia fuissent. Sed cum in doctrina
atque silentio sit auditorum tanta di-
versitas, ut sciri facile non possit
utrum ex auditoris an ex eius vicio
qui doctrine locutum videtur tene-
re, et dicendi sermo subtrahatur, quid
aliud nobis quam summa semper in
rebus dubiis humilitas iubetur,
ut et qui loqui possumus non ex-
tollamur, ne fortasse ipsa locu-
tionis nostre gratia non nobis sed audi-
toribus nostris collata sit. Rursus
qui loqui non possumus, hii qui
nobis commissi sunt minime nos
diiudicent, ne fortasse nostro exigente
Sed expectando audiendo loqui minime
possumus. Adhuc ergo nobis cuncta
de meritis nostris incerta sunt, ut
unam certam gratiam teneamus humi-
litatis, quatenus et nos cum loquimur
ex omnipotentis dei dono hoc esse
nostrum meritum putemus, et qui a lo-
cutione doctrine obmutescimus
quod nostra forsitan nostra culpa sit, nos
tamen hanc esse nostram specialiter cre-
damus, ut dum vicissim mala tri-
buimus et bona aliis percipimus,
humilitatis gratiam fiat ut doctrine
sermo qui ablatus fuerat redeat.
Sequitur: Cum autem locutus fuero
tibi, aperiam os tuum et loqueris
ad eos: Hec dicit dominus deus: Qui
audit audiat, et qui quiescit quiescat,
quia domus exasperans est. Sepe
quidam verbum dei audire desiderant,
sed dum alios conspiciunt aurem
avertere, etiam ipsi a salutis auditu
declinant. Et plerumque multi quiescere
appetunt atque a curis mundi huius
actibus vacare, nullis iam desi-
deriis terrenis succumbere. Sed dum
videt alios inquiete agendo pro-
ficere atque in hoc mundo divitiis
et honoribus extolli, quia necdum
in via rectitudinis firmi sunt, cum
ad prava opera ex aliorum exemplo
dilabuntur. Hinc enim est quod in
typo infirmantium peccata loquens dicit:

Mei autem pene moti sunt pedes,
pene effusi sunt gressus mei, quia
zelatus sum in peccatoribus pacem
peccatorum videns. Hinc item dicit:
Dum superbit impius incenditur pau-
per. Hinc ad Ieremiam prophetam voce
divina dicitur et Israel dicitur: Nunquid
vidisti que fecerit aversatrix Israel?
Abiit semetipsam super omnem montem
excelsum et sub omni ligno fron-
doso et fornicata est ibi. Et dixi
cum fecisset hec omnia: Ad me con-
vertere, et non est conversa. Cui
statim subditur qualiter exemp-
latione eius etiam Iuda cadit,
qui stare videbatur. Ait enim: Et
vidit prevaricatrix soror eius Iuda
quia pro eo quod mechata esset
aversatrix Israel dimisissem eam et
dedissem ei libellum repudii, et
non timuit prevaricatrix Iuda soror
eius, sed abiit et fornicata est
et ipsa. Ecce uxorem deus con-
tempnit et notat aversantibus
se dicens: nunc aperit quia peccatum
in sacramentis que cognouimus apud
carnali angustia intra portam
tenemur. Sepe namque animus ita
quadam contemplatione suspenditur
iam se pro parere de eterna illa li
bertate quam oculus non vidit
nec auris audiuit. aliquid per
quandam ymaginem lectatur. Sed
ipse mortalitatis pondere oberat
ad yma relabitur. quibusdam pene
vinculis ligatus tenetur. Porte
tamen intendit. qui vere libertatis
gaudium conspicit. iam quod exire con
cupisit. Sed adhuc non valet. Sic
est quod hebrayicus populus de egyptia
seruitute liberatus. Cum loquente
deo columnam nubis cerneret mo
ysenque in thabernaculi sui foribus
stabat et adorabat. De quibus pau
lo superius dicitur. Cum egrederetur
moyses ad thabernaculum surgebat
vniuersa plebs. et stabat vnusquisque
in ostio papilionis sui. Ibi etenim
stamus vbi mentis oculos figimus.
Unde helias ait. Viuit dominus in
cuius conspectu sto. Ibi vtique sta
bat vbi cor fixerat. Quid est ergo
oculos populum columnam nubis aspi
cere et in thabernaculi sui foribus
stare atque adorare nisi quod humana
mens enim superiora illa atque celestia
etiamsi in enigmate conspicit. tamen
claustra habitationis corporee per sub
leuatam cogitationem exijt / atque illud
humiliter adorat cuius et si videre
substantiam non valet. iam tamen eius
potentiam per illustrationem spiritus rimatur.
At cum moyses thabernaculum in
greditur eius terga populus aspicit
et in papilionum suorum ostijs consi
stit / quia cum sanctus quisque pre
dicator alta de deo loquitur superne
habitationis iam vtique thabernaculum
ingreditur. Cuius predicationis in
strutum quisque et si veritatem plene pe
netrare non potest. tamen velut terga
aspicitur / quia postrema que preua
lent per intellectum sequitur. Sed in
ipsis quoque mentibus que capere suffi
ciunt iam de suis papilionibus quasi
exeunt atque in ostijs stant. quia
et habitacula carnis relinquunt et ad
illa eterna vite gaudia que audiunt
progredi conantur / hinc est etiam quod
helias cum vocem domini sibi lo
quentis audiret in spelunce sue
ostium stetisse describitur et faciem
velasse. quia cum per contemplationis
gratiam vox superne intelligentie fit
in mente. totus homo iam intra
speluncam non est / quia animum iam
carnis cura non possidet / Sed
stat in ostio. quia mortalitatis an
gustias exire meditatur. Sed iam
qui in ostio stat spelunce consistit
et verba dei in aure cordis percipit
necesse vt faciem velet / quia dum
per supernam gratiam ad altiora intel
ligenda ducimur. quanto sublimius le
uamur. tanto semper per humilitatem
nosmetipsos in intellectu nostro premere
debemus. Ne conemur plus sapere
quam oportet sapere. Sed sapere ad
sobrietatem. Ne dum minus inuisi
bilia distinguimus aberremus. Ne in
illa natura incorporea de corpore lumine
aliud queramus. Aure enim interiori
et faciem operire est vocem interioris
substantie audire premens. et tandem
omni spe corporea oculos cordis au
ferre ne quod sibi in illa spe corporali

animus fugiat. quin ubi tota et ubique
circumscripta sit est. Nos itaque fratres
karissimi qui iam per redemptoris nostri
mortem ac resurrectionem atque ad
celos ascensionem gaudia eterna
didicimus qui in testimonio divinitatis
eius apparuisse cives nostros
angelos illius civitatis Concupiscamus
videre et desideremus cives quos
cognovimus atque in hoc sancte ce-
leste edificio stantes oculos operis
teneamus. De reliquo Eximus tergo mentis
hinc corruptionem vite temporalis et
attendamus cordis faciem ad celestis
patrie libertatem. Sed ecce adhuc
multa sunt que nos de cura vite
corruptibilis premunt. Quia ergo prorsus
exire non possumus saltem in spe-
lunce nostre ostio stemus exituri
undique prosperitas per gratiam redem-
ptoris. Qui vivit et regnat cum
patre in unitate spiritus sancti deus
per omnia secula seculorum Amen

2 Ne quidam me tanta fortasse
cogitatione reprehendat quod
ezechiel prophete tam pressi-
da misteria a magnis expositori-
bus interpretata discutere presumo
qua mente id faciam agnoscant. Non
enim hoc temeritate aggredior sed hu-
militate. Scio enim quia plerumque mul-
ta in sacro eloquio que solus intel-
ligere non potui coram fratribus me-
is positus intellexi. Ex quo intellectum
et hoc quoque intelligere studui ut
scirem ex quorum merito michi
intellectus daretur. Patet enim quod
hoc michi pro illis datur quibus
michi presentibus datur. Ex qua re
largiente deo agitur ut sensus cre-
scat et elatio decrescat dum propter
vos disco quod inter vos doceo. Quia
verum fateor plerumque vobiscum
audio quod dico. Quidquid ergo in hoc
= intellexi propheta minus intelligo cecitatis est. Si
quid vero intelligere apte potuero
ex divino munere vestre veneracionis
1 Sepe autem per omnipotentis dei

gratiam in eius eloquio quedam in-
telligimus melius cum sermo dei se-
cretius legitur atque animus culpe
suarum conscius dum recogno-
scit quod audierit doloris
iaculo percutit et compunctionis gla-
dio transfigit ut nichil ei nisi
flere libeat et fluctibus fletuum
peccatorum maculas lavare. Inter
que etiam aliquando ad sublimiora
contemplanda rapitur et in eorum
desiderio suavi fletu cruciatur. Dum
sese hic ex anima ubi adhuc pro-
strata per infirmitatem iacet
illuc adhuc non esse ubi il-
invitata fortiter ingebat etiam men-
tis oculum ad mortalitatis tenebras
non reducat. Hinc itaque hinc
ardor nascitur in mente luctus
oritur ex ardore. Et quia mihi
in celestibus nec dum valet fer-
vore suo in lacrimis fessa re-
quiescit. Sed aliud est cum de pro-
fectu rei agitur, aliud cum de e-
dificatione multorum, ea itaque dicenda
sermone largiente domino presen-
tium que vitam audiencium re-
creentque componunt. Nunc ergo quia
nos ad studium bone operationis exci-
tavimus prophete verbis sicut cepimus
exequamur. Fili hominis vide oculis
tuis et auribus tuis audi. Ad in-
tuitionem spiritualium rerum deducitur
est propheta mentis oculis et au-
ribus et cum subditur audi au-
ribus adiungitur tuis. Sed sciendum
quia oculi atque aures corporis
assunt etiam carnalibus esse
in usu rerum corporalium que con-
videmus. Oculi vero atque aures
cordis solummodo spiritualium sunt
que invisibilia per intellectum vi-
dent et laudem dei sine sono
audiunt. Has omnipotens dominus au-
res querebat cum diceret Qui habet
aures audiendi audiat. Cum
nanque in illo populo esse non
poterat qui aures corporis non
haberet. Sed dum dicit Qui habet

aures audiendi audiat aperte mon
stratur quod illas aures quereret quas
omnes habere non poterant. Dicitur ergo
fili hominis vide oculis tuis et au
ribus tuis audi. In priori autem
locucionum nostrarum parte iam
diximus. cur propheta quociens ad viden
da spiritualia ducitur filius hominis
appellatur. sed nec hoc inutile ex
stat breviter replico. quia in hac
appellacione memoratur semper quod
est ex infirmitate ne extollatur de con
templacionis magnitudine. Et nonne
conversa sunt ut dicatur oculis tuis
vide et auribus tuis audi. et tamen
filius hominis vocetur. Sed per hec
verba quid ei aliud aperte dicitur
nisi spiritualia spiritualiter aspice. tendeas
oculis infirmitatis tue memorare
Hoc est enim quod plerumque qui plus
in contemplacione rapitur contingat
ut amplius in temptacione fatigetur
tur quibusdam sepe contingere bene
proficientibus solet. quorum mentem
dum aut compunccio afficit aut
contemplacio super semetipsam rapit
tum eciam temptacio sequitur. ne
his ad que rapta est extollatur
cum compunccione vel contempla
cione ad deum erigitur. sed temp
tacionis sue pondere reverberatur ad semet
...tus temptacio affuerit. ne
contemplacio inferret. et ideo conte
placio elevat ne temptacio deprimat
et cum sic contemplacio attollit ut
temptacio funditus deiectam in superbia
mens caderet. et si sic temptacio pre
meret. ut contemplacio non eleva
ret plene in culpam laberetur. sed
mira dispensacione in quodam medio
anima liberatur. ut nec in bonis se
...iat. neque in malis cadat. Unde
per beatum Iob de domino dicitur
Et aquas appendit mensura. Aquas
quippe deo mensura appendere est
inter prospera et adversa inter
summa et temptaciones infima
... ima animarum sensum in hu
militate custodiret. Sic Helias
ignem de celo deposuerat. aquas
celo ligaverat. Et tamen pavore commotus

mulieris territus per deserta fugiebat
apparet fugienti angelus cibum prebet
quia longissimum iter restat predicat
et tamen timorem de corde non exui
tur. quia in propheta mente magna erat
custodia fortitudinis illa infirmitas
timoris. Sequitur. Et pone cor tuum
in omnia que ego ostendam tibi. Quare
ut ostendantur tibi adductus es huc
Adnuncia omnia que vides domui
Israel. Pone cor tuum. ac si dicatur con
sidera quia ut ostendantur tibi addu
ctus es huc. Et adnuncia omnia que
vides. Ideo adductus es ut videas
et ideo vides ut adnuncies. quia quis
quis spiritualia videndo proficit. oportet
ut hec loquendo eciam aliis exprimat
Videt quippe ut adnunciet. qui in eo
quod in se proficit eciam predicando
de profectu proximi curam gerit. Unde
et alibi scriptum est. Qui audit di
cat. Veni. Cum enim iam vox verbi
dei efficitur in corde. necesse est ut
proximo per predicacionis officium erum
pat in vocem. Et ideo aliud vocet
quia iam ipse vocatus est. Unde sponsus
quoque in Canticis canticorum loquitur
dicens. Que habitas in ortis amici au
scultant fac me audire vocem tuam
In hortis enim sancta ecclesia In hortis
unaqueque anima habitat que iam viridi
tate spei est et bonorum operum caritate re
pleta. Sed ita quippe spes est huius seculi
quia omnia que hic amantur cum
festinacione marcescunt Et petrus
nos apostolus festinare admonet dicens
Filii hereditatem incorruptibilem inco
taminatam et inmarcescibilem. Er
go iam in ortis habitat. sed ut spon
sum suum vocem suam audire faciat
tantum bone predicacionis emittat
In qua ille delectatur quem desiderat
quia amici auscultant vocem electi
Cum ut ad celestem patriam reminiscat
verba vite audire desiderat. Sed iam
propheta ea nobis que vidit aperiat. Et
Et ecce murus forinsecus in circuitu
domus undique. plerumque in sacro
eloquio exprateccionis sive nomine
murus ipse dici incarnatus dominus solet

Contemplacio
erigit et temptacio

Sicut de sancta ecclesia per prophetam dicitur. Pone in ea murus et ante-murale. Ipse enim nobis murus est qui nos undique custodiendo circumdat. Et antemurale ante murum nostrum prophete omnes fuerunt qui prius quam dominus appareret in carne ad confirmandam fidem nostram premissi sunt. In sancta ergo ecclesia dominus murus nobis, et prophete eius antemurale sunt positi. Quia ad nos quos ipse protegere protegit etiam prophetarum verba in fidei confirmatione venerunt. Unde et bene prius murus et post antemurale ponitur. Quia vocati ex gentibus nisi prius dominum cognosceremus, prophetarum illius nimirum dicta suscepissemus. Et notandum quod iste murus spiritualis edificii esse foris positus dicitur. Murus qui ad munitionem quippe edificii construitur non intus sed extra poni solet. Quid ergo necessarium fuit ut diceretur foris positus, cum murus poni murus intus poni non soleat. Quia necesse est ut exterius positus ea que intus sunt defendat. Sed in hoc verbo quid aperte si divina incarnatio demonstratur. Murus enim nobis intus est deus. Murus vero foris est deus homo. Unde ei per quendam prophetam dicitur. Existi in salutem populi tui, ut salvos facias christos tuos. Iste etenim murus incarnatus verus dominus murus nobis non esset, si foris positus non fuisset. Quia intus nos non protegeret, si extra non appareret. Sed neque hec negligenter preterendum est, quod ipse murus positus dicitur in circuitu domus undique. Domus quippe non solum dei angeli de quibus psalmista ait. Domine dilexi decorem domus tue, et locum habitationis glorie tue. Sed etiam nos sumus quorum mentes inhabitare dignatur. Et murus iste undique in circuitu domus est. Quia unigenitus patris, qui sursum est firmitas angelorum, ipse deorsum factus est redemptor hominum. Illis fortitudo ne cadant, nobis adiutorium ut surgamus post casum. Si vero per domum dei hoc loco sola redemptorum hominum

multitudo signatur, undique nobis dominus et per circuitum murus est, qui et nos prospere custodivit omnia quae docuit audivit. Sicut scriptum est. Quae cepit ihesus facere et docere. Quia enim vocare nos ad celestem patriam venimus, despicere nos bona transitoria docuit et mala temporalia non timere. Unde et obprobria non despexit, iniurias pertulit, mortem non timuit, contumeliam non refugit. Regem enim eum voluissent capere et regem constituere, statim fugit. Quid nobis aliud his exemplis innuens nisi ut debemus honores mundi et adversa non metuere, et prospera vitare. Quia plerumque eius bona occupant animum, quem mala perturbant. Ante passionem vero suam contumelias audivit, nec tamen contumelias reddidit. Traditorem suum divinitus pertulit, quia ficte salutanti dare osculum non recusavit. Suscepit mortem ne mori timeremus. Surrexit resurrector ut nos resurgere posse crederemus. Post passionem quoque suam de hiis qui se crucifixerant ad fidei gratiam venit. Donum prompte caritate reddidit. Quia et nos exemplo suo de omnibus instruxit. Murus nobis per circuitum et undique factus est. Sequitur. Et in manu viri calamus mensure sex cubitorum et palmo. Superiori lectione iam diximus quia per calamum scriptura sacra significatur, qui calamus mensure esse dicitur quia in ipsa omnes vite nostre actiones metimur. Ut scilicet videamus vel quantum profecimus vel quantum longe a profectu distamus. Nam sepe ad gentem iam iniquitatem multi esse nos credimus, sed cum ad verba dei recurrimus et precepta sublimia audimus, ibi cognoscimus quantum a perfectione invenimur. Calamus ergo mensure est quia per manus scribentium vita mensuratur auditorum. Qui calamus in manu viri esse dicitur sive quia sacrum eloquium in potestate est mediatoris dei et hominis christi ihesu, seu certe hoc quod scribi voluit operando declaravit

d

[Qu]em vero calamus sex cubitorum esse
[d]escribitur. Due etenim vite sunt in quibus
nos omnipotens deus per sacrum eloquium
erudit, activa videlicet et contemplativa.
[Activa] per sex cubitos. quid aliud quam activa
[de]signatur? Quia sexto die perfecit
[deu]s omnia opera sua. Calamus vero
[qu]i super sex cubitos et dicitur iam de
[se]ptimo est, sed tamen cubitus non est.
[Acti]va igitur vita signatur per sex
cubitos et contemplativa per palmum
[qu]ia illam opere perficimus. De ista
[ve]ro etiam contendimus. vix parum
aliquid attingere valemus. Activa enim
vita est panem esurienti tribuere, verbo
sapientie nescientem docere, errantem
corrigere, ad humilitatis viam superbientem
proximum revocare, infirmantis
curam gerere, que singulis quibusque
expediant dispensare et commissis
nobis qualiter subsistere valeant provi
dere. Contemplativa vero vita est cari
tatem quidem dei et proximi tota mente
retinere, et ab exteriore actione quiescere,
[sed] desiderio conditoris inherere
ut nil iam agere libeat, sed calcatis
curis omnibus ad videndam faciem
sui creatoris animus inardescat, ita
ut iam noverit carnis corruptibilis
pondus cum merore portare totisque
desideriis appetere illis ympnidicis
angelorum choris interesse, admisceri
civibus celestibus, de eterna
in conspectu dei incorruptione gau
dere. In palmo itaque manus et
digiti tenduntur. Sed parum quid
mensura cubiti per palmum contingitur
quia quilibet amore animus ardeat,
quamlibet virtute se in deum et cogitat
[exte]nderit. Non iam quod
amat perfecte videt, sed adhuc in
choat videre quod amet. Quia
[et] fortissimus predicator dicit: Videmus
nunc per speculum in enigmate, tunc
autem facie ad faciem. Et iterum: nunc co
gnosco ex parte. tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum. De
septimo ergo cubito palmum tangimus
dum in hac vita positi contemplationis
minime sola initia degustamus. Activa
enim vita quia perfecte teneri potest et sex
to die homo est conditus. quod bona
debet operari. Per sex cubitos calamus
sed bene habet utrasque vitas illas
Due mulieres signant Martha
videlicet et Maria. Quarum una satha
gebat circa frequens ministerium. Alia
vero sedebat ad pedes domini et audi
ebat verba de ore eius. Cumque contra
sororem Martha quereretur quod se
adiuvare negligeret, respondit dominus
dicens: Martha, occuparis et satha
gis circa multa. Porro unum est
necessarium. Maria autem optimam partem
elegit que non auferetur ab ea. Ecce
pars Marthe non reprehenditur
sed Marie laudatur. Neque enim
bonam partem elegisse dominus Ma
riam dicit, sed optimam, ut etiam
pars Marthe indicaretur bona esse. Cu
r autem pars Marie sit optima
subinfertur cum dicitur que non au
feretur ab ea. Activa etenim vita
cum corpore deficit. Quis enim in
eterna patria panem esurienti por
rigat ubi nemo esurit? Quis
potum tribuat sitienti ubi
nemo sitit? Quis mortuum sepeli
at ubi nemo moritur? Cum ergo presen
ti seculo vita aufertur activa, con
templativa autem hic incipitur ut in cele
sti patria perficiatur, quia amoris ignis
qui hic ardere inchoat, cum ipsum
quem amat viderit in amore ipsius
magis ardescit. Contemplativa ergo vita
minime aufertur, quia subtracta
presentis seculi luce perficitur. Has
utrasque vitas sicut et ante nos dictum
est due beati Iacob mulieres signi
ficaverunt. Lia videlicet et Rachel. Lia
quippe interpretatur laboriosa, Ra
chel vero ovis vel visum principium.
principium. Activa autem vita laborio
sa est, quia desudat in opere. Con
templativa vero simplex ad solum
videndum principium anhelat, videlicet
ipsum qui ait: Ego sum principium
propter quod et loquor vobis. Beatus
autem Iacob Rachel quidem concupierat

Luce x°

Gen 29

Activa
Vita
contemplativa

sed in nocte accepit liam · quia
vz omnis qui ad deum conuertitur
contemplatiuaz vitam desiderat
quietez eterne patrie appetit · Sz
prius necesse est vt in nocte vi
te presentis operetur bona que potest · de
sudet in labore · i · liam accipiat
vt post ad uidendum principium in ra
chel amplexibus requiescat · Est
autem rachel uidens et sterilis
lia autem lippa · sed fecunda · Ra
chel pulcra et infecunda · quia
contemplatiua vita speciosa est in
animo · sed dum queste in silencio
appetit filios non generat ex pre
dicacione videt · et non parit · quia
quietis sue studio minus se in
aliorum collectione succendit · Et
quantum introrsus conspicit aperi
re alijs predicando non sufficit ·
Lia vero lippa · et fecunda est
quia actiua vita dum occupa
in opere minus uidet · Sed dum
modo per verbum modo per exemplum
ad imitacionem suam proximos accen
dit multos in bono opere filios
generat · Et si in contemplacione
mentem tendere non valet · ex eo
tamen quod agit exterius gigne
sequaces valet · Recte ergo in me
sura calamum prius sex cubiti et
postmodum palmus dicitur · quia
an actiua vita agitur vt ad
contemplatiuam postmodum veniatur ·
Sed sciendum est quia sicut bonus
ordo viuendi est · vt ab actiua
in contemplatiuam tendatur · ita
plerumque vtiliter a contemplatiua
animus ad actiuam reflectitur · vt per
hoc quod per contemplatiuam mentez
attenderit perfectius actiua tene
atur · Debet ergo nos et actiua ad
contemplatiuam transmittere · et aliud
tamen ex eo quod introrsus mente
conspexit ad actiuaz melius a
contemplatiua reuocare · Unde et
idem Jacob et post Rachelis am
plexus ad lyam redyt · quia et
post visum principium laboriosa

vita boni operis non est funditus
deserenda · Est autem in contemplatiua
vita mentis magna contencio
cum sese ad celestia erigit · cum
in rebus spiritualibus animum tendit ·
cum transire omne quod
corporaliter videtur · cum se sed
gustat et dilatet · et aliquando
uincit · et reluctantes tenebras
sue cecitatis exsuperat · vt de in
scripto lumine quoddam furtim
et tenuiter attingat · Sz tamen
ad semetipsam protinus reuerberata
reuertitur · atque ab ea luce ad quam
respirando transit · ad sue cecitatis
tenebras redit suspirando · Quod
bene sacra hystoria designat que
beatum Jacob cum angelo luctatum
narrat · Cum enim ad parentes
primos pergens rediret in via an
gelum inuenit · cum quo in luc
tamine magnum certamen habuit ·
Is enim qui certat in luctamine
aliquando superiorem se · aliquando vero
eo cum quo contendit inferiorem inuenit · Designet ergo angelus
dominum et Jacob qui cum angelo
contendit vniuscuiusque perfecti
et in contemplacione positi animam
exprimat · quia vz anima ad con
templandum deum nititur · velut in
quodam certamine posita · modo quasi
exsuperat · quia intelligendo et sen
tiendo de incircumscripto lumine ali
quid degustat · modo vero succumbit · quia
et degustando iterum deficit · Quasi ergo
vincit angelus qui intellectu
intimo apprehendit deum · Sz notandum
est quod idem victus angelus ner
uum femoris Jacob tetigit eum
que marcescere statim fecit · atque ab
Jacob tempore vno claudicare fecit ·
quia scilicet omnipotens deus cum iam
per desiderium et intellectum cogno
scitur · omnem in nobis volup
tatem carnis arefacit · Et qui prius
duobus pedibus innitebatur
deum modo solum querens · et sicut
tenuis post agnicionem suauitatis intime

rat in nobis pes sanus remanet
ut alius claudicat. Quia necesse
est ut debilitato amore seculi solus
in nobis amor convalescat dei.
Ergo tenemus angelum. Uno
claudicamus pede. quia dum crescit
in nobis fortitudo amoris vel di-
vini, infirmari procul dubio fortitudo
carnis. Omnis quippe qui uno pe-
de claudicat. soli illi pedi innititur
quem sanum habet. quia et cui desi-
derium terrenum iam arescit sicut
in solo pede amoris dei tota virtute
se sustinet. et in ipso stat. Quia pede
amoris seculi quem ponere in terra
consueverat iam a terra suspen-
sum portat. Et nos ergo si ad pa-
tres priores, id est ad spirituales pa-
tres redimus teneamus in via
angelum, ut suavitate intima
apprehendamus deum. Contempla-
tive etenim vite amabilis valde
dulcedo est. que super semetipsam
animam rapit celestia aperit. terrena
animi debere esse contempta ostendit
spiritualia mentis oculis patefacit
corporalia abscondit. Unde bene
dicitur in Canticis canticorum. Ego
dormio et cor meum vigi-
lat. Vigilanti etenim corde dor-
mit. quia per hoc quod intus
contemplando proficit ab inquieta
foris opere quiescit. Sed interim scien-
dum est. quia quamdiu in hac
mortali vivitur. nullus ita in
contemplacionis virtute proficit ut
in ipso iam incircumscripto luminis
radio mentis oculos infigat. Ne-
que enim omnipotens deus iam in sua
claritate conspicitur. Sed quiddam
sub illa speculatur anima unde re-
fecta proficiat et post ad visionis
eius gloriam pertingat. Hinc namque
Ysayas cum se deum fatetur
vidisse dicens. Anno quo mor-
tuus est rex Ozias vidi dominum se-
dentem super solium excelsum et

elevatum, protinus adiunxit. Et ea que
sub ipso erant implebant templum.
Quando Ozias rex superbus ac pre-
sumptor moritur dominus videtur,
quia cum inordinate huius elacio
a desiderio mentis occiditur, tunc
ipsa mente dei gloriam contemplatur.
Et notandum quod dominus super solium
excelsum et elevatum sedet. Quod
namque est eius solium nisi crea-
tura angelica vel humana anima
per intellectum quem dedit presidet
quod videlicet solium excelsum et ele-
vatum dicitur. quia et natura humana
ad celestem gloriam elevata proficit
et creatura angelica dum multis
spiritibus cadentibus iam solida-
ta est in celo ne cadat inde ele-
vata est unde confirmata. Templum
vero eius hoc est quod solium. Qui-
etenim rex ibi habitat ubi sedet.
Nos ergo templum illius sumus in
quorum mentibus habitare dignatur.
Sed ea que sub ipso erant imple-
bant templum. quia quicquid
de illo nondum conspicitur adhuc non
est ipse. sed sub ipso est. Sic Ja-
cob angelum vidit et vidisse do-
minum fatetur. quia et cum mi-
steria eius conspicimus iam est
multum quod super nosmetipsos leva-
mur. Notandum vero quod dicit imple-
bant. quoniam si angelus apparet
in fine. tunc mentis satis desiderio
facit. Ut si adhuc maius non potest,
iam tamen minus quod videt amare.
Ea ergo que sub ipso sunt implent
templum. quia sicut dictum est. Et
cum mens in contemplacione pro-
ficit non iam quod ipse est. sed
id quod sub ipso est contemplatur.
In qua videlicet contemplacione iam
quietis eius gustus attingitur.
Quia vero quedam quasi pars est
et perfectum esse nunc non potest. Unde in
Apocalipsi scriptum est. Factum
est silentium in celo quasi me-
dia hora. Celum quippe est anima iusti
sicut per prophetam dicitur. Celum
michi sedes est. Et celi enarrant

gloriam dei Cum ergo quietus contem-
plative vite agitur in mente silencium
fit in celo quia terrenorum actuum
strepitus quiescit a cogitacione ut
ad secretum intimum aure animus
apponat Sed quia hec quietus
mentis esse in hac vita perfecta
non potest nequaquam hora inte-
gra factum in celo silencium dicitur
sed quasi media ut nequaquam
ipsa media plena senciatur cum
premittitur quasi quia mox ut se
animus sublevare cepit et quietis
intime lumine perfundi redeunte
tumultu cogitacionum strepitu de se-
metipso confunditur et confusus
cecatur Vita igitur contempla-
tiva quia illic hora quam me-
dia dicitur apud Ezechielem prophetam non
cubitus sed palmus appellatur
Ecce fratres karissimi dum virtutum utriusque
vite causas exprimere cupimus
paulo latius per excessum locu-
ti sumus Sed bonis mentibus
utraque eadem vita est ad agendum
amabilis esse non debet ad lau-
dandum gravis Sequitur Et men-
sus est latitudinem edificii cala-
mo uno altitudinem quoque ca-
lamo uno Semper deus qui
nec in magnis tenditur nec mi-
nimis angustatur Sic de tota simul
ecclesia loquitur ac si de una anima
loquatur Et sepe quod ab eo de
una anima dicitur nichil obstat
si de tota simul ecclesia intelligatur
Latitudo itaque edificii ad caritatem
pertinet De qua psalmista ait
Latum mandatum tuum nimis Vel
etenim latum est quia omnes in sinum
amoris recapit nullas odii angu-
stias sustinet Sic quippe lata
est caritas ut in amplitudine
dilectionis sue capere et inimicos pos-
sit Unde et scriptum est Diligite
inimicos vestros benefacite hiis qui
oderunt vos Considerandum quoque
nobis est quia latitudo in ca-
ritate altitudo vero in sublimi-
tate tenditur Latitudo ergo pertinet
ad caritatem proximi altitudo ad

intelligenciam conditoris Latitu-
do et altitudo edificii uno cala-
mo mensuratur quia unusquisque
anima quantum lata sunt in amore
proximi tantum et alta erit in
cognicione dei Dum enim se per
amorem iuxta dilatat per co-
gnicionem sursum exaltat Et tanto sit
semetipsam excelsa fit quantum
iuxta se in proximi amore tendit
Et quia edificium quod inhabitat
deus ex angelica simul et humana
natura perficitur per hoc quod angeli-
ca creatura sursum est et huma-
na adhuc deorsum potest per latitudinem
atque altitudinem edificii utraque
creatura signari quia ista ad-
huc in infimis degit illa vero in
sublimibus permanet Sed uno
calamo mensuratur utraque quia
humilitas hominum quoque ad equalitatem
perducitur angelorum Unde scriptum
est Neque nubent neque nubentur
sed erunt sicut angeli dei in celo
Et unde per Johannem dicitur mensura
hominis que est angeli quia
ad altitudinem illam homo glorificatus
perducitur in qua solidati sancti an-
geli letantur Latitudo ergo edifi-
cii tanta est quanta et altitudo
quia electi quique qui modo in
infimis laborant quoque illis bea-
tissimis spiritibus non erunt [illegible]-
les Sed nos inter hec redemptori
in mentem ac totis medullis
cordis deum diligamus et proxi-
mum dilatemur in affectu caritatis ut
exultemur in gloria celsitudinis
Compatiamur per amorem proximo
iungamur per cogitacionem deo ci-
descendamus fidelibus in minimis
in terra ut coequamur angelis
in celo quia vir qui sua in men-
te redemptorem signat mensus
est latitudinem edificii calamo uno
Nunc ipsi mentis mores pensa
opera cogitaciones considerat et
sine postmodum retribucionem red-
dit ihesus christus dominus unigenitus
patris qui cum patre vivit et

regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen.

Vir autem calamum mensure in manu eius esse describitur quia venit ad portam que respiciebat ad viam orientalem. Quis alius porte huius appellatione signatur nisi ipse dominus ac redemptor noster per quem nobis ianua patuit regni celestis sicut ipse ait Nemo venit ad patrem nisi per me. Sed cum eundem virum lineis indutum in figuram domini teneri diximus inveniendum nobis est qua ratione conveniat ut isdem dominus et per portam designari valeat qui per portam dominum vir veniat ad portam. Nunquid nam ipse venit ad semetipsum an ita est. Qui in evangelio ipse testatur dicens Qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille fur est et latro qui autem intrat per ostium pastor est ovium. Et paulo post dicit Ego sum ostium atque iterum subiungit Ego sum pastor bonus. Si ergo pastor intrat per ostium et ipse ostium est ipse pastor ipse procul dubio intrat per semetipsum. Ecce dum Ezechielis sensum enarrare cepimus de evangelio sermone lectionis inveniendum itaque nobis est qualiter ipse intret et per semetipsum intret. Dominus etenim ac redemptor noster cum sancta ecclesia quam redemit secundum carnem una substantia est Paulo attestante qui ait Adimpleo ea que desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Illius capitis corpus ecclesia et huius corporis caput Christus. De quo suo capite exultat corpus id est sancta ecclesia quando per psalmistam dicit Nunc autem exultavit caput meum super inimicos meos. Quia enim caput ipsa exaltata est iam nunc caput suum de super inimicos suos exultando gaudet in celis. Cum ergo electi quique ad vitam perveniunt quia membra eius per eum intrant ad eum ipse per se intrat ad se. Ipse enim in suis membris est qui intrat ipse caput ad quod intrant iam membra pervenit. Quod Ezechiel propheta multipliciter insinuat qui virum venisse dicit ad portam et quia eadem porta sic ostendit dicens Que respiciebat ad viam orientalem. Ipse etenim nobis est via qui dixit Ego sum via veritas et vita. Ipse etiam orientalis via de quo scriptum est Ecce vir oriens nomen eius. Porta ergo viam orientalem respicit quia illud signat quod nobis iter ad ortum luminis stetit. Possunt etiam porte nomine uniuscuiusque predicatores intelligi quia quisquis nobis ianuam regni celestis ore suo aperit porta est. Unde et duodecim porte vel in Iohannis Apocalypsi vel in extrema huius prophete visione describuntur. Potest porte nomine scriptura sacra non inconvenienter intelligi que dum nobis intellectum aperit celestis regni ianuam pandit. Possumus porte nomine et fidem accipere quia primam contingimus ut ad ulterium edificia intremus. Unde hic aperte subiungitur Et ascendit per gradus eius. Qui nimirum gradus enim sunt huius porte nisi incrementa virtutum. Sive enim in cognitione mediatoris Dei et hominum hominis Christi Ihesu seu in scientia divini eloquii seu in ipsa fide quam de illo accepimus quibusdam gradibus ad altiora incrementa pervenimus. Nemo enim repente fit summus sed in bona conversatione a minimis quisque inchoat ut ad magna perveniat. De his gradibus per psalmistam dicitur Deus in gradibus eius dinoscitur cum suscipiet eam. Dominus enim sanctam ecclesiam dominus suscepit in gradibus eius

b

demonstratur quia cuius gratia pro illius
incrementa declaratur. Quantum
enim sancta ecclesia ascendendo
profecerit tantum deus hominibus
ex eius virtutibus innotescit. De
his quoque gradibus beatus Iob
loquitur dicens Per singulos gra-
dus meos pronunciabo eum. Omni-
potentem quippe dominum per singulos
gradus suos pronunciat qui per in
crementa virtutum que accepit
ei semper laudem sue pietatis red
dit. Siquidam gradus in cordis
ascensione non essent psalmista
non diceret Ambulabunt de vir
tute in virtutem. Et minus si de
virtute in virtutem gradus est quia
apud unumquemque virtus quasi qui-
busdam gradibus augetur et sic
per incrementa meritorum ad summa
perducitur. Alia namque sunt virtutum
exordia aliud profectus aliud
perfectio. Si enim et ipsa fides ad per
fectionem suam non quibusdam gra
dibus duceretur sancti apostoli domi-
no dixissent Auge in nobis
fidem. Et quidam venit ad dominum
qui curare voluit filium suum. Qui
requisitus an crederet respondit
Credo domine adiuva increduli
tatem meam. Pensate rogo quod
dicitur si credebat cur incredulitatem
dicebat. Si vero incredulitatem
habere se noverat quomodo credebat. Sed
quia per occultam inspirationem gra
cie meritorum suorum gradibus
fides crescit uno eodemque tempore
is qui necdum perfecte credi
derat simul et credebat et incre
dulus erat. Hos nimirum dominus
gradus sub messis nomine describit
dicens Sic est regnum dei quem-
admodum si iactet homo semen
in terram et dormiat et exurgat
nocte ac die et semen germinet
ac crescat dum nescit ille. Ultro
enim terra fructificat primum her
bam deinde spicam deinde ple
num frumentum in spica. Et cum se
produxerit fructus statim mittit fal

cem quoniam adest tempus messis. Semen
homo iactat in terram cum cordi
suo bonam intentionem inserit. Et
postquam semen iactavit dormit
quia iam in spe boni operis quiescit.
Nocte vero exurgit ac die quia
inter adversa et prospera proficit. Et
semen germinat et crescit dum
ille nescit quia dum adhuc in
tem incrementa sua non vale[t]
semel concepta virtus ad profectum
ducitur. Et ultro terra fructific[at]
quia preveniente se gratia mens ho[minis]
spontanea ad fructum boni operis
assurgit. Sed hec eadem terra pri[mum]
herbam deinde spicam deinde
plenum fructum producit in spica.
Herbam quippe producere est incho
ationis bone adhuc teneritudi[nem]
habere. Ad spicam vero herba perve-
nit cum se virtus animo concepta ad
profectum boni operis pertrahit.
Plenum vero frumentum in spica
fructificat quando iam in tantum
virtus proficit ut esse robusti et
perfecti operis possit. Sed cum se
produxerit fructus statim mittit
falcem quoniam adest tempus messis.
Omnipotens enim deus producto fru-
ctu falcem mittit et messem
suam desecat quia unumquemque
ad opera perfecta perduxerit eius tem
poralem vitam per emissam
sententiam incidit ut granum suum ad
celestia horrea perducat. Cum
igitur desideria bona concipimus
semen in terram mittimus. Cum
enim operari recta incipimus herba
sumus. Cum autem ad profectum
boni operis crescimus ad spicam
pervenimus. Cum in eiusdem operationis
perfectione solidamur iam plenum
frumentum in spica proferimus.
Herba etenim Petrus fuerat qui
passionis tempore per amorem dominum
sequens hunc confiteri ad an
cille vocem timebat. Erat enim
iam viriditas in mente quia crede
bat eum redemptorem. Sed vel
adhuc flexibilis pede conculcaba

Virtutum { Exordium / Profectus / Perfectio

amoris iam in spica surrexerat quan-
tum quem mortuum confiteri ti-
muerat indicante angelo in Ga-
lilea viventem viderat. Sed ad ple-
num granum in spica pervenerat quando
veniente desuper spiritu et sua interius
in illius amore roborante ita
solidatus est ut vires persequentium
Iesus despiceret et redemptorem
suum libere inter flagella predica-
ret. Nullus itaque quem ad bonum
positum adhuc in mediis termini-
bus esse conspicit despiciat, quia
frumentum dei ab herba incipit
ut granum fiat. Vir ergo vestitus
lineis venit ad portam, quia dominus
ac redemptor noster membris suis
intrantibus preduci ad se et ascendit
per gradus eius, quia nobis profici-
entibus eo nobis amplius exal-
tatur quo altius et incomprehensi-
bilis esse cognoscitur. In ultimum
quippe nostris gradibus ipse ascende-
re dicitur, quia tanto ipse sublimior
nobis auditur quanto nos animus
a rebus infimis separatur. Sequitur:
Et mensus est limen porte calamo uno
latitudinem, id est limen unum cala-
mo uno in latitudinem. Cur si-
mul dictum est limen porte statim
subiungitur limen unum, nisi quod
aperte innuit quod adhuc inferius
limen aliud dicatur? Porta autem
a limine surgit ut porta sit. Si er-
go porta dominus, cuius huius porte
limen est nisi illi antiqui patres
ex quorum progenie dominus incarnari
dignatus est? Sicut per Paulum
dicitur: Quorum patres et ex quibus
Christus secundum carnem qui est super
omnia deus benedictus in secula.
Quod vero est in hac Pauli senten-
tia, quia dii et cum homines sunt vocati,
sicut Moysi dicitur: Posui te in
deum Pharaonis. Et per psalmistam dici-
tur: Ego dixi dii estis et rursum
Deus stetit in synagoga deorum.
Sed aliud est nuncupative, aliud
naturaliter deum esse. Et si Moysi

deum Pharaonis est positus, sed deus
intra omnia non deus super omnia
dicitur. Christus vero est intra uterum
virginis incarnatus deus super
omnia dicitur. Itaque limen porte sunt
patres ex quibus ille natus est, qui
nobis aditum regni celestis
aperuit. Limen autem porte uno
calamo mensuratur, quia ipsi an-
tiqui patres qui potuerunt redemp-
torem nostrum et prophetando et be-
ne vivendo predicare, tanquam sex
cubiti in perfectione operis et palmi
in inchoatione contemplationis fuerunt.
Quia eorum vita in unitatem
fidei et perfecta operatione et inchoata
est contemplatione sublime reddidit
in uno calamo mensura liminis
fuit. Sequitur: Et thalamum uno
calamo in longum et uno calamo
in latum. Consideremus quid agi
in thalamo soleat atque exinde
hoc quod in sancta ecclesia agitur colligamus.
In thalamo quippe sponsus et spon-
sa federantur sibique in amore
iunguntur. Quid ergo sunt in sancta
ecclesia thalami nisi iustorum corda
in quibus anima per amorem sponso
invisibili nuptura ut eius desiderio arde-
at. Nulla iam que in mundo sunt
concupiscat, prolixitatem vite longitudinem
penam deputet, exire festinet et
mortis amplexu amoris in cele-
stis sponsi visione requiescere. Hec
itaque que iam talis est nullam presen-
tis vite consolationem recipit. Sed ad
illum quem diligit medullitus sus-
spirat, fervet, anhelat, anxiatur,
vilis ei fit ipsa salus sui corporis
quia transfixa est vulnere amoris.
Unde et in Cantico canticorum dicit:
Vulnerata caritate ego sum. Mala au-
tem salus est cordis que dolorem huius
vulneris nescit. Cum vero anhe-
lare iam in celeste desiderium
et sentire vulnus amoris ceperit, fit
anima salubrior ex vulnere, que prius
egrotabat ex salute. Incipit autem
sponsum suum fortiter amare de-

d

amorem vite presentis una solum esse
solacio. si per hoc quod ipa ab eius
visione differtur. aliorum anime
eius verba perficiant et ad celestem
sponsum amoris facibus in
ardescant. Merett quia differ-
ri se conspicit. Tristis est ei de
quod aspicit. quia illum adhuc
non videt quem videre concupiscit.
Sed est ut dixi non parva con-
solacio. si cum fervens anima dif-
fertur. per eam multi colliga-
tur et tarde cum multis vide-
at que sola videre citius volebat.
Unde rursus in cantico sponsa
dicit. fulcite me floribus stipa-
te me malis. quia amore lan-
gueo. Quid namque sunt flores
nisi anime bonorum cum opus incho-
antes et desiderium celeste redo-
lentes. Quid mala de floribus
nisi perfecte iam bonorum mentes
que ad fructum perveniunt bonam
operis de initio sancte propositionis.
Que ergo amore languit fulciri
querit floribus. et stipari malis.
quia si illum quem desiderat
videre adhuc non permittitur. ma-
gna ei est consolatio si de aliorum
profectibus letetur. anima ergo que
sancto amore languet floribus
malisque fulcitur. ut requiescat
in bono opere proximi. que adhuc
non valet contemplari vultum dei.
Pensemus ergo qualis thalamus pauli
mens fuerat qui dicebat. Michi
vivere xpistus et mori lucrum. omnipo-
tenti deo in quantum se amore con-
iunxerat quem sibi xpistum vitam et
et mori lucrum esse deputabat.
hinc est quod iterum dicit desiderium
habens dissolvi. et cum xpisto esse multo
magis melius. Sed ecce qui dis-
solui desiderat quo amore langu-
eas videamus. Qua inter dif-
ferri se conspicis se fulciri queso
floribus non requiris. Audiamus
plane Nam sequitur. Permanere au-

in carne necessarium propter vos. Et
profectibus discipulorum ait. Que e-
nim nostra spes aut gaudium aut
corona glorie nonne vos ante
dominum nostrum ihesum xpistum. hinc est
quod eiusdem thalamus uno calamo
in longum. et uno calamo in
latum elicitur mensus. longi-
tudo quippe ad longanimitatem
expectationis pertinet. latitudo ad
amplitudinem caritatis. Tantum
ergo uniuscuiusque thalamus habet in
longitudine quantum et in lati-
tudine potuit. quia mens celesti de-
siderio succensa quantum amorem
habuit ad colligendum proximum tantum
et longanimitatem exhibet ad expe-
ctandum deum. et patienter portat
moras longitudinis. quia se in
profectum proximi dilatat amplitudine
caritatis. Possunt etiam ipa longitudine
longanimitatem patientie que exhibetur
proximo designare. Et quia latitu-
do caritatem designat que studium
tis aperit. et amicos simul atque in-
imicos in amore recipit. tantum
est longitudo thalami. quanta lati-
tudo. quia quanta lata mens fuerit per
amorem. tantum erit et patiens per
longanimitatem. Nam tantum quisque
portat proximum. quantum amat. si
enim portas amas. si desistis a-
desistis tollerare. que enim minus
diligimus minus est tolleranda. pro
veniente fastidio citius fit ad proximi
adducitur in quantitudinem ponderis.
que nobis non leuigat pena cari-
tatis. Sequitur. Et inter thalamos
quinque cubitos. Quinque super thala-
mum dixerat. et postmodum ecce quinque
cubitos inter thalamos narrat.
Ea videlicet de causa. quia multi thala-
mi unum faciunt. sicut et multe
ecclesie una ecclesia vocantur. Un-
de et in Johannis apokalipsi septem
ecclesijs scribitur per quas una catho-
lica designatur. Hij itaque qui
sancta ecclesia sicut diximus fe-
ruenti amore deum videre sitie-

ci, iam per desiderium conscendunt tha-
lami vocantur. Sed tamen sunt inter eos
quidam qui penetrare subtilia non
valentes, et tamen adhuc corporis
sensibus depressi, tanto magis amant
eum qui fecit omnia, quanto am-
plius in his que facta sunt illu-
strantur. Et iam quidam exercere se in
timore domini et amore proximi ten-
dentes student bona opera corpo-
raliter agere, elemosinis peccata redimere.
Sed quia in amoris intimi ardore
ad celeste desiderium nesciunt, quasi
adhuc devicti corporis sensibus
tenentur. Isti itaque thalami non
sunt, sed tamen inter thalamos con-
tinentur, quia per eorum devotionem
qui visionem dei perfecte diligunt
et ad perfectum mentis ducuntur.
Inter thalamos ergo quoque sunt ta-
bule, quia hi qui ab exterioribus
quoque sensibus ad intellectum in-
teriorem non assurgunt, dum inter eos
sunt qui spiritu amoris fervent, velut
iungentes inter thalamos in fidei
constructione perficiuntur et a mensura
celestis edificii dissimiles non sunt. Illa
capacitate per se ab appetitu corpo-
ralium sensuum subtrahunt et dilata-
te mentis spacio invitantur caritate
qua concipitur. Hinc inde thalamos
ostenduntur. Qui ergo non per sex
[illegible]itos sed per quosque descripti sunt
si adhuc imperfectio eorum designa-
tur. Sed tamen per bonum desiderium
in quo mensura spiritualis edificii ex-
[illegible]morantur, quia et voce sancte ecclesie
per prophetam dicitur: Imperfectum meum
viderunt oculi tui, et in libro tuo
omnes scribentur. Hinc item per prophetam
dicitur: Benedixit omnes timentes se
dominus, pusillos cum maioribus. Hi
itaque imperfecti sunt et pusilli, quia
tamen cognoscere prevalent. Et deum
et proximum diligunt atque ideo bo-
nis non negligunt operari. Qui etsi
nondum ad spiritualia dona perficiunt
vel ad perfectam operum vel ad sub-
limem contemplacionem vel animam exercent,

tamen ab amore dei et proximi in quantum
animo capere prevalent non recedunt.
Unde fit ut et ipsi quoque etsi minori
loco in sancte tamen ecclesie edificacione
sunt positi. Quia etsi ad doctrinam,
si ad prophetiam, si ad miraculorum gratiam,
si ad contemptum mundi plenius ex-
quendum fortasse minores sunt, tamen
in timoris et amoris fundamento
sunt in quo solidantur. Qui etsi
igne celestis desiderii non ardent, in
ipsis tamen exterioribus que exercere
sufficiunt vapore caritatis animantur
et inter primorum precellencium edi-
ficia continentur. Unde recte sponsa in
Canticis canticorum loquitur dicens: Fer-
culum fecit sibi rex Salomon de lignis
Libani; columpnas eius fecit argen-
teas, reclinatorium aureum, ascensum
purpureum, media caritate constravit
propter filias Ierusalem. Neque enim credendum
est Salomonem tante magnitudinis re-
gem, qui sic diversis divitiis afflu-
ebat ut pondus auri eius estimari
non posset et argentum in diebus
illius precium non haberet, quia ferculum
sibi ligneum fecerit. Sed est Salomon
et pacificus ille qui sibi de lignis
Libani ferculum fecit. Libani quippe
ligna cedrina valde sunt imputri-
bilia. Ferculum itaque regis nostri sancta
ecclesia est, que de fortibus patribus,
id est de imputribilibus mentibus, est
constructa. Que recte ferculum dicitur,
quia ipsa fert cotidie animas ad eternum
convivium conditoris sui. Cuius ferculo
columpne argentee facte sunt, quia predi-
catores ecclesie sacri eloquii luce re-
splendent. Est autem cum columpnis ar-
genteis reclinatorium aureum, quia
per hoc quod a sanctis predicatoribus
lucide dicitur, mentes audiencium ful-
gorem claritatis intime in qua recli-
nentur inveniunt. Per hoc enim quod
occulta luculente et apte audiunt,
in illud quod clarescat in corde re-
quiescunt. Columpne ergo argentee
et reclinatorium aureum factum est, quia
per lucem sermonis invenitur apud
animum claritas contemplationis. Ille iam quippe
fulgor interius mente irradiat ut per
intellectum ibi requiescat ubi predicacionis
gratia non queratur. De eadem quippe sancta ecclesia

septimum est. penne columbe deargen-
tate et posteriora dorsi eius in spe-
cie auri. Que enim hic sponsi mansue-
tudinis est impleta quasi columba
pennas deargentatas sed in posteriora
dorsi eius speciem auri continet. quia
predicatores suos sermonis luce
induit In posteriori autem seculo ful-
gorem in se claritatis ostendit Sed
in hoc quod clarum intus ostenditur
qualis sit ascensus adiungit cum
de eodem ferculo protinus subdit as-
censum purpureum. Res quippe pur-
purea. quia de sanguine tingitur
non dimitto in colore sanguinis
videtur Et quia maxima multitudo
fidelium in exordio nascentis ecclesie
per martirii sanguinem pervenit ad
regnum Rex noster ascensum purpure-
um fecit in ferculo. quia ad claram
quod intus aspicitur per tribulacionem
sanguinis pervenitur. Quid ergo nos
miseri atque ab omni fortitudine de-
stituti quid acturi sumus Ecce in hoc
ferculo columne esse non possumus
quia in nobis nec fortitudo operis
nec lumine emicat predicacionis De-
clamatorum aureum non habemus. quia
nec donum sicut oportet et intellectum spiri-
tualem requirere in eterne claritatis aspectu
Ascensus purpureus non sumus. quia
pro redemptore sanguinem fundere
non valemus Quod ergo de nobis agendum
est que spes erit. si nullus ad regnum
pervenit nisi qui sublimibus preditus
virtutibus fuit Sed adest quo nostra
consolacio Amemus inquantum possumus
deum diligamus proximum. et sine dubio
nos ad dei ferculum pertinemus quia
sicut illic scriptum est media cari-
tate constravit Habe quippe cari-
tatem et ibi sine dubio pervenies
Vbi ~~[struck out]~~ et columna argentea erigitur
et ascensus purpureus tenetur
Nam quia hoc propter nostram infir-
mitatem dictum aperte monstratur. cum
illic protinus subditur propter filias
Ierusalem Sermo etenim dei qui non
filios sed filias dicit quid aliud
per sexum femineum quam mentium
infirma signavit Ecce ergo illic in-
ter columnas argenteas reclinatorium au-

reum et ascensum purpureum ...
media caritas dicitur propter filias
Ierusalem Hoc hic intra thalamos
quique cubitos designat. quia ei
in virtutibus infirmantur. si ip-
bona que possunt facere cum caritate
non negligunt a dei edificio que
in non sunt Sequitur Et lime
porte iuxta vestibulum porte
intrinsecus calamo uno Dum lim-
quod modo descripsit iuxta vestibulum
porte intrinsecus esse memoratur a-
ostenditur quia limen quod prius
descriptum est extrinsecus fuit Se-
si porta est dominus quod sit lime-
re intrinsecus et extrinsecus requiritur
limine etenim portam unusquisque
ingreditur. et quid sunt duo limina
preter testamenti veteris. et patres
testamenti novi Non solum quippe
hii de quibus dominus incarnatus
generatus est Sed omnes testamenti
veteris patres porte huius limen fuerunt
quia hii qui eum predicare et
eo sperare meruerunt. cunctis ad eum
venientibus aperuerunt aditum
et omnes qui crediderunt dominum
iam portam huius liminis intu-
Sed cur ante limen extrinsecus et po-
limen intus dicit nisi prius te-
venit veteris patres. et postmodum
novi testamenti doctores fuerunt
Recte autem limen extrinsecus testamenti
veteris patres designat. quia per eos
predicatorum opera prava punita sunt
per doctores vero novorum prius im-
mundicie animus et cogitaciones coin-
quinacionibus coherere dum reatus
perfectus et in deliberacione cordis
ostenditur Illi quippe a flagiciis
crudelitatibus a rapinis auditorum
animas prohibere curaverunt Isti
dum non solum perversa opera
etiam illicita cogitacionum resecant
Quid nobis aliud nisi limen in-
trinsecus facti sunt Unde et ipsa veritas
dominus Audistis quia dictum est antiquis
non occides Qui autem occiderit reus erit iudicio
Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur
fratri suo sine causa reus erit iudicio Hec
quod et extrinsecus limen patres ... designat
quod ab ipsa incarnacione redemptoris ...

F

in valle temporum longius consisterent. Et quidem
ab Abel sanguine passio iam cepit ecclesie
et una est ecclesia electorum precedentium
atque sequentium. Sed tamen quod discipulis dicitur:
Multi reges et prophete voluerunt videre que
vos videtis et non viderunt, antiquos
patres quasi foris stetisse est, redemptoris
nostri presentiam corporalem non vidis-
se. Exterius igitur. Sed tamen non dimissi
a sancta ecclesia fuerunt, quia unde ope-
predicatione ista iam fidei sacramenta
tenent, ista sancte ecclesie celsitudine
conspexerunt, qua nos non adhuc
perspiciendo sed iam credendo conspicimus.
Sicut enim nos in preterita passione re-
demptoris nostri, ita illi per fidem in eius
ventura salvati sunt. Illi ergo foris
non extra misterium sed extra tempus.
Unde et in constructione tabernaculi
vel columne argentee intus starent,
paxilli erei fixi per circuitum exterius in-
sistunt. In quibus religatum taber-
naculum tenetur. Columne itaque ar-
gentee intus, paxilli vero erei exterius
in circuitu figuntur, atque in ipsis funes
ligati sunt, ut tabernaculum fixum
teneret, quia videlicet ut sancti apostoli
in luce sermonis sui solidi starent,
videlicet totum tabernaculum id est sancta
ecclesia in fidei integritate consisteret, tan-
tum paxilli erei prioris testamenti
patres ac prophete exterius fixi sunt,
qui verborum suorum funibus predica-
tionum mentes in soliditate stringerent
atque hoc dei habitaculum in statu fidei
ligarent. Extra ergo paxilli sunt, quia ante
tempus sancte ecclesie fuerunt, sed tamen
colligant qui in ipsa sunt, quia dum
celestia misteria ventura predicant, hec
per eos commissa sunt credibilia omnibus
fiunt. Et ergo intus columne immo-
biles stent, foris paxilli funes ten-
nent, quia ut sancti apostoli post incar-
nacionem dominice misterium crederent, il-
lorum predicatio obtinuit qui hoc
prius quam fieret et videre et predicare
potuerunt. Unde recte quoque ipse prius
apostolus, scilicet magna columna vere tha-
bernaculi loquitur dicens: Habemus firmi-
orem propheticum sermonem, cui benefa-
citis intendentes quasi lucerne lucenti
in caliginoso loco. In quibus verbis

indicat. Quia cum ipsius ad alta surrexit
ex culmine, ubi religata persistat in
fide. Que tamen lucerna prophetici
sermonis iam quidem intelligentibus
lucet, sed adhuc non intelligentibus
coopta allegoriarum obscuritatibus
permanet. Unde etiam per psalmistam
de eisdem dictis prophetarum dicitur: Tene-
brosa aqua in nubibus aeris. Quia
videlicet occulta est scientia in prophetis. Nec
immerito columne argentee, paxilli vero
erei facti sunt, quia quod clare iam apostoli
predicant, hoc prophete sub intellectu
mistico obscure locuti sunt. Recte ergo
per eris metallum signati sunt qui clari
in suis predicationibus non sunt. Sancti
vero apostoli, quia de redemptoris nostri mi-
sterio lucem predicationis habuerunt, ar-
genteis columnis expressi sunt. Et
notandum quod argentum sonat et lucet,
es vero sonat et non lucet. Quia predica-
tores novi testamenti aperte locuti sunt
que et monstrare potuerunt. Predicatores
vero testamenti veteris quia per allego-
riarum umbras de celesti misterio obs-
cura dicta protulerunt, quasi sine luce
sonitum dederunt. Quod ergo per pax-
illos et columnas, hoc hic per limen
exterius designatur. Limen vero portam
scripture sacre hoc loco accipimus.
Ipsa quoque duo limina habet, exterius
et interius, quia in litteram dividitur
et allegoriam. Limen quippe scripture
sacre exterius littera, limen vero eius in-
terius allegoria. Quia cum per litteram ad
allegoriam tendimus, quasi a limine
quod est exterius ad hoc quod est
interius venimus. Et sunt in ea per-
multa que mox litteram mentem edifi-
cant, ut per hoc quod exterius auditur
audientis mens intus trahatur.
Ibi quippe invenimus predicamenta
operis et exempla virtutis. Ibi quippe
iubetur quid agere et corporaliter debeamus.
Ibi hoc quod ad operandum precipitur in
sanctorum ac virorum fortium actione
monstratur. Ut postquam nos per aper-
tiora precepta atque exempla historie
ad bonam operationem instructi tran-
sierimus, ad limen interius, id est ad in-
tellectum misticum intime contempla-
tionis tendamus. Sed possimus pede

mentis. Studete queso fratres karissimi dei
verba uel meditari. Nolite despicere
scripta nostri redemptoris que ad
nos missa sunt. Multum valde est
quod per ea animus refricatur ad calorem
ne iniquitatis sue frigore torpescat.
Cum in illa precedentes iustos for-
titer egisse cognoscimus, et ipsi
ad fortitudinem bone operationis accin-
gimur. Sanctorum exemplorum flamma
animus legentis incenditur, et videt
que fortia ab eis facta sunt, et
valde indignatur sibi quia talia non
imitatur. Unde recte sponsi voce
ad sponsam in canticis canticorum
dicitur: Sicut turris David collum tuum
que edificata est cum propugnaculis,
mille clipei pendent ex ea,
omnis armatura fortium. In collo
etenim guttur, in gutture vox est.
Quid ergo per collum sancte ecclesie
nisi sacra eius eloquia designantur?
In qua dum mille clipei dependere
memorantur, per hunc perfectum nume-
rum universitas ostenditur, quia univer-
sa nostra munimenta in sacro eloquio
continentur. Ibi quippe sunt precepta
dei, ibi exempla iustorum. Si enim tor-
pet animus a conditoris sui desiderio,
audiat quod dicitur: Diliges dominum deum
tuum ex tota mente tua et ex tota vir-
tute tua. In odio fortasse labitur
proximi, audiat quod dicitur: Diliges
proximum tuum sicut te ipsum. Res aliena
concupiscitur, audiat quod illic scriptum
est: Non concupisces rem proximi
tui. Iniuria que a proximi ore
vel facto illata est ad iram mentem
incendit, audiat quod dicit: Non
queras ultionem nec memor eris in-
iurie civium tuorum. In carnis con-
cupiscentiam male sauciata mens acce-
ditur ne sequatur oculus [illegible],
audiat quod paulo superius dictum est:
Qui viderit mulierem ad concupiscendum
eam, iam mechatus est eam in corde
suo. Si inimicum forsitan quis scilicet animo
suo relaxare disponit, modo au-
diat quod illic scriptum est: Dilig-
te inimicos vestros, bene facite hiis qui
oderunt vos. Sed is qui aliena iam

non rapit, adhuc forsitan sua inor-
dinate retinet, audiat quod ubi
dicitur: Vendite que possidetis et da-
te elemosinam. Infirmans animus
perfectum desiderat, deo simul et se[illegible]
audiat quod illic scriptum est: Nemo
potest duobus dominis servire. [illegible]
ho ad necessitatem stipendii sed ad vo-
luptatem desiderii possessa retinet,
audiat quod illic dicitur: Qui non
renunciaverit omnibus que possidet
non potest esse meus discipulus. Sed
cum relinquunt omnia, nihil autem
possidendo renunciant, quia si ad
usum possessa retinent, ut eis ex
desiderio non succumbant. Torpore
quisquis appetit et laborem fugere
pro domina etiam cum prevalet, recogi-
tet audiat quod illic scriptum est: Qui
mecum non colligit, spargit. In [illegible]
le ergo [illegible] in sancti eloquii pre-
dicatione que per sua munimenta al-
titudine turris David simul dicitur mil-
le clipei dependent, quia quot illic
precepta sunt, tot etiam pectoris nostri
munimina. Ad servandam itaque inno-
centiam etiam lesi a proximo patien-
tiam in humilitate festinamus: Abel in
oculos veniat, qui occisus a fratre
scribitur, quia non legitur reluctatus.
Mentis munditia et cum coniugali
copula eligitur: Enoch deveniat in
[illegible] qui et in coniugio positus ambu-
lavit cum deo et non inveniebatur
quia transtulit illum Deus. Precepta
dei festinamus preferre nostre utili-
tati: Noe ante oculos veniat, qui
cura domestica post posita ex
omnipotentis domini precepto annos
ad arce fabricam mixtus occupatus fuit.
Obediencie virtutem nitimur aspicere: Abra-
ham dominus qui relicta domo cogna-
tione patria obedivit exire in locum
quem accepturus erat in hereditatem
et exiit nesciens quo iret, qui ipse
extitit, ut pro eterna hereditate fi-
lium quem acceperat occideret.
Et quia unicum deo offerre non
distulit, universam multitudinem gentium
et in semine accepit. Morum simpli-
citatis placet: Ysaac ad mentem veniat.

Exempla sanctorum
similiter pro
edificatione
alio[rum]

gem in conspectu omnipotentis dei oculis vite
tranquillitas ornavit. Laboriosa
fortitudo ut optineri debeat quintus
Iacob ad memoriam deducatur. qui post
quam fuit fortiter fatigatus homini ad
... quorum vicium perductus est
... non potuisse a luctante angelo
superari. Conam carnis illecebram
... Joseph ad memoriam reducat
qui temptante se domina studuit car
... continenciam etiam cum vite periculo
custodire et captivum mereri non
... nec factus est captivus ...
... est ut qui membra sua bene
... regere recependo ... omni
... mansuetudine ...
... optime querimus Moysen an
... oculos deducimus qui exceptis parvu
lis et mulieribus sexcenta milia
... virorum rexit mitis
fuisse describitur super omnes homines
qui habitabant super faciem orbis
... rectitudinis zelo contra vicia
... fincees ante oculos dedu
... qui coeuntes gladio transfixeres
... ipsum reddidit et iram dei
... placavit. De spe omnipotentis
... in dubiis querimus
... ad memoriam revocamus qui
... mentis firmitate
... ad victoriam sine dubietate
... iam metis ...
... in benignitatem animi dilate
Samuel in cogitacionem deducatur qui
... principatu deiectus a populo cum ipse
... peteret ut pro eo domino preces
... respondit dicens Absit me hoc
... in domino ut cessem orare pro vobis
... quippe vir sanctus perpetrare
creditur si eis quos adversarios
... usque ad electorum benignitatem
... non reddidisse in prece Cum
... rursum eum iubente domino mitteret
ut David ungeret in regem respondit
quomodo vadam audiet enim Sa
ul et occidet me Et tamen quia
... eidem Sauli cogitacat
tanto se se luctu afflixerat ut
... domino diceret Quousque tu
... Saulem cum ego abiecerim
... pensemus ergo eius animi quanta

ardor caritatis incenderat qui etiam illi
flebat a quo timebat occidi. Hanc
autem nos linguis quem timemus solli
cita nobis mente pensandum est ne si
locum fortasse reperimus malum pro
malo reddamus ipsi quem fugimus
David ergo ad memoriam redeat. qui — David
persequentem se regem et invenit ut
potuisset occidere et tamen in ipsa
feriendi potestate positus elegit bonum
quod ipse debet facere non autem malum
quod ille merebatur pati dicens Absit
a me ut mittam manum in christum domini
Et cum Saul ipse post ab hostibus
fuisset interemptus. cum quem persecu
torem durum vivens pertulit flevit oc
cisum Errantibus autem huius mundi pote
statibus libere loqui discernimus Johannes — Johannes
Baptista ad animum deducatur. qui Herodis
nequiciam reprehendens pro tibi recti
tudine occidi non timuit Et quia
christus est veritas ipse deo pro christo. quia pro
veritate animam posuit Carnem vero
nostram pro deo ponere in morte festinans — Petrus
Petrus ad mentem veniat qui inter
flagella gaudet. qui cesus principibus
resistit qui vitam suam pro vita despi
cit Cum mortis appetitum disponimus — Paulus
adversa contempnere Paulum ante oculos
deducamus. qui non solum alligari
sed et mori paratus pro christo non fecit pre
ciosiorem animam suam quam se ... accendi
tur nostrum igne caritatis querimus Johannis — Johannes
verba pensemus cuius omne quod loquitur
caritatis igne vaporatur Ymago in
voce sacri eloquii cuiuslibet querimus
munimina virtutis invenimus Mille cli
pei pendent ex ea omnis armatura
fortium Si enim pugnare contra spiritualia
nequicia volumus in collo ecclesie que
nobis sicut David turris erecta est
et in divino eloquio protectionis arma
requiramus. ut ex distinctione precepti
cavet mala firmatur virtus ad minorum
Certe enim contra aereas potestates festinamus
fortes existere In hac turri arma
turam nostre mentis invenimus ut mens
precepta conditoris mens summa exempla
precedencium per que contra adversarios
nostros inexpugnabiliter armemur Dum
enim quilibet virtute subire appetis
et hanc illic a prioribus iam impletam

videtis ibi armaturam vestram invenire pugnam cum spiritualia bella initis. Dependent in ea quippe mille clipei. Si quis pugnare appetit assumat et exeat virtute pectus muniat et verborum iacula emittat. Et notandum quia edificata cum propugnaculis fuisse dicitur. Hoc quippe agunt propugnacula quod clipei quia utraque pugnatorem muniunt. Sed inter utraque distat quia clipeos per nos movemus ubicumque volumus moventes propugnaculis autem defendi possumus. sed hec movere non possumus. Clipeus in manu est. Nam propugnaculum non tenetur. Quid ergo inter propugnacula et clipeos distat nisi quod in sacro eloquio priorum precedencium et miracula legimus. et virtutes bonorum operum audimus. Ibi namque cognoscimus quod alius potuit mare dividere. Alius solem figere Alius mortuum suscitare Alius paraliticos verbo erigere. umbra egrotos curare Alius per sua semicinctia infirmancium febribus obviare quanti omnes et paciencie longanimitate muniti et zelo rectitudinis fervente fuerunt Ubi predicacione divites simul et misericordie largitate. Hi itaque quam vera de deo dixerunt testantur miracula. quia talia per illum non facerent. nisi de illo vera narrarent. Et quam pii quam humiles quam benigni extiterunt eorum testantur operaciones. Si igitur de fide temptamur quam ex illorum predicacione concepimus loquencium miracula conspicimus et in fide quam ab eis accepimus confirmamur. Quid ergo illorum miracula nisi nostra sunt propugnacula. Quia et muniri per illa possumus. et tamen hec in manu nostri arbitrii non tenemus quia talia facere non valemus. Clipeus vero in manu est et defendit. Quia virtus paciencie virtus misericordie precedente nos gracia et in potestate est arbitrii et a periculo protegit adversitatis. Turris itaque nostra cum propugnaculis suis edificata est in qua mille clipei pendent quia in scriptura sacra et sublimia miracula priorum a iaculo adversitatis abs-

condunt et totius conversacionis sancte munimenta etiam in manu operis tenemus. Notandum vero quod limen porte uno calamo mensuratur. Calamus autem in scribis et palmo tenditur. quia videlicet in scriptura sacra et doctrina perfecte operacionis et inicium superne contemplacionis invenimus. Sed in porta hoc loco uniuscuiusque preceptor accipitur limen extrinsecus in porta est vita activa. limen vero intrinsecus vita contemplativa. Per illam quippe ambulatur in fide per hanc vero festinatur ad speciem. Illa extrinsecus docet ut unusquisque bene vivere debeat Ista intrinsecus perducat ut ex bona vita ad gaudia eterna pertingat. Hec nos hodie tractasse sufficiat. quia cum in crastinum ad alia divina pietate perrexissemus locuturi sumus ea que subiuncta sunt lectioni a latere vestibuli eius respondere per silencium spirantes in verbo qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

Vir autem erat species quasi species eris. Mensus est vestibulum porte octo cubitorum et frontem eius duobus cubitis. Ac ne hoc vestibulum extra portam esse crederemus. Subditur Vestibulum autem porte erat intrinsecus. Quid ergo per intrinsecus vestibulum nisi eterne vite latitudo signatur que modo intra angustias vite presentis iam per spem et intencionem queritur. De qua per prophetam dicitur Introite portas eius in confessione atria eius in ympnis confessionum. Cum enim peccata nostra per lacrimas confitemur anguste vite portam ingredimur. Et tunc post hec ad latam vitam perducimur. portam atria in confessionum laudibus intramus quia ibi iam angustia non erit cum nos leticia eterne solempnitatis assumpserit. Pro confessionis autem angustia veritas dicit Intrate per angustam portam. Et tunc se prebet recipi in latitudine gaudii eterni promittit dicens ista

A.

tuti in loco spacioso pedes meos ad
atrium quo per portam tenditur quia
in latitudinem sollempnitatis pertingit
ab angustia confessionis. Illa itaque
gaudia que apud David atria ap-
Ezechielem vestibulum intrinsecus
vocantur. Unde et hoc ipsum vestibulum
octo cubitis dicitur mensuratum. Ibi ci-
ves recipiendi sunt qui nunc et
in exercitio operis laborant et ad eter-
na gaudia per contemplacionis gratiam
suspirant. Hec dum ita mensura ve-
stibuli in octo cubitis ponitur quia
septem diebus omne tempus evolvi-
tur, eterna autem dies que expleta septe-
narii vicissitudine sequitur scilicet octava
est. Unde et psalmista resurrec-
tionis diem considerans quo de ex-
tremi iudicii erat districtione locu-
turus prescripsit titulum dicens: In
finem David psalmus pro octava. Ut
enim quam octavam diceret demonstraret,
dum illam tremendi terroris in
psalmi inchoatione sentiens dicens:
Domine ne in ira tua arguas me
neque in furore tuo corripias me.
Modo quisque enim per flagella cor-
ripitur et correptionibus emendatur,
in mansuetudine corripitur non in ira.
Districto autem illo examine omnis
iudicio atque correpto in furore
in ira est, quia venia post correp-
tionem non est. Huius octonarii misteria
quod post sabbatum dominus voluit
a morte resurgere. Dies quippe do-
minicus qui tercius est a morte domi-
nica, a conditione dierum numeratur octavus
qui septimum sequitur. Unde et ipsa
vita redemptoris nostri passio et
ipsa resurrectio figuravit aliquid
in suo corpore in diebus passionis
sue. Sexta enim feria passus est,
sabbato quievit in sepulcro, dominico
die resurrexit a morte. Presens
enim vita adhuc nobis sexta est
feria, quia in doloribus ducitur et
angustiis cruciatur. Sed sabbato
in sepulchro quiescimus, quia
requiem post corpus invenimus.
Dominico vero die, videlicet a passione tercio,
a conditione ut diximus octavo iam cor-

a morte resurgimus et in gloria anime
etiam cum carne gaudemus. Quod
ergo in se salvator ut fecit in se hoc
veraciter signavit in nobis, ut nobis et
dolor in sexta et requies in septima
et gloria excipiat in octava. Hinc per
Salomonem dicitur: Da partes septem nec
non et octo, quia ignoras quid mali
futurum sit super terram. Partes etenim
simul septem et octo damus quando sic
ea que septem diebus evolvuntur
disponimus ut per hec ad bona
eterna veniamus, ut dum modo caute
agitur, postmodum venientis timen-
di iudicii ira devitetur. Octo itaque
cubitis mensuratur vestibulum intrin-
secus, quia per lucem que post septem
dies sequitur latitudo nobis eternitatis
aperitur. Sed nemo ad illud venit
nisi qui hic dilectionem dei ac proximi
devota mente tenuerit. Unde et sub-
ditur: Et frontem eius duobus cubi-
tis. Frons etenim porte est bonum me-
ritum vite presentis. Sicut enim vestibulum
intrinsecus eterna requies debet intelligi,
ita per frontem porte recte est qualita-
tem visibilis vite signari. Frontem
ergo porte duobus cubitis mensurat,
quia quisquis hic dilectionem dei et proxi-
mi servavit, ipse ad eternitatis atria pertingit.
Vita igitur nostra ut duobus sit cubitis
mensurata tendi cotidie per caritatem
debet in amore dei simul et proximi. Non
est enim caritas nostra si unius a duobus
cubitis est. Unde Moyses cum per colores
vestium electorum virtutes exprimeret in orna-
mento pontificis bis tinctum coccum
iubetur adhiberi. Quid namque per coccum nisi
caritas designatur que per flammam amoris
accendit. Sed coccus bis tinctus quando non
solum ex amore dei sed etiam proximi nostra cari-
tas inflammatur. Nam quisquis sic
amat deum ut commissi proximi curam
relinquit, adhuc in eo coccus semel
tinctus est. Et quisquis sic amat proximum
ut minuat desiderium a quo flagrare
debeat ad deum, non est adhuc in eo
color tincture geminate. Debemus
ergo et amare eos cum quibus vivimus
et ad illum totis desideriis anhe-
lare in quo veraciter vivamus. Certe
enim ad fidem atque ad audiendum verbum
dei potentes, dum nos qui religioso

moribus habitu videmur ex diversa mundi qualitate quamvis atque ex dissimilibus moribus in sancte ecclesie concordia congregati sumus ita ut utrique parentes fratres esse videatur quod de promissione ecclesie per ysayam dicitur

ysa 11 Habitabit lupus cum agno et pardus cum edo accubabit Nam per sancte caritatis viscera lupus cum agno habitat quia hi qui in seculo raptores fuerunt cum mansuetis ac mitibus in pace conquiescunt Et pardus cum edo accubuit quia is qui peccatorum suorum maculis varius fuit cum eo qui se despicit et peccatorem fatetur humiliari consentit Ubi et subditur Vitulus et leo et ovis simul morabuntur quia et is qui per contritum cor ad cottidianum se deo sacrificium parat et alius qui quasi leo ex crudelitate seviebat et alter qui velut ovis in innocentie sue simplicitate perdurat in caulis sancte ecclesie que venerunt Ecce qualis est caritas que per diversitatis mentium accendit contremat conflat et quasi in unam speciem reformat Sed in eo quod electi se amant ad illum necesse est ut festinent quem cum gaudio in celis videre merentur Unde et dominus ac redemptor noster qui et hic electorum suorum corda ad unitatem ligat et ad supernum amorem per interna desideria stimulat Unde et illic subditur Et puer parvulus minabit eos Quis iste est puer parvulus nisi is de quo scriptum est Puer natus est nobis et filius datus est nobis Qui simul habitantes minat Quia ne in terrenis rebus corda nostra inhereant hec per internum desiderium cottidie inflammat Et hoc primum minare eius est Sed sibi nos amorem incessanter attendere Ne cum nos vitiis diligimus in hoc exilio remaneamus Ne requies huius vite sic placeat ut ad oblivionem prevocet ne delectata mens prosperis torpeat Unde et dominus sua flagella permiscet ut nobis omne quod nos in seculo delectabat amarescat et in mente surgat ignis quod nos semper ad

celeste desiderium incitet et exaltet ut ita dicam delectabiliter mordeat suaviter cruciat hilariter contristet Ecce nos parvulus minat quia paulo minus quam angeli minoratus est Per caritatem quam nobis tribuit in hoc nos mundo mentem habere ne permittit His fructus intra nobis coctus est Si et hic proximos nostros sicut nos diligimus et auctorem omnium cum ipsis quos diligimus festinamus Si igitur virtus de perfecta caritate his tribus in nobis porte duobus cubitis mensuratur Hinc est quod doctor sanctus eloquium vel est fides porte signetur in mensura caritas non inconvenienter designatur quia et ille vera predicat qui dixit proximum amorem docet et ipsa est scientia quam caritas edificat Scripta est Que se in dilectione dei ac proximi exercet Sequitur Porro thalamum porte ad viam orientalem tres hinc et tres inde et mensura una trium Quid thalami quid orientalis designet iam supra diximus Hec replicare ea latius iam necesse non putamus Sed quod nobis est quod dicitur tres hinc et tres inde thalami quippe iuxta viam orientalem sunt corda fidelium in amore dei et sine his qui et in testamento veteri fuerunt et hi qui in testamento novo sunt minime constat quia omnes ex amore virtutis accessisse quia cum nos deum diligimus virtutis que deus est gratiam acceperunt Viam quoque orientalem tres hinc et tres inde thalami quia dum inter veteres et novos patres dominus incarnari dignatus est quasi in medio thalamorum via orientalis apparuit qui thalami ad unum virtutum sunt ex virtutibus sunt constitutione decorati Sunt vero ad virtutes electorum eminentium referas tres sunt virtutes sine quibus is qui aliquid operari tam potest salvari non potest videlicet fides spes caritas Et sunt eedem spes fides caritas

ribus que in novis doctoribus
it iuxta orientalem viam tres hinc
tres inde thalami describuntur
Vel certe quia tres patrum veterum
distinctiones fuerunt tres quoque novorum
sub gratia sequuntur. Vetus quippe po
pulus hinc patres ante legem ac
inde in lege et postmodum prophetas
in novo autem populo prius hebreorum
multitudo credidere postmodum
multitudo gentium in fide secuta est
ac deinde in fine seculi hebreorum
reliquie salvantur. Sed quo intrat
ordo domus et ex superiori parte primos
ante legem patres in lege atque
extremum prophetas hinc et ex post
fideles ex gentibus ac primo
in hebreorum omnes reliquias
colliget orientalis via tres hinc
et tres inde thalamos habere memoratur.
Sed hoc quoque non in
convenienter accipimus si tres or
dines fidelium dicamus. Sive
namque in veteri sive in novo te
stamento alius est ordo predicantium
alius continentium atque alius bono
rum coniugum. Unde et ipse propheta
in superiori parte tres viros liberatos
dicit Noe Daniel et Job. In
quibus videlicet tribus predicatores
continentes atque coniugati signantur.
Nam Noe archam in undis
rexit atque ideo figuram rectorum
tenuit. Daniel et in aula regia
abstinentie deditus fuit et ideo
vitam continentium signat. Job
vero in coniugio positus et curam
domus proprie exercens placuit Deo
et que dixi bonorum coniugum
ordo figurat. Quia ergo et eiusdem
mediatoris adventum et predicato
res et continentes ac boni coniugati
prevenerunt qui eiusdem eius adventum
prestolarentur et magnam adhuc
in desiderio videre cupierunt
et postmodum predicatores conti
nentes ac boni coniugati sicut
cernimus existunt qui redemptorem
non iam desiderant incar
natum sed in maiestate sua
per contemplationem in via orien
talis tres hinc et tres inde tha
lamos sunt iuxta psalmiste vocem
qui de eadem via verum nostrum redemptorem
dicit In circuitu eius tabernacula
eius. Sed pensanda nobis est sol
licita intentione quod dicitur quod men
sura una trium. Cum enim longe
sit a continentibus et tacentibus ex
cellentia predicatorum et valde a con
iugatis distet eminentia continentium
quid est quod una mensura dicitur trium
Coniugati quippe communis quod bene
agunt et omnipotentem Deum videre
desiderant domesticis tamen curis oc
cupantur et necessitatem cogente in utroque
metiri dividuntur. Continentes au
tem ab huius mundi actione remoti sunt
et voluptatem carnis etiam a licito
coniugio restringunt. Nulla quippe
mala filiorum cura nullis noxi
is ac difficilibus rei familiaris
cogitationibus implicantur. Predica
tores vero non solum a vitiis se
coherceant sed etiam ceteros alios
prohibent ad fidem ducunt et in stu
dio bone conversationis instruunt. Quo
modo ergo una eorum est mensura
quorum vite equalitas una non
est. Sed mensura una trium est
quia et si in eis meritorum magna
est diversitas tamen distantia in
fide in qua tendunt non est. Nam
eadem fides que istos solidat in ma
ximis illorum infirmitatem continet
in parvis. Sicut ergo trium una me
sura est quia in tribulatione ultima
communis eadem dignitas quibus non
sit una. Tamen omnibus erit vita beatitu
dinis. Unde et per semetipsum Dominus
dicit. In domo patris mei mansiones
multe sunt. Sed tamen qui in vineam
ducti sunt communis diversis horis ve
nerunt unum denarium perceperunt.
Quia itaque ratione queunt man
siones multe cum uno denario
nisi quia diverse quidem beatorum omni
um dignitates erunt. Sed tamen una
requies eterne retributionis. Nam
si et dispar erit iustum singulorum
non tamen erit diversitas gaudiorum.
Quia et si alter minus atque alius
amplius exultat omnes tamen unum
gaudium de conditoris sui visione

letificat Hoc quoque est sine dubio
bus seu de novis patribus sentiendum
Quia o rietalis via tum tres
hinc et tres inde thalamos ha
beat mensura una trium est quia
ipsa fides atque ipsum initium tenuit
corda precedencium que repleri cor
da sequencium sub testamento novo
positorum sicut et per paulum
dicitur Habentes autem eundem spiritum
fidei sicut scriptum est Credidi propter
quod locutus sum Et nos credimus
propter quod loquimur Spirituales
quippe illi patres omnipotentem deum
trinitatem ita esse crediderunt sicut
eandem trinitatem novi patres aperte
ys 6 locuti sunt Ysaias namque audivit
angelica agmina in celo clamancia
Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus sabba
oth Ut enim personarum trinitas mo
straretur tercio sanctus dicitur Sed una
esse substancia trinitatis appareat non
dominus sabbaoth sed dominus sabaoth
esse perhibetur Quod david quoque
similiter sentiens ait Benedicat
nos dominus deus noster et benedicat nos
deus Cum enim tercio dixissent ut
unum hunc esse ostenderet subdidit Et
Ro 11 metuent eum omnes fines terre Pau
lus quoque loquitur dicens Quia ex ipso
et per ipsum et in ipso sunt omnia
Ex ipso videlicet ex patre Per ipsum per filium
In ipso autem in spiritu sancto Cum ergo
tum dixisset tercio ipsum adiunxit Ipsi
gloria in secula seculorum Amen
Qui enim non dixit ipsis sed ipsi deo
et ipsum distinxit personas et subiun
gendo ipsi gloria non divisit substanciam
Quia itaque una est veterum ac no
vorum patrum fides trium thalamorum
describitur mensura una Cum ex
utris aliis replicat Cum subdit
Et mensura una frontium ex utraque
parte Ex utraque etenim parte est
mensura frontium quia patres nostri
vel prius antiqui vel nunc a novo
testamento venientes in una me
diatoris fide convenerunt Tum proce
quia caritate pleni sunt carnem
abstinencia edomant corda audi
encium predicacionis luce illustrant

Signa faciunt virtutes operantur Et
hoc quod eorum bona nobis foris
innotescunt ne dubito frontes
celestis edificii vocantur Quo
enim quod nunc in aperto ostenditur
frons est ut illud sit vestibulum
edificii quod nobis intus reseratur
Unde et sancte ecclesie in canticis
canticorum dicitur Sicut cortex mali
punici gene tue absque occultis tuis
Gene quippe sunt sancte ecclesie
spirituales patres qui nunc in ea mi
raculis choruscant et velut in
facie venerabiles apparent Cum
enim videmus multos mira agere
ventura predicere mundum perfecte relinquere
celestibus desideriis ardere sunt
cortex mali punici sancte ecclesie
gene rubentes Sed quod istud
omne quod miramur in illius
comparacione de qua scriptum est quod
oculus non vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit que preparavit
deus diligentibus se bene genis
miranter genas ecclesie subdit absque
occultis tuis ac si aperte dicatur
quasi que in te non latent mira
sunt Sed illa valde ineffabilia
latent Sequitur Et mensus est la
titudinem liminis porte decem cubitorum
Et longitudinem porte tredecim cu
bitorum Multa superius de porte si
gnificacione diximus iam Sed nunc
aliquid dicimus per quod possit
cetera lectoris prudencia penetrare
Dictum quippe est per portam scrip
turam sacram posse figurari Sed
hoc nobis modo laboriose di
scuciendum est Cur latitudo liminis
porte decem cubitis et longitudo
porte tredecim mensuratur Vocatur
longitudo loco porte altitudo quia
sicut nos longe stantes quandam
rem altam videmus Nam lon
gitudo porte dici intrantibus videri
potest tunc latitudo per decem cubi
tos demonstratur Quid ergo latitu
do liminis porte nisi lex veteris
testamenti fuit Et longitudo porte
nisi gracia testamenti novi Qua

e

ve scriptura sacra dominum per testamentum
vetus omnia opera compescuit
decimas precepit quasi per
mandata humilia in limitibus lati
tudinis latuit. Sed dominum per testa
mentum novum cogitationes pravas
coercuit dereliquit omnia et pro
vitam corporis iussit cum pro
zelo despici quasi portam in
longitudinis altitudine surrexit.
Nova quippe precepta ysrahelitico populo
per legem data sunt. Unde et ipse
per Moyses in campo locutus est.
Nova dominus sanctis discipulis
dixit. Unde et cor suum mandat vite
in monte docuit. Unde vos redem
tor noster per ewangelium dicit. Nolite pu
tare quoniam veni solvere legem aut
prophetas. Non veni solvere legem sed
adimplere. Adimplere enim veneat
legem qui legis iustitie graciam ad
didit ut quod illa iubebat divinitus
per spiritum adiuvaret in summis. Et
quod illa cohercebat ab opere ipse rese
caret a corde intellectum. Ergo lex
que in latitudine latuit in altitudinem
surrexit. Sed quia cum dei cognicio quasi
vivum in spiritualibus partibus fuit
ta omnium hebreorum populus non fuit
in omnipotentem deum scilicet trinitatem
quamvis prophete predicarent
populus ignorabat solum decalogum
tenebat in lege fidem trinitatis
nesciens quasi mensure porte latitudo
nobis porte decem cubitis quia
omnis ille populus subtilitatem dei
ignorans mandatis fruebatur deca
logi. Mensure vero longitudo por
te tredecim cubitis quia per testam
entum novum in corde fidelis populi
super mandato decalogi que veraciter
tenet cognitio trinitatis crevit
quod mandata legis perfecte quo
trinitatem esse omnipotentem deum
credidit. Ubi et queri convenit
cur istam latitudinem liminis
porte quam superius dixerat uno ca
lamo mensurari inferius subiungit
decem cubitis mensuram ac de
inde subdit quod longitudo porte
tredecim cubitis mensuratur. Unus
etenim calamus iam sicut sepe dictum
est sex cubitos habet et palmum. Decem
vero cubiti iam mensuram suam sicut
calamum tenent. Tredecim vero am
plius quam decem. Quid est ergo
quod prius uno calamo limen porte
post modum latitudo eius decem
cubitis ad extremum quod longitudo
porte tredecim mensuratur. Nisi
quod sancti patres quos per sacram
scripturam ante legem fuisse cogno
scimus unum quidem omnipotentem deum
scilicet trinitatem esse noverunt.
Sed eandem trinitatem quam cognove
rant aperte minime predicaverunt.
Cum eius iussionibus obedientes
et vite mundicia contenti. Quasi in
sex cubitis calamum habuerunt perfectorum
operibus et sepe angelos videntes ha
buerunt palmum contemplacionis.
Data autem lege rudis ille hebreorum
populus mandata decalogi servare
conatus est. Sed tamen de cognicione sancte
trinitatis eruditus non est. Et quam
vis hanc spirituales patres perfecte cogno
scerent multitudo tamen magna syna
goge nec invenire misterium trinitatis
potuit nec querere studuit. Superveni
ente autem gracia per testamentum novum
omnis fidelis populus unum deum trin
itatem esse cognovit et virtutem
decalogi in eius agnicione complevit.
Prius igitur limen porte mensuratur cala
mo uno post modum latitudo eius
cubitis decem atque ad extremum lo
ngitudo porte cubitis tredecim. Quia
et sancti patres ante legem activa
et contemplativa vita non defuerunt et
sub lege in decalogo populus divine
scientie misterium nesciens in mandatorum
latitudine fruitur. Et nunc sub gracia
custodiens virtute decalogi preceptis
omnis qui ad fidem venit sancte
trinitatis sacramenta cognoscit. Quamvis
in re nobis hoc quoque sciendum est
quia per incrementa temporum crevit scientia
spiritualium patrum. Plus namque Moy
ses quam Habraam. Plus prophete
quam Moyses. Plus apostoli quam prophete
in omnipotentis dei scientia eruditi sunt.
Fallor si hec ipsa scriptura non loquitur.

pertransibunt plurimi et multiplex erit
sciencia. Sed hec eadem que de Abra-
ham Moyse prophetis et apostolis diximus
et eiusdem verbis scripture si possumus
ostendamus. Quis enim nesciat quia
Abraham cum deo locutus est.
Et tamen ad Moysen dominus dicit
Ego sum deus Abraham et deus
Jacob et nomen meum adonai non
indicavi eis. Ecce plus Moysi
quam Abraham innotuerat quia de
se Moysi indicabat quod se Abra-
he non indicasse narrabat. Sed
videamus si prophete plus quam Mo-
yses divinam scienciam apprehendere potu-
erunt. Certe psalmista dicit Quomodo dilexi
legem tuam domine tota die medi-
tacio mea est. atque subiungit Su-
per omnes docentes me intellexi
quia testimonia tua meditacio
mea est. Atque subiungit Super senio-
res intellexi. Cum ergo legem medi-
tari se memorat et super omnes
docentes se ac seniores intellexisse
se testatur. liquet quia divinam scienciam
plus quam Moyses acceperat. Manifestat
Quomodo autem cursum sumus
quia plus sancti apostoli edocti sunt
quam prophete. Certe veritas dicit Multi re-
ges et prophete voluerunt videre que vos
videtis et non viderunt et audire que
auditis et non audierunt. Plus ergo
prophete de divina sciencia noverunt quam
quod illi solo spiritu viderant isti eciam
corporaliter videbant. Impleta itaque
Daniel 12 est ea quam superius diximus Daniel
sciencia. quia pertransibunt plurimi et
multiplex erit sciencia. Mensura ergo calami
quod sex cubitorum ad extremum surgit
in crescit. Quia quanto mundus ad extre-
mitatem ducitur tanto nobis eterne scien-
cie aditus largius aperitur. Sequitur Et
marginem ante thalamos cubiti uni-
us. Sicut sepe diximus thalami corda
electorum sunt. quos repleverit dei amore fervi-
da. Quid ergo per marginem ante thala-
mos nisi fides exprimitur. Quam nisi
prius quis teneatur. Nullo modo ad
spiritalem amorem pertingitur. Non enim
caritas fidem. sed fides caritatem precedit.
Nemo enim potest amare quod non
crediderit. Margo itaque est ante
thalamos. fides ante ardorem caritatis.
Quia sicut dictum est nisi ea
audita crediderit ad amorem eorum
que audierit minime inflammatur.
Sed margo ante thalamos cubiti
unius est. quia tunc fides recta
audientium deo in amorem copulat
quia per errores et scismata divisa
non est. Sed in unitate perducit
ut per marginem unius cubiti audi-
encium ad thalamum perducat. quia electi
sponsi spem quam hic predicat [illegible]
modum in celestibus demonstrat.
Ubi quoque bene subditur. Et cubitus
unius finis utrimque. Utrimque autem
dicit ac si dicat utriusque scilicet limine
porte. Per latitudinem quippe
et longitudinis porte veteris ac novi
testamenti diximus designari. Ad
extremum vero additur quod cubitus
unius sit finis utrimque. quia videlicet
testamentum vetus unum nobis medi-
atorem dei et hominum nunciavit. te-
stamentum novum eundem nobis indicat
in eterna claritate venturum quem iam
pro nobis cognovimus incarnatum.
Cubitus ergo unius finis utriusque est.
quia et ipsum lex predixit incarnatum
apparuit. et ipse quem nunc testamen-
tum novum loquitur in gloria manifestus
apparebit. et tunc utriusque finis est.
cum iustus in divinitatis sua potencia
omnia que sunt predicta complevit.
Ceptum namque est finis legis Christus
ad iusticiam omni credenti finis vero [illegible]
quem consumit. Sed quem perficit
eternum legem perficit non sicut legis
dixerat incarnatus apparuit. [illegible]
adhuc de eius iudicio multa novum
testamentum loquitur adhuc de regno
illius multa narrat. que necdum
videmus impleta. Certe quod
Evangelium legitur. Ventura nunciat
quando erit et novi testamenti [illegible]
cum ea que de se dominus promisit impleverit
consumetur. Ut testamentum novum [illegible]
et Nam cum ipse de regno loquitur [illegible]
eiusdem testamenti verba cessabunt. Quia
et sicut certe veri luminis dies [illegible]
tempus vernale prestolanti [illegible]
voce dicitur Surge propera amica mea
columba mea formosa mea et
veni. Iam enim yems transiit ymber
abiit et recessit. Flores apparuerunt

terra Hinc enim sancta ecclesia
vnaqueque electa anima celesti
sponso est amica per amorem. colum
ba per spiritum. formosa per morum
pulcritudinem que cum iam de corru
pcione carnis educitur ei paulo
ante hyems transiit. quia presentis vite
tempus abscedat. Imber abiit et
recessit. quia cum ad contemplandum
sua subeat omnipotentem deum eodem
ad iam laborum gutte necesse non
erunt vt pluvia dicat predicacionis
mundi. Nam que nunc audire
poterit amplius videbit. Flores appa
ruerunt flores in terra. quia cum de eter
ne beatitudinis vita quedam suavitatis
exordia pregustare anima ceperit
quasi iam in floribus odoratur
quos post eam egressa fuerit in fru
ctu vberius habebit. Vnde et illic
subditur. Tempus putacionis advenit.
putatione quippe sarmenta sterilia
ceduntur vt ea que prevalent vberius
fructum ferant. Nostre itaque putacionis
tunc advenit quando infructuosa
corrupcionis ac noxiam corrupcionem
carnis deserimus vt ad fructum anime
pervenire valeamus. Cum fructus no
cent vberimus. visio vnius cubitus
omnis est finis vtriusque quia vnus
quem dixit dominus singularis sum ego
donec transeam. Qui solus cum pre
nato sancto presidet in celo sicut
per vnitatis in edificio. Qui cum admo
dum impleverit legem per ministerium incarna
cionis et perfecte humilitatis sue ita testa
tur nobis promissa impleturus est
consumma gloriam claritatis sue. Hinc
nobis vnius cubiti mensura quoque arche
lata est. Archa enim que trecentis
cubitis fieri in longitudine iussa
est sexaginta vero in latitudine in
vno est cubito consummata. Quid
per archam nisi sancta ecclesia
figuratur. Que infimis ampla est
summis angusta. Que a trecentis
sexaginta ac triginta cubitis ad
vnum cubitum colligitur quia ab ea latitudine
que sed etiam in membris suis adhuc
inormitatibus paulisper angusta
in altum proficiens ad vnum tendit

spatium racio exigit vt credamus quod in
illa arche latitudine omnes bestie
cuncta quadrupedia atque reptilia
inhabitantibus fuerint. homo vero atque
volatilia minimis inferioribus. Iuxta
superiorem etenim partem fenestra fuit
in latere. De qua corvum et columbam
dimisit homo vt si iam diluvium transis
set aque cognosceret. Et quia archa
eadem in vno fuit cubito consummata
homo et volatilia iuxta cubitum fuerunt.
Recte itaque per archam omnis sancta ec
clesia designatur. que adhuc in
multis suis carnalibus lata est. In pau
cis spiritualibus angusta. Et quod ad
vnum hominem qui est sine peccato col
ligitur quasi in vno cubito consummatur. Videmus etenim multos intra
eiusdem sancte ecclesie sinum in
superbia erigi in carnis voluptate
dissolui in acquirendis terrenis re
bus inhiare superfluitate avaricia
maria transire. Resistere iracundie
iurgiis vacare. proximos quos preva
lent ledere. Sed quia adhuc eos
sancta ecclesia tolerat vt qui tantum
quasi in arche latitudine de orsu
bestie morantur. Videmus alios
qui iam aliena non querere illatam
iniuriam equanimiter portare rebus propriis
esse contentos similiter vivere. Sed isti
iam pauci sunt angusta archa.
Alios autem conspicimus etiam possessa
relinquere. Nullius terrenis rebus stu
dium dare. inimicos diligere carnem
a cunctis voluptatibus domare. mo
tus omnes sub racionis iudicio premere
per celeste desiderium et contemplacionis
penna sublevare. Sed quod tales quidem
valde rari sunt. iam archa iuxta
cubitum dilatatur vbi homines et vola
tilia continentur. Dicitur tamen signis
in eis esse vitat sine peccato etiam con
inveniri. Cunctis itaque homo sine peccato
est. nisi ille qui in peccatis conceptus
non est. In vno ergo cubito consummatur
Archa. Quia vnus est auctor et
redemptor sancte ecclesie sine peccato
ad quem et per quem omnes pertinent
qui se esse peccatores noverunt. Dicat
itaque de lumine et porta et cubito
vnus sunt vtrique. quia cum omnis

mediator dei et hominum homo christus
ihesus in maiestate sua apparuit
omnia utriusque testamenti que pre
dicta et promissa sunt compleuit
Si vero utrumque hoc loco magistrum
ac thalamos memorat neque hoc
ab hac sententia abhorret quia cum
iam maiestas redemptoris nostri no
bis ostensa sit fuit sunt fides tamen
iam cepit videre homo quod cre
didit Et ad finem suum peruenit
thalamum quia corda fidelium in
comparabiliter longe quam modo sunt
in amore illius proficiunt Cubitum
ergo unus finis utrimque est quia unum
dei et saluatoris visio in electis suis
fidem sunt et caritatem perficit Con
siderare libet qui nos sumus qui
ista tractamus Certe ex gentibus
venimus et parentes nostri lignorum
ac lapidum cultores fuerunt
Unde ergo hoc nobis ut ea que mo
do usque hebrei nesciunt Ezechielis pro
phete tam profunda misteria cerne
mus Agamus ergo gratias unigenito
... que de eo in sacro eloquio
scripta sunt opere impleuit ut
que audita intelligi non poterant
nisi prodirentur Ibi quippe incar
natio Ibi passio Ibi mors Ibi re
surrectio Ibi ascensio continetur
Sed quis nostrum hec audita crederet
nisi facta cognouisset Signatum
ergo librum sicut in Johannis apo
kalipsi legitur quem aperire et legere
nullus poterat leo de tribu iuda
aperuit quia omnia eius nobis
misteria in sua passione ac resur
rectione patefecit Et per hoc quod infir
mitatis nostre mala pertulit sic no
bis potentie ac claritatis bona mon
strauit Caro enim factus est ut nos spiri
tales faceret benigne inclinatus
est ut eleuaret exiuit ut introdu
ceret visibilis apparuit ut inuisibilia
monstraret flagella pertulit ut sal
uaret obprobria et irrisiones susti
nuit ut ab opprobrio eterno liberaret
mortuus est ut viuificaret Agamus

ergo gratias viuificanti et mortuo
bene salutem nostram et passioni
illius Isayas contemplatus ait
Ut faciat opus suum alienum opus
eius ut operetur opus suum peregrinum
est opus eius ab eo Opus enim
dei est animas quas creauit colligere
ad eterne lucis gaudia reuocare
flagellari autem atque sputis
illudi mactari mori ac sepeliri
non hoc in sua substantia opus dei
sed opus hominis peccatis qui hec
omnia meruit per peccatum Sed pec
cata nostra ipse pertulit in corpore suo super
lignum Et qui in natura sua tamen
semper incomprehensibilis in natura
nostra comprehendi dignatus est et
flagellari quia nisi ea que erant
infirmitatis nostre susciperet nunquam
nos ad sue fortitudinis potentiam
subleuaret ut ergo faciat opus suum
alienum opus eius et ut operetur
opus suum peregrinum est opus eius
ab eo Quia incarnatus deus ut nos
ad suam iusticiam colligeret dignatus
pro nobis est tanquam peccator homo
putare et alienum opus fecit ut
faceret proprium quia per hoc quod susti
nuit mala nostra substinuit nos que
creaturas illius sumus ad fortitu
dinis gloriam sic perduxit in qua
viuit et regnat cum patre in uni
tate spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum Amen

Memoratis superioribus thalamis
propheta subiungit quia thalami
sex cubitorum erant hinc et inde
Qua in re magna nobis questio
generatur Cum superius thalamum uno
calamo mensuratum dixit quia
videlicet calamus sex cubitos et pal
mum habere perhibetur atque nunc thalamos
sex solummodo dicit cubitis mensuratos
Si enim non calamo sed cubitis men
surati palmus deest qui superius
in mensura calami dicebatur
Sed si thalami sunt sensus atque

cogitationes fidelium in quibus caste
anime conditori suo in amore iun-
guntur ut sex cubitos perfecta operatio-
nis palmum vero inchoata contempla-
tionis exprimunt. Seu universalis ecclesie
discernimus membra conspicere et cuncta
venimus quia sunt in ea thalami
in calamo et sunt alii sex cubi-
tis mensurati. Nam fideles quidam
in illa omnipotentem deum ita amant
ut in opere facti sunt et in contempla-
tione suspensi. Hii perfecto calamum
in mensura habent. quia et sex cubitos
operis et palmum contemplationis pos-
sident. Quidam vero omnipotentem
quidem deum diligunt. et perfecte in
bonis operibus extenduntur. sed tamen
contemplari eius magnitudinem sub-
tiliori intellectu nesciunt. Amant
autem. sed investigare gaudia eius
claritatis ignorant. Hii itaque sex
cubitos habent et palmum non habent
quia eciam per amorem magni sunt
sed ex contemplatione diminuti. Et
tamen thalami post commemoratorum
calami unius hinc et inde esse refe-
runt. qui videlicet in amore auctoris
ac redemptoris nostri fideles anime
ex iudaico populo et ex gentilitate
venerunt. Unde et ipsum redemp-
torem nostrum cum azellum sederet ierusalem
iret sicut evangelica testatur alii
vestimenta sua sternunt in via. alii
autem frondes cedebant de arbori-
bus et sternebant in via. Et qui
preibant et qui sequebantur cla-
mabant dicentes. Osanna be-
nedictus qui venit in nomine domini.
Salvator etenim noster azellum se-
dens ierusalem tetendit. quia venit mundus
fidelis aiam regeret videlicet immundus
sed ad pacis intime visionem du-
ceret. Iumentum suum sedet et cum
sancte ecclesie universali presidet eam
in superne pacis desiderium accendit.
Multi autem vestimenta sua in via
sternunt. quia corpora sua per abs-
tinenciam edomant. ut ei iter ad
mentem parent et exempla bona
sequentibus prebeant. Alii autem

frondes vel ramos de arboribus ce-
dunt et sternunt in via. quia in doctri-
na veritatis verba atque sententias patrum ex
eorum eloquio decerpunt. ut hec in
via ad auditoris animum venientis humili
predicatione submittant. quia indigni
quoque et nos modo facimus. Ita enim
patrum sentencias in sermone exhortacionis
assumimus frondes de arboribus cedi-
mus et has in via omnipotentis domini
sternimus. Sed qui preibant et qui
sequebantur clamabant osanna.
Precessit quippe iudaicus populus.
secutus est gentilis. Et quia omnes
electi sive qui in iudea esse potuerunt
sive qui nunc in ecclesia existunt
et in mediatorem dei et hominum cre-
diderunt et credunt. precedunt et con-
sequuntur. osanna clamabant. Osan-
na autem latina lingua salva nos
dicitur. Ab ipso enim salutem et po-
pulus eius quesierunt. et presentes querunt
et benedictum qui venit in nomine
domini confitentur. quia una spes una
fides est precedencium atque seque-
ncium populorum. Nam sicut illi
expectata passione ac resurrectione
eius sanati sunt. ita nos preterita
passione illius ac permanente in
secula vite salvamur. Qui enim patres
nostri ex iudaico populo crediderunt atque
amaverunt venturum. hunc nos et
venisse credimus et amamus. cuius
desiderio accendimur ut eum facie
ad faciem contemplemur. Thalami
ergo eius hinc et inde sunt. quia
corda amancium fidem que illos
est et a priore parte seculi et a bre-
vitima complectuntur. Sequitur. Et
mensus est portam a tecto thalami
usque ad tectum eius latitudinem viginti
et quinque cubitorum. Sepe iam diximus
porta nomine fidem nostram creatoris ac
redemptoris nostri mediatoris dei et
hominum ihesum christum posse signari
quia per fidem que in eo est in-
troitus ad vitam patet. Sed eciam
scriptura sacra que nobis eandem
fidem in redemptoris nostri intellectu
aperit. non inmerito porta accipitur
quia ea ut oculos cognita ad intelli-
genda invisibilia intramus. Si
igitur hoc in loco ut prediximus porta

Ezech. ca.
35

scriptura sacra accipi[tur] quae needum
nobis est, quae per tertium thalami
quae per tertium portae signetur. Sed
thalamus tertium quia occulta
est mens amantium, et adhuc sibi
velut amoris in occulto est. Sed et
porta tertium, quia scriptura sacra
tota quidem propter nos scripta est, sed
non tota intelligi a nobis [potest]. Mul-
ta quippe in illa ita aperte scripta
sunt ut pascant parvulos; quaedam
vero ita obscurioribus sententiis ut
exerceant fortes, quatenus cum labore in-
tellecta plus grata sint. Non nulla
autem in ea clausa sunt, ut dum
ea intelligimus agnoscentes ipsius
nostrae caecitatis ad humilitatem magis
quam ad intelligentiam proficiamus.
Sunt enim quaedam quae ita de caelesti-
bus loquuntur ut soli[s] illis supernis
civibus in patria sua consistentibus
pateant, nec dum [autem] nobis peregri-
nantibus reserentur. Nam si quis ad
urbem incognitam pergens multa
de illa in via audiat, quaedam quidem
ex ratione colligit, quaedam non, quia
needum vidit, [nec] ullo modo cognoscit.
Ipsi vero cives qui in ea sunt, et
quae de illa tacentur et quae de illa
dicuntur intelligunt. Nos igitur
adhuc in via sumus, multa de illa
caelesti patria audimus. Alia iam
per spiritum et rationem intelligimus, quaedam
vero non intellecta veneramur. Unde
et de eodem sacro eloquio scriptum est:
Extendens caelum sicut pellem, qui
tegis aquis superiora eius. Caelum
quippe sicut pellis extenditur, quia
per ora mortalium scriptura sacra
variis in expositionibus explicatur.
Sed et sunt aquae in caelo superiores,
videlicet multitudines, id est angelorum agmina,
in quibus eius caeli teguntur supe-
riora, quia ea quae in sacro eloquio
altiora et obscuriora sunt angelicis
solum modo spiritibus patent, ut no-
bis adhuc incognita perdurant.
Sed ergo thalamus tertium, quia mens
sit adhuc proximus, quantum caritur
a proximo. Porta quoque, id est sacri
eloquii, sed tertium, quia needum
omnia penetrare ad intellectum
possumus quae de caelestibus audimus.
Restat ergo ut in his quae intelligi-
mus profectu cottidie caritatis ampli-
emus, et quamvis in nobis proxi-
mo non videant, quantum diligimus
a nobis atque in sacro eloquio a[nobis]
quae needum intelligimus humiliter
veneramur. In his tamen ad quae
intelligenda pervenimus dilatari per
bona opera debemus. Unde et
Et mensus est portam a tecto tha-
lami usque ad tectum eius latitudinem
eius viginti quinque cubitorum.
Quinque enim carnis sensibus praediti
sumus, videlicet visu, gustu, olfactu, au-
ditu atque tactu. Sed dum vos in-
terius unusquisque per semetipsum multi-
plicatus ad vicesimum et quintum
numerum surgit. Quia autem extra
quidem de mandatis caelestibus sic
istius corporis quinque sensibus re-
videmus, hys quippe officiis sive
iudex animus intus praesidet et
extrinsecus agere iuste vel inconditi-
possit, quasi iste officiis veniat adque
ac de singulis agnoscit. Cum
ergo timore omnipotentis domini an-
impletur, necesse est ut quinque no-
sensus nobis velut subiecta ci-
vitas in bona operatione desudant,
spiritum accipiens terrenis non indiget.
et si hic non habet. Ille enim pauper
est qui eget eo quod non habet.
Nam qui et non habendo habere non appe-
tit dives est. Paupertas quippe in
inopia mentis est non in quantitate
possessionis. Nam cui cum paupertate
bene convenit non est paup-
per. Centenarius ergo numerus latitudinem
a facie porte interioris usque ad fron-
tem atrii interioris extrinsecus centum

cubitos. Quia redemptor quotidie
per magistros atque doctores dominus suis
perfectionis metitur vitam fidelium
vel in exhibitione operis boni per
fidem vel in sanctis desideriis per
contemplationem. Multi enim viden-
tur in fide positi magna operari. sed
in centum cubitis non mensurantur.
Quia per ipsa que faciunt terre-
nam gloriam querunt. Et quidam in-
veniuntur per abstinenciam cruciari ge-
mitibus insistere. Sed eorum men-
sura ad centum cubitos minime du-
citur. Quia in hiis que agunt
ab humano iudicio favores requi-
runt. Quis ergo est qui per centum
cubitos mensuratur. nisi is cuius bo-
na operacio recta intencione ornatur.
ut in eo quod agit non ad terrena
lucra appetenda aut ad laudes hu-
manas reflectatur. Certe enim miseri-
cordiam proximis exhibere. possessa largi-
tum [illegible] indigentibus tribuere
latitudo in facie porte interioris
est. sed si tua das et aliena non
appetas. si eternam gloriam de
bono opere non requiras. recte
centenarium numerum in de perfectione
mensurans. Nam qui videtur
dare misericorditer propria et rapit fortasse
violenter aliena iste adhuc lu-
que sit via perfectionis ignorat.
Nec cognovit unde ad perfectionem
tenditur. Quia nec ipsum cen-
tum invenit prius enim appetitum
avellere a mente debuit. et postea
que iure possidet largire. Unde scri-
ptum est. Declina a malo et fac
bonum. Quid enim prodesse bonum
facit. qui nec dum a malo decli-
navit. Et sunt quidam qui sicut
dictum est ab alienis abstinent
carnem cruciant. Sed tamen si pri-
us fuerint cognoscunt. quia
ad mundi gloriam alienat extri-
frontem atrii interioris [illegible]
Sed per centum cubitos non men-
surantur. Hii ergo de numero perfectionis si-
de quibus per prophetam dicitur. Quia ce-
nes [illegible] ad umbram [illegible]

cinfecerit. Et quamvis qz no dr q inm
sub. sed extrinsecus ista imdsuran
ua vz et redemptor nr tiny per
us fitad hoim uel appbat ul in
dat no intrinsecus. sed extrinsecus
ntitur. Unde et per dnm dict
fructibus eorum cognoscetis eos
eu eum per hoc qz videmus ag
mus opantur aim que no vide
ms sine latitudine. que e dsaac
re inferioris siue atri frontem
floris extrinsecus inctum. Cu enim
os conspicimus largi elemosina
alicto gurre. nichil eos in hoc
udo gle querere in illius compe
d inhiare / atqz alios videmus
arnem domare. laciuns insiste.
vs celestibus ocupari. nil transito
honoris appete. Quid aliud de
bemus nisi eos pfectos crede. scos
cmare. Quia ergo hc quod aspicimus
de eos pfectos videmus. cordi vitam
r eciam tubitos extrinsecus inctu
ur. Et quia multi in iudea pleri
in gentilitate positi ad hanc per
comis summa venerint recte sub
itur ad orientem et aquilonem
idayeis etenim ppsus oriens iue
ctus est. De cuius carne ille natus
qui sol iusticie vocatur. De quo
r pphami dicitur. Vobis aut qui
tenis deum orietur sol iusticie.
r aquilone vero gentilitas figa
r q diu in pfidie sue frigore
rpuit. Et in cuius corde ille regi
r qui attestante ppha aput semz
m dixit. Ponam sedem meam
a aquilonem. Qui itaqz mrartis
mus omnipotens alios pfectos ex
dea. alios pfectos ex gentilitate
tra sanctam ecclesiaz fecit centru
bitos non solum ad orientem ine
b est. Sed eciam ad aquilonem. Sed
na sub aquilonis nomine de gen
titate hinc se intulit / considerare
et quantum sr nos effusa sunt
vera creatoris nri / Omnes enim
os ex gentilitate venimus. Antiqui
ues nri lignis et lapidibus
uebant et delinquentes deum

a quo facti sunt deos venerati sunt
quos fecerunt. Nos aut per omnipotentis
gram dei ad lucem de tenebris
reducti sumus. Recolamus ergo
de quibus tenebris venimus. Ut de
luce quam accepimus gras agamus
Nec enim diuinam iuriam intelligit
qui sue misie memor non est. Und
et p pstaz dr . . . sicta iuias tuas
qui saluos facis sperantes in te. Qui
enim nobis dei iuie mire sunt cum
nobis ad memoriam misie nostre
reuocant. Quia recolentes quid
fuimus intelligemus tamen debemus
q sumus. Laudemus itaqz conditori
creatori nro / quia de hiniao creature
colla inetis excussimus. Gaudeamus
in nobis impletum esse. quod per ysayam
dictum e. Et frenum erroris
quod erit in maxillis pplorum canticum
erit nobis sicut vox sctificate
sollempnitatis. Frenum quippe
erroris maxillas pplorum constrinxerat
qm ydolorum errorum obligata
gentilitas deo vo confessionem
laudem dare nesciebat / Sed hc ipm
erroris frenum idem nobis in canticum
versum est / cum gaudendo psallimus
atqz cantamus. Omnes dii gencium
demonia. Dns aut celos fecit
Et rursum / Simulacra gencium argentum
et aurum opa manuum hominum.
Os hnt et no loquentur. Oculos habent
et no videbunt. Aures hnt
et no audiunt. nares hnt et non
odorabunt. Manus hnt et non
palpabunt. pedes hnt et no ambulabunt.
Cum itaqz omnipotenti deo
hec psallendo dicimus ipm erroris
freni ad quod a laude dei ora nra
ligabat deo dno canticum fecimus.
Bene aut dicitur sicut vox sctificate
sollempnitatis. Quia dum confessionis
laudem deo reddimus in sanctificata
sollempnitate gaudemus. Respondeamus
ergo moribus tante misie redemptoris
nri / et qui lucem cognouimus.
prauorum opm tenebras declinemus /
Sed est iam rogo quod in hoc mundo
libeat. Ubi luctus aspicimus undique
gemitus audiuimus. Destructe vrbes
eursa sunt castra depopulati agri
in solitudinem terra redacta e. Nullus

-p̄s 30

Huius cap(itu)li d(e) gr(ati)a dei
q(uia) vocavit nos de
tenebris ad lucem . . .

in agris incola, pene nullus in
urbibus habitator remansit. et
tamen ipse parue generis humane
reliquie adhuc cottidie et sine
cessatione feriuntur. et finem non
habent flagella celestis iusticie quia
nec inter flagella correcte sunt
actiones culpe. alios in captiuitatem
duci, alios detruncari, alios interfi-
ci. Quid est ergo quod in hac vita li-
beat fratres mei? Si et talem mundum
adhuc diligimus non iam gaudia
sed vulnera amamus. Ipsa autem que
aliquando mundi domina esse videbatur
qualis remanserit Roma conspicitis
innumeris doloribus multipliciter
attrita, desolatione civium, oppressione
hostium, frequentia. Ita ut in ea com-
pletum esse videamus quod contra ur-
bem Samariam per hunc eundem
prophetam longe superius dicitur: Pone ol-
lam, pone inquam et mitte in ea

Ezech 24

aquam et congere in frustra
eius in eam. et paulo post: Effer-
buit coctio eius et discocta sunt
ossa illius in medio eius. atque iterum:
Congere ossa que igni succendam
Consumentur carnes et coquetur
universa compositio et ossa ta-
bescent. Pone quoque eam super
prunas vacuam. et ut incalescat
et liquefiat es eius. Tunc enim
nobis olla posita est, cum hec
est civitas constituta. Tunc in eam
aqua missa est et frusta eius
congesta sunt, quando ad eam undi-
que populi defluebant, qui velut aqua
calente actionibus mundi fervescerent
et quasi frusta carnium in ipso suo fer-
vore liquarentur. De qua bene dicitur:
Efferbuit coctio eius et disco-
cta sunt ossa illius in medio eius.
Quia prius quidem in hac vehemen-
ter incaluit actio glorie secularis,
sed postmodum ipsa gloria cum suis
sequacibus defecit. Per ossa etenim
potentes seculi, per carnes vero populi
designantur. Quia sicut carnes
portantur ossibus, ita per potentes seculi
infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam

de illa omnes huius seculi potentes ablati
sunt. Ossa ergo excocta sunt. Ecce populi
deficiunt. carnes eius liquefacte sunt.
Dicatur itaque: Congere ossa que igni succen-
dam, consumentur carnes et coquetur
universa compositio eius, ossa tabescent.
Ubi enim senatus? ubi iam populus? Conta-
buerunt ossa. Consumpte sunt carnes.
Omnis in ea secularium dignitatum
ordo extinctus est. Excocta est univer-
sa compositio eius. Et tamen ipsos nos
paucos qui remansimus adhuc cotti-
die gladii, adhuc cottidie innumere
tribulationes premunt. Dicatur er-
go: Pone quoque eam super prunas
vacuam. Quia enim senatus deest, po-
pulus interiit, quia tamen in paucis
qui sunt dolores et gemitus cotti-
die multiplicantur, iam vacua ardet
Roma. Sed quid ista de hominibus
dicimus cum ruinis crebrescentibus ipsa
quoque edificia eius destrui videmus.
Unde et apte de civitate iam vacua
subditur: Incalescat et liquefiat
es eius. Iam enim et ipsa olla consu-
mitur in qua prius carnes et ossa consume-
bantur, quia postquam defecerunt
homines, etiam parietes cadunt.
Iam sunt qui in eius aliquando gloria
letabantur. Ubi eorum pompa? ubi
superbia? ubi frequens et immoderatum
gaudium? Impletum est in ea quod contra
destructam Niniven per prophetam dicitur: Ubi
est habitaculum leonum et pascua catulo-
rum leonum? Nonne eius duces et
principes leones erant, qui per
diversas mundi provincias discurrentes
predam sevientes et interficiendo rape-
bant. Hic leonum catuli inveniebant
pastum, quia pueri adolescentes iuvenes
seculares et secularium filii huc
undique concurrebant, cum proficere in
mundo voluissent. Sed ecce iam
dissoluta vel desolata contri-
ta est gemitibus, consumpta est. Iam nemo
ad eam currit ut in hoc mundo
proficiat. Iam nullus potens et vio-
lentus remansit qui opprimendo
predam diripiat. Videamus ergo:
Ubi est habitaculum leonum et pascua
catulorum leonum? Contingit

de iudea nominis per prophetam dicitur
Dilata calvicium tuum sicut aquila.
Calvicium quippe hominis in solo capi-
te fit solum. Calvicium vero aquile in
toto fit corpore. Quia cum valde senu-
erit penne eius ac pennule ex omni-
bus membris cadunt. Calvicium
ergo suum sicut aquila dilatat quia
plumas perdidit que populum amisit. Ala-
rum quoque penne ceciderunt cum quibus
volare ad predam consueverat. Quia
omnes eius potentes extincti sunt
per quos aliena rapiebat. Hec autem
nos de romane urbis contricione
diximus in cunctis mundi civitatibus
agnoscimus. Alia etenim loca clade sunt dis-
luta sunt. Alia gladio consumpta.
Alia fame cruciata. Alia terre hiati-
bus absorpta. Despiciamus ergo ex toto
animo hoc presens seculum vel extinctum
finiamus mundi desideria saltem cum
mundi fine. Imitemur bonorum facta que
possumus. Apud enim orientem et aqui-
lonem multi sunt qui per perfectionem
centum cubitis mensurantur. Ex
da enim et utilitate sicut dictum est
de sanctitatis culmine extremum. Quamvis
intelligi per orientem et aquilonem
quo iusti et peccatores possunt. Oriens
nempe ne dominite iusti nominantur qui sic
in luce fidei nati sunt ut innocentiam
custodierunt. Per aquilonem vero pec-
catores accipimus qui in meritis fri-
gore delapsi sub peccati sui umbra
torpuerunt. Sed tamen omnipotens di-
vina et tales ad penitentiam revocat con-
versionem et lacrimis lavat virtutibus
ditat et usque ad perfectionis culmen sub-
levat ne ad orientem centum cubiti
sed etiam ad aquilonem ducuntur quia
cum iustis et peccatores per dona et
gratiam ad perfectionem veniunt largiente
eo domino nostro ihesu christo qui cum vivit
et regnat cum patre in unitate spi-
ritus sancti deus per omnia secula seculorum amen

Magna legentium debet esse discre-
tio ut in sacro eloquio cum
quibus verbis sermo dicitur non semper
unam eandemque rem significare credat
sicut autem sol in bono aliquando in ma-
lo accipitur. Solis enim nomine quando
signatur dominus aliquando persecutio. At-
testante enim libro sapientie impii in
inferno dicturi sunt: Erravimus a
via veritatis et sol iusticie non illuxit
nobis. Et de iactis seminibus dominus
dicit: Orto sole cum ardore aruerunt.
Quia nimirum persecucione in reprobo-
rum cordibus predicatoris verba
siccantur. Sic leo dominum signat
unde scriptum est: Non iugabis bovem
et asinum, id est sapientem cum stulto in
predicatione non sociabis. Sic per
leonem fatuus figuratur sicut de eo
qui in turpitudinibus amore captus est
dicitur: statim quod eam sequitur quasi
bos ductus ad victimam, id est sicut fa-
tuus trahitur ad mortem. Hec ideo
dixi ne quis portam significare dominum
vel predicatores vel scripturam sa-
cram vel fidem exposui. Ubicumque
iam in hoc propheta porta legitur
aliud non credatur. Cum enim de
una porta propheta diutius loquitur
recte fides intelligitur. Quia una
est electorum omnium fides. Cum vero
alie nominantur intelligi sicut ora-
tiones longe superius dictum est predicatorum
precepta per que vera vita cognoscitur
et per que ascenditur ad sacramentorum
spiritalium cognicionem. Nam porta
per quam signatur fidem diximus exterior
nobis est quia inferior appellatur
In hac enim vita dum sumus quasi
in imo positi adhuc infirmius tene-
mur et recte inferior porta fidei
est quia nobis in terra positis ap-
perit cognicionem dei. Itaque interior
Portam vero que respiciebat viam
aquilonis atrii exterioris mensus
est tam in longitudine quam in la-
titudine et thalamos eius tres
hinc et tres inde et frontes eius
et vestibulum eius secundum mensuram
porte prioris quinquaginta cubitorum
longitudinem eius et latitudinem
xxv cubitorum fenestre autem eius
et vestibulum et sculpture secundum
mensuram porte que respiciebat
ad orientem et septem graduum erat

ascensus eius et vestibulum an(te) ea
de porta que respiciebat viam aqui
lonis atrij exterioris ea ipsa repli
cantur que iam de porta alia supe(rius)
dicta sunt Atque alia subiungitur
que de predicta porta prophetia tace
bat vt ergo de hijs latius disseram
que nec dum discussa sunt de eis
ea que iam dicta sunt sub bre
uitate replicare Porta etenim viam
aquilonis respicit cum predicator
quisque vitam peccatoris cognoscit ei
que interiora vite per verbum predicacionis
aperit Que porta atrij exterioris dicitur
Exterius quippe est atrium vita pre
sens in qua omne quod corporaliter
agitur corporaliter etiam videtur Cete
rum in longitudine quam in latitudine
mensuratur Quia cum ad fidem
peccator ducitur Necesse est vt eius do
ctor consideret vel quantum in lon
gitudine spei vel quantum in latitudine
caritatis ex eius ammonicione proficiat
Qui enim conuertitur ad deum si ad
huc bona vite presentis sperat lon
gitudinem non habet quia breuis est
vita in qua spem posuit Qui per
terrenarum rerum concupiscentiam etiam ad
huc per proximi odium coangustatur
latitudinem non habet et quia nescit
vel transitoria contempnere vel se
in proximi amore dilatare Cum
vero conuersus quisque eterne vite
gaudia longanimiter sperat proxi
mi molestias cum caritate tollerat
et ea que non habet concupiscere con
tempnit longitudinem et latitudinem
porta habet quia gloria predicatoris est
profectus auditoris Unde quibusdam
per magnum predicatorem dicitur Gaudi
um meum et corona mea et rur
sum Ecce nunc viuo si vos statis
in domino atque iterum Que est
enim nostra spes aut gaudium nonne
vos ante deum Longitudo ergo et
latitudo porte est que ad aquilonem
respicit quia cum infidelem quempi
am in peccato suo frigore torpentem
predicator ad fidem conuertit per
hoc quod eum in longitudinem spei

tendit et in amplitudinem carita(tis) di
latat eius gloriam suam facit Et (a)
in cognicione sancte trinitatis ex bo(na)
predicacionis auditores quinque de(i)
trinitatis amore proficiunt Hec habet ea(dem)
porta thalamos tres hinc et
tres inde Quia omne quod per
testamentum nouum de trinitate
doctor loquitur hoc et de testamento
veteri ondit et cor audiencium
amore celestis patrie proficit vt
inherens deo quasi sponsa cum sponso
in quodam iam thalamo sedeat
atque a terrenis se desiderijs fun
ditus auellat Vel certe vt longe
superius dictum est Quia tres sunt
ordines bene viuencium coniugatorum
scilicet coniugatorum continencium atque predi
catorum Et quia alij etiam in con
iugijs positi amore celesti pre
euelant Alij autem spe et ingiu(iu)
dijs et carnem macerant Omnes
actus terrenos refugiunt et in(hu)
ius seculi implicacione tempus
Alij vero et terrena bona despiciunt
et celestia gaudia predicant qui
cognouerunt Quia isti in isto spiri(tuali)
edificio thalami sunt in quo
cogitacione et meditacione anima cri
sti sponso sociantur Quos tres
horum ordines quia non solum
ecclesia ex gentibus habet sed alium
etiam synagoga habuit dum m(agna)
multitudo spiritualium patrum redemp
toris graciam ardenter expectat por
ta celestis edificij tres hinc et
tres inde thalamos habet quia predica
tor quisque cum ad superna patriam
auditorem prouocat et vos prece
dentes anhelasse celesti desiderio
monstrat plus eum plerumque exem(pla)
quam exhortaciones verba compungunt
Cum predicator dicit quales alij
coniugio vel in continencia vel
predicacione gratia omnipotentis dei an(te)
rem in nouo testamento fuerint
alij quales in veteri Porta quoque
thalamos ex vtroque latere habere se
Ere que porta habet tres frontes Quia

in praedicatoris vita aperta opera cer-
nuntur. Et ante frontem vesti-
buli, quia prius quam bona opera
innuat praedicat fidem per quam
anima humiliter veniens ad bonorum
operum altitudinem sublevatur. Nec
incongrue secundum mensuram portae porti-
cus. Iuxta hoc quod subditur: Quinquaginta cubitorum
longitudinem eius et viginti quinque
cubitorum latitudinem. Et iam superius
me dixisse memini, per quin-
quagenarium enim numerum requiem dixi
signari. Quia et quinquagesimus annus
plebi in requiem datus est, qui
appellatus est iubileus, quia septena-
rius numerus per quem hoc omne tempus
evolvitur, septies multiplicatus ad
quadraginta et novem ducitur. Cui
monas additur, quia in unius
contemplatione requies aeterna perficitur.
Porticus ergo quadragenarius numerus nos
longitudinem est, quia pervenire ad
requiem nec per ...qui ad
... spe suam mentem tendere longanimes.
Quia enim per quinquagenarium num-
erum aeternam requiem prospicimus, quia haec
omnia instruunt quod in tabernaculo
decem cortinae ... iussae sunt fieri
... ansulas quinquagenas et
circulos aureos quinquagenos a latere
... cortinae tabernaculi. Cor-
tinae sanctae ... sunt quae ex diversis
colorum coloribus in sancta ecclesia cor-
da ... Quae et interiora vela-
mina omnino exornant quia cor-
da ingenio videntur et nam ... et
intellectu intus abscondunt. Dum
... in ... et ... non
... in eis aliquid velamen. Recte
autem decem cortinae sunt quia per decem
... custodiam ipsa sanctorum corda
... Iacinctinae vero ansulae cor-
tinarum fieri quinquaginta praecepta sunt
... caeli speciem habet. Ansulae ergo
... sunt praecepta caelestia in
quibus ligantur animae ut ab infimis
... sublevatae superius pendeant. Nec
... ansulae hinc et circulos aureos
... id est vera sapientia fulgentes. Qui

intellectus quia de eo per omnia circumspe-
ctus et cautae sollicitudinis vigilantia
muniuntur, recte per circulos designatur.
Et notandum quod a latere et summitate iubentur
ansulae vel circulum cortinis fieri, quia
praecepta caelestia et intellectus spiritalis
non solum nos debent sursum in dei
amorem suspendere, sed etiam proximo
in caritate sociare. In eo enim quod con-
ditorem nostrum diligimus, quasi per
superiores ansulas desursum pendemus.
In eo vero quod proximos sicut nosmet
ipsos amamus, ansulas et circulos a
latere habemus. Ut cortinae tabernacu-
li, id est fidelium animae, per caritatem
coniunctae sint, quia non per discor-
diam divisae. Unde et hic primo
longitudinem quinquaginta cubitorum,
post latitudo hic subiungitur viginti
et quinque cubitorum, quae videlicet latitudo
ad caritatem proximi pertinet. Ipsa enim
in fraternum amorem se dilatat atque ea
cos omne quod per boni operis ex-
ercitium. Cuncta autem bona opera quae
corporaliter fiunt, per quinque corporis sensus
exhibentur, videlicet per visum, auditum,
tactum, gustum, odoratum. Quinarius
vero numerus per semetipsum ductus ad
vicesimum et quintum pervenit. Quia
bona opera cum agi coeperint praeterno
rem animi ad augmentum excitant
et per semetipsa multiplicant. Unde
et latitudinem in re etsi faciunt. Omnis
sit angusta per corporum, sed expa-
nsa in bonis actibus per caritatem.
Omnis enim corporis tempore angustia
est. Omnibus vero benignitatis caritatis
magna latitudo. Nam et si res
desunt quae fortasse indigentibus praerogari
debeant, ampla est semper voluntas
bona, quae sufficit ad regni retri-
butionem, sicut scriptum est: In terra
pax hominibus bonae voluntatis. Deinde:
Et fenestrae autem eius et vestibulum
et sculpturae secundum mensuram portae
quae respiciebat ad orientem. Cuncta
haec iam superius latius dicta sunt, et
idcirco secundo nec debet morosa exposi-
tione tardari. Hoc tamen magnopere
notandum est quod porta ad aquilonem eadem

d

hic prohibetur que porta ad orientem
fenestras scilicet contemplationis vestibulum
humilitatis sculpturas bone operationis
Omnes enim qui per hoc quod deo in eo
versatione nati sunt in innocentia
persistunt portam ad orientem habent
quia eis celestis regni aditus patet
a lumine quod acceperunt. Et omnes qui
in peccato postmodum lapsi torporis
sui frigore sunt depressi. Sed dum
ex penitentia redeunt ad amorem celestis
patrie recalescunt portam ad a
quilonem habent quia eis etiam post
peccata sui frigora celestis regni ad
itus per penitentiam patet. Ea ergo dicitur hic
porta ad aquilonem que scilicet et por
ta ad orientem. Quia et conversi
peccatores sic ditantur virtutibus sicut
illi sunt divites qui casum in peccato
intraverunt. Unde et psalmista voce
per divinam dicit. Cinerem tanquam panem
manducabam quia sic penitentes re
cipit ut iustos septimum quippe de
peccatoribus olim in exilio eterne
penitentiam egissent. Cinis ergo sic pa
nis comedit qui ad amaritudinem sui
gravia peccata per penitentiam sicut inno
centes renovantur. Porta igitur ad aquilo
nem habet fenestras habet vestibulum
habet sculpturas. Quia cum peccator ad
vitam post culpas reducitur sepe lu
mine contemplationis accipit atque de ipsa
memoria iniquitatis sue gravia ma
gne humilitatis bone quoque operationis
efficacia sumit. Ut omne quod fe
cerit in vita eius quasi sculptum
esse videatur. Septem vero graduum
erat ascensus eius et vestibulum an
tea. Septem gradibus ad portam
ascenditur quia per sanctum spiritum septifor
mem gratiam aditus nobis vite cele
stis aperitur. Quam septiformem gratiam
Ysaias in ipso nostro capite vel in
eius corpore quod nos sumus enu
merat dicens. Requiescet super eum
spiritus sapientie et intellectus spiritus con
silii et fortitudinis spiritus scientie et
pietatis et replebit eum spiritus timoris
domini. Sed nobis gradus de celestibus
loquens descendendo magis quam ascende

do numeravit vero sapientiam et intellectum con
silium fortitudinem scientiam pietatem
timorem. Et cum scriptum sit. Initium
sapientie timor domini constat procul dubio
quia a timore ad sapientiam ascenditur.
Non autem a sapientia ad timorem reditur
quia nimirum perfectam habet caritatem sa
pientia et scriptum est perfecta carita fo
ras mittit timorem. Propheta ergo quia
de celestibus ad yma loquebatur cepit
magis a sapientia et descendit ad timo
rem. Sed nos qui a terrenis ad celestia
a tendimus eosdem gradus ascendendo
numeremus ut a timore ad sapientiam
pervenire valeamus. In mente etenim
nostra primus ascensionis gradus est ti
mor domini. Secundus pietas. Ter
tius scientia. Quartus fortitudo. Quintus consilium
Sextus intellectus. Septimus sapientia.
Est etenim timor domini in mente. Sed
qualis iste timor est si cum eo pie
tas non est. Qui enim misereri
ignorat qui ad pati eius tribulatione
dissimulat huiusmodi timor ante omnipotentis
dei oculos nullus est qui non suble
vat ad pietatem. Sed sepe pietas
per inordinatam misericordiam errare solet
si forte pepercerit que parcenda non sunt
peccata enim que ferri gehenne igni
bus puniri disciplina sunt verbere co
rrigenda. Sed inordinata pietas
temporalia parcit ad eternum supplicium
pertrahit. Ut ergo vera et ordinata sit
pietas ad gradum est alium sublevanda
id est ad scientiam ut sciat vel quid ex
iustitia puniat vel quid ex misericordia di
mittat. Sed quid si sciat quid agere
quisque debeat virtutem vero agendi
non habeat. Scientia ergo nostra crescat ad for
titudinem ut cum videt quod agendum
sit hoc agere per mentis fortitudinem
possit ne timore trepidet et pavore
collapsa non valeat bona defende
re que sentit. Sed sepe fortitudo si im
provida fuerit et minus contra vitia
circumspecta ipsa sui presumptione in
casum ruit. Ascendat ergo ad con
silium ut providendo premuniat
quod agere fortiter potest. Sed consilium

C

…on pr. si intellectus deest. quia qui
…m intelligit malum quod agere
…m grauat. quomodo per bonum sol
…re ut adiuuat. Itaque a consilio
…cendamus ad intellectum. Sed quia
…tellectus magno quidem acumine
…pleret et moderari se nesciat proxima
…litatem. Ab intellectu ergo ascendatur
…d sapientiam ut hoc quod acute intelligi
…venit sapienter maturitate disponat. Qua
…itur per timorem surgimus ad pieta
…r pietate ad scientiam ducimur. per
…iam ad fortitudinem roboramur
…r fortitudinem ad consilium tendimus
…r consilium in intellectum proficimus
…r intellectum ad maturitatem sapientie
…ucimus. septem gradibus ad por
…m ascendimus, per quam nobis
…itus vite spiritualis aperitur. Bene
…e dicitur quia vestibulum erat an
…m. quia nisi prius quis humilitati
…it ad hos gradus donorum spiritualium
…d non ascendit. Sicut scriptum est
…uper quem requiescet spiritus meus
…si super humilem. et quietum et
…ementem sermones meos. De quo
…r psalmista dicitur. Ascensiones in corde
…o disposuit in conualle lacrimarum
…onuallis quippe humilis locus est.
…pectus quisque dum se humiliat in per
…us affligit in corde per ascensum
…irtutum proficit. Qui rursus ait. E…
…ittis fontes in conuallibus. Quia
…mnipotens deus dona spiritualis gratie hu
…ilibus prestat. Potest quoque per
…estibulum fides intelligi. Ipsa quippe
…e ante gradus et portam. quia
…s ad fidem venimus. et prius
…r spiritualium donorum gradus vite
…elestis aditum intramus. Non enim
…rtutibus venitur ad fidem. sed per
…dem pertingitur ad virtutes. Cor
…lius enim centurio cuius elemo
…e ante baptismum angelo teste
…audate sunt. non operibus venit
…d fidem. sed fide venit ad opera
…um ei per angelum dicitur. Orationes
…e et elemosine ascenderunt in conspectu

dei. Sed enim deo vero et ante baptismum
non crediderat. quem orabat vel
quomodo hunc omnipotens deus exau
dierat si non ab ipso se in bonis
perfici petebat. Sciebat igitur creato
rem omnium deum. Sed quia eius
omnipotentis filius incarnatus esset
ignorabat. Neque enim poterat bo
na agere nisi ante credidisset. Scri
ptum namque est. Sine fide impossibi
le est placere deo. Fidem ergo habuit
cuius orationes et elemosine pla
cere deo potuerunt. Bonum autem actione
promeruit ut deum perfecte cognosceret
et incarnationis eius misterium cre
deret. quatenus ad sacramenta baptis
matis perueniret. Per fidem ergo
venit ad operationem. sed per opera est
solidatus in fide. Vestibulum itaque
ante gradus. Quia qui prius credi
derit ipse post virtutum gradibus
ad porte aditum ascendit. Sequitur.
Et porta atrii interioris contra portam
aquilonis et orientalis. Hoc loco
contra non pro aduersitate ponitur. sed pro
rectitudine. Ita enim porta interioris
atrii posita monstrabatur ut porte
aquilonis orientis recto aditu tenderet.
Quid est ergo quod porta interior recto itinere
posita contra portam orientis et aqui
lonis ostenditur. nisi hoc quod aperte
datur intelligi. quia siue iudaico
et gentili populo seu iustis et peccatoribus
sed post peccata conuersis eque aditus
regni celestis aperitur. Largita enim
gratia creatoris nostri et porta interior
non solum portam orientis respicit.
sed etiam aquilonis. quia non solum
his qui in innocentia permanent. sed
etiam peccatoribus peccata sua penitendo
dampnantibus aperitur. Interioris autem
gaudia. et ineffabilia misteria patrie
celestis agnoscuntur. agnoscendo si
tiunt. sitiendo currunt. currendo pre
ueniant. Hoc autem gaudii secreta
cognouerat qui dicebat. Sitiuit anima
mea ad deum fontem viuum quando ve
niam et apparebo ante faciem dei.
Predicator gentium ad hunc aditum regni
celestis anhelabat cum diceret. Cupio
dissolui et esse cum Christo. Hoc exultacionis

Hebr. 11.

Phil. 1.

occulta secreta cognoverat sponsa
que dicebat Dilectus meus misit
manum suam per foramen et venter me-
us intremuit ad tactum eius. Dilectus
etenim manum suam per foramen mit-
tit qui utique pulsat domum mentium
per subtilem intellectum pulsat
et venter a tactu illius contremiscit
Quia infirmitas nostra per hoc quod
celestis gaudii intellectum tangitur
ipsa sua exultatione turbatur / et fit
in mente pavor ac leticia. Quia
iam sentit quod de celesti gaudio
diligatur / et adhuc metuit ne ple-
ne percipiat quod vix tenuiter sentit
Quid igitur restat nisi ut se ad perfec-
tionis culmen vite cursum dirigat
/ omnis qui illa gaudia patrie celestis
agnoscunt. Unde et hic aperte sub-
iungitur Et mensus est a porta us-
que ad portam centum cubitos. Cen-
tenarius numerus quia decies per dena-
rium ducitur iam superius diximus
esse perfectus. Is itaque qui aditum
atrii interioris videt perfecto necesse est ut
per vitam perfectionis currat ut a por-
ta inchoationis usque ad consummationis
ingressum perveniat. Mensure ergo
atrium intus quod a portis exterioribus
usque ad portam interiorem tenditur
centum cubitis / ut qui intrando
amare cepit latitudine perfectionis
habeat in mente / quatenus in eum quem
diligit hinc nec adversa contingu-
sterit. Sed cum historia iuncta despi-
ciens quousque ad gaudia secreta
perveniat / per atrium perfectionis currat
/ Sunt etenim multi qui iam in septem
gradibus aditum porte exterioris in-
traverunt iuxta quendam superioris dis-
pensationis modum / per timorem
dei humiles / per pietatis studium mi-
sericordes / per scientiam discreti / per
mentis fortitudinem liberi / per con-
silium cauti / per intellectum providi
/ per sapientiam maturi / Sed adhuc qui-
busdam necessitatibus obligati huius
mundi curis inserviunt. Et unde iam
ex magna parte exiisse videbantur ibi adhuc

tenentur inviti. Cumque sibi imposita cer-
nunt occupationis portant onera mun-
di in preceptis celestibus exercentur ac cla-
re medullitus / ad etiam parva niti-
cant ipsam mentis sua aliquo modo desi-
deria languescunt. Quia animo tem-
poralibus expedito nam gaudia quo co-
gnoscunt amare tantum non licet quantum
libet. Hii plerumque a iugo mundi col-
la mentis excutiunt omnia deserunt
terrene cure pondera deponunt / atque
ut ad celeste desiderium lacius ani-
mum laxent vitam remotam querunt
/ et in ea sanctis patribus interni sa-
cris meditationibus dediti cordi
amose fletu afficiunt / et vetustatem
cordis igne amoris conflant / atque ad ce-
leste gaudium ascendendo se inmat
Hii plerumque in ipso suo desiderio ac-
censi exire iam de carne concupiscunt
atque ad vitam pristinam redire peni-
tus nolunt. Sed tamen differuntur
dilatatus amor ex ipsa sua dilatione
proficiat et ardenti desiderio quasi dum
negatur crescat. Sicut in regione Ge-
razenorum qui liberatus a legione
demonum fuerat ire iam cum domino
volebat sed tamen ei dicitur Revertere
in domum tuam et narra quanta tibi
fecit dominus / Sic sponsa in canticis
canticorum sanctis desideriis anima
loquitur dicens In lectulo meo per noctes
quesivi quem diligit anima mea quesi-
vi illum et non inveni. In lectulo
enim dilectum querit qui in ipso quo-
dam otio et vacatione quam appetit iam
videre amat dominum concupiscit iam
ad eum exire desiderat iam ex
presentis vite tenebris anhelat. Sed
querit illum et non invenit quia
quamvis magno amore desideret ad
huc tamen non conceditur unde que lat
Tales itaque sectorum mentes quoque
aliud in hoc desiderio faciunt nisi ut
a portis exterioribus per atrium interius
ad portam currunt. Quibus scire ex-
pedit ut se viderint magno conspi-
gru minus conspicios. Iam se perfectos
existiment et obedientes patri
quod nullus est qui dura perpeti patienter

esse credimus. Sed quia tremo eos per
molestias et adversitates pulsari quae
et humiles se existimant. Quia
plerumque contingit ut spiritale ministrum
multi suscipiant atque ad gubernacula
fidelium deducant. Cum vero magnis
tribulationibus fuerint hinc et inde
pulsati turbati mente se esse imperfectos
cernunt qui non pulsati perfectos se
esse crediderunt. Qua ex re agitur
ut se ad semetipsos colligant et apud
semetipsos mensuram suae infirmitatis recogno-
scant atque ex ipsa sua confusione
roborati contra adversa patiantur opponant
ex tribulatione proficiant qui prius
in ipsa sua securitate torpebant
Videntes esse tales incipiunt quales
esse prius inaniter putaverunt. Hy
quoque cum a portis exterioribus usque
interiorem portam per boni studii
differuntur hoc ipsum in eis
cum per centum cubitos mensuratur
sua dilatatio et exercitio in sancto cottidie
proficiunt. Per cottidiana enim de-
sideria in mente profecta quasi centum
cubitus intus atrium mensurari. Porro
ergo a portis usque ad portam centum
sunt cubiti. ut quasi quaedam incre-
menti sit ipsa dilatatio vivendi per
quam cottidie in virtutibus crescit ut
interiorem aditum perfectus pervenia-
tur. Et duxit me ad portam vitae
alem. et ecce porta quae respiciebat
ad austrum. Et mensus est frontem
eius et vestibulum eius iuxta men-
suras superiores. Et fenestras eius
et vestibula in circuitu. sicut fene-
stras quinquaginta cubitorum lon-
gitudine. latitudine viginti quinque
cubitorum. Et in gradibus septem ascen-
debatur ad eam. et vestibulum ante
fores eius. Cuncta haec in orientis et
aquilonis portis iam dicta sunt et quoniam
ut ea quae semel ac secundo expo-
nentes diximus sepius replicemus
non fas nobis est. Quia in spiritali aedifi-
cio alius aditus ad orientem. alius ad
aquilonem. atque alius ad austrum. patet.
Nunc enim aquilonis frigore peccatorum
per austrum via fervientis spiritus designatur
calore sancti spiritus accensi velut

in meridiana luce virtutibus excrescunt.
Pateat itaque porta ad orientem
ut hy qui sacramenta fidei bone in-
choaverunt et in nulla postmodum
vitiorum perfundantur demersi sint ad gau-
dia secreta perveniant. Pateat porta
ad aquilonem. ut hy qui post inchoa-
tionem caloris et luminis peccatorum suorum
frigore et obscuritate dilapsi sunt
per compunctionem protinus ad veniam re-
deant et quae sit intus retributionis
vera leticia cognoscant. Pateat por-
ta ad meridiem. ut hy qui sancti
desideriis in virtutibus fervent spiri-
tali intellectu cottidie intra gaudii
mysteria penetrent. Sed hec audiens quis
potest cum quattuor huius mundi partes
sint. Cur in hoc edificio hec extra
res non quattuor sed tres portae esse
memorantur. Quod vero querendum fu-
erat si propheta non spiritale sed corporale
edificium vidisset. Quia enim certum
est spiritale edificium. ut ad secreta gau-
dia pertingat tres solum modo por-
tas habet videlicet fidem spem atque caritatem.
Unam ad orientem. Aliam aquilonem.
Tertiam ad meridiem. Porta quippe
in oriente est. quia per ipsam lux
vera nascitur in mente. Porta ad aqui-
lonem spes. quia unusquisque in
peccatis positus si de venia desperaverit
funditus perit. Unde necesse est ut
per fidem iniquitatem extinctam est per
spem venie resurgat. Porta ad me-
ridiem caritatis. quia in igne amoris
ardet. In meridiana etenim porta sol
in altum ducitur. quia per caritatem
lumine fidei in dei et proximi dilectione
sublevatur. Tribus igitur portis ad
intus atrium tenditur. quia per fidem
spem atque caritatem ad gaudia secreta
pervenitur. Alia quoque quero oritur. cur porta
atrii interioris posita contra portam
orientis et aquilonis dicitur. Et cum ad
australem portam pateat tacetur. Sed
quia per orientem inchoantes per aquilonem
lapsos diximus designari dignum sunt
ut vel de inchoantibus quibus adhuc
sol in tempore cognicionis est. de lapsis vero conversione
redeuntibus aperte dicatur quod eis porta
atrii interioris pateat. Cunctis exhibitis nobis

ceteros faceret de quibus dubitari poterat. Hoc autem de porta australi dictum non erat, quia eos ad gaudia interna pertingere qui in fervore spiritus in virtutibus permanent nullus ignorat. Usus quippe sacri eloquii ea de quibus dubitari solet aperte poterat dicere et ea que constant tacere. Sicut per psalmistam dicitur: Irritaverunt Moysen in castris et Aaron sanctum domini. Aaron quippe exigente populo ydolum fecerat, et recte poterat de eius vita dubitari. Moyses ergo sanctus non dicitur, quem sanctum esse non dubitatur vel ab omnibus scitur, et Aaron sanctum nominat ut nobis de vita illius dubietatem tollat. Sequitur: Et celate palme erant una hinc et altera inde in fronte eius. Quid est hoc quod prius in frontibus pictura palmarum, nunc autem celate palme in fronte eius memorantur? In celatura quippe lapidis exteriora esse opera videntur. Sed sicut iam superius diximus pictura palmarum est ostensio signorum, nunc vero celatura palmarum dicitur ut bonorum operum demonstratio designetur. Scriptum enim sanctis predicatoribus dicitur: Videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui est in celis. Qui igitur in vita sua impressa esse sancta opera demonstrant, palmas in fronte celatas habent. Quia quantum illos de postrema victorie sequitur, iam nunc in sanctis suis operibus ostendunt. Vel certe quia fidem per orientis speciem designavimus, quia in orientis porta pictura palmarum est, in aquilone vero et meridie celatura esse perhibetur. Quia contingit sepe ut hii qui adhuc in inchoatione sunt, necdum se in operibus solidis ac magnis exerceant. Hii vero qui post inchoationem ad virtutem venerunt plerumque ut culpas suas ante omnipotentis dei oculos tergere valeant in magnis operibus exercentur. Et qui iam fervore spiritus in virtutibus exarserunt quasi in meridie in sanctis actibus inardescunt. In orientis ergo porta pictura est, in aquilonis vero et in meridie celatura. Quia signum

victorie quod inchoantibus ostenditur hoc in crescentibus atque fervescentibus iam solidius et robustius tenetur. Notandum quoque magno opere est quod dicitur hinc et inde. Omnes enim qui ad vite aditum tendimus, et ex dextro et ex sinistro latere habere palmas debemus. Quia enim hinc et inde dicitur, latus utrumque signatur. In dextro igitur palmam habet is qui prospera non extollitur. In sinistro palmam habet is quem adversa non deiciunt, quasi ex utraque parte portabat palmam Paulus cum diceret: Per arma iustitie a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, ut seductores et veraces. Nec hunc adversa frangebant, non prospera in motum tumoris sublevabant. Hinc inde ergo gestabat palmam, quia et in adversitate fortis et in prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim de prosperitate extollitur, hic in parte dextera palmam nescit. Quisquis in adversitatibus frangitur, portare palmam a sinistro latere ignorat. Ut ergo hinc et inde palma gestetur, in fronte adesse sanctis mentibus debet in adversis fiducia et in prosperis timor, ne eas aut adversa in desperationem pertrahant, aut prospera animum in sui fiducia extollant. Hinc est quod ille egregius doctor dicebat: Scio et humiliari, scio et abundare, ubique et in omnibus institutus sum, et saciari et esurire, et abundare et penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Neque enim ars est aliquid humiliari et habundare, saciari et esurire, abundare et penuriam pati, ut pro magno si sciret ista predicator insinuet artem omnino etiam disciplinae suae, que toto nobis corde est nisi discenda. Quia eum nec penuria frangebat ad gravamen anxietatis, nec retrahat in rerum temporalium desiderio. Non attendit scit humiliari. Scit enim apostolus humiliari, qui penuriam perpetuam statim cum sustinuit. Scit abundare, qui cum acceptis rebus

Nec ... ad salutem
non extolli in prosperis
Nec deici in adversis

in extollitur qui eas ad usum pau-
perum non intorquet qui solus non pos-
sidet quod accepit. Sed hec tamen indigen-
tibus misericorditer dividit. Scit abun-
dare qui acceptis alimentis non ad
ingurgitationem mentis utitur sed ad
reparationem virtutis, nec plus carni
tribuit quam necessitatis petit. Scit sati-
ari qui alimentorum inopiam sine
murmuratione tolerat nec pro necessi-
tatibus agit aliquid unde animam peccati laqueo
inmittat. Scit esurire quem neque
abundancia in superbiam elevat
neque in necessitate cupiditatis irritat.
Scivit abundare, novit penuriam
pati. Qui tamen statim subdidit: Omnia
possum. Nec elationis esse vitium cre-
deretur, adiunxit: in eo qui me confor-
tat. Ecce in altum ramus prodiit
sed quia in radice se tenet viridis
permansit. In altum enim surgens
aresceret si se a radice divisisset. Sibi
enim nichil tribuit qui omnia se
posse non in se sed in eo qui se con-
fortat fatetur. Hinc et iterum gentium pre-
dicator egregius palmam habet quem
nec abundancia in superbiam nec inopia
in avaritiam pertrahit. Discat itaque
non solum in prosperis sed in
adversis quoque gratias agere. Pro nobis enim
ex pietate sua factus est con-
ditor noster. Nos quoque adoptivos
filios ad hereditatem regni celestis
nutrit. Et non solum donis re-
fovet sed etiam flagellis erudit. Dis-
camus abundare ut cuncta que ac-
cipimus cum indigentibus parti-
amur, ut modestiam abundancia non
noceret, ne fortasse gaudeat anima
quod adest sibi quod deest alteri et
de eius bono letetur sed pro
donato gaudio invitabat dominus
discipulos revocat cum eos de predi-
catione redeuntes et de subiectione
demonum letantes amonet dicens:
Nolite gaudere super hoc, sed potius
gaudete et exultate quia nomina
vestra scripta sunt in celo. Non enim
omnes electi demonia eiciunt, sed
electorum omnium nomina tenentur ascripta.
Ammonentur godisti privata leticia

deponere communia et propria felicitate gaudere.
Cuiusquis in eo itaque gaudet quod
alter non habet, ex ipsa sua abundancia de-
terior factus gaudium privatum habet. Con-
tra huius nos appetitum abundancie Io-
hannes amonet dicens: Nolite dili-
gere mundum neque ea que in mundo sunt.
Cui mox rationem subdidit: Quoniam si quis
diligit mundum non est caritas patris in eo.
Nemo enim potest duobus dominis servire. Qua
non valet simul transitoria et eterna dili-
gere. Si enim eternitatem diligimus cuncta
temporalia in usu non in affectu possidemus. Ami-
cans vero temporibus subdit dicens: Omne
quod est in mundo concupiscentia carnis
est et concupiscentia oculorum et superbia vite.
Ideo enim habere aliquid homines et ultra
quam necesse est concupiscunt ut hinc vel inde super-
biant, et quia hoc alius non habet se
in cogitationibus extollant. Cuiusquis
itaque talis est adhuc ad portandam
abundanciam doctus non est. Sepe autem
quod avaritia se ex appetitu suggerit
necessitatem putat et cum minora
sufficiant, solet maiora de se atque
inveniens animus quandam quasi necessitatem
patitur quam parit, et tamen nimia sunt
que desiderat, sed sibi aliquo
avaritiam excusat. Sic abundancia ita
que superbie nutrima est quando si quando
etiam cupiditas incipit hanc ut
ita dixerim quasi peregrina captivitas
invasit. Diligitur abundancie an-
stie nolumus. Necesse est ut non solum
ea que vicina sunt sed ea etiam
que de longinquo veniunt vitia fu-
giamus. Discamus penuriam pati ne
ea que non habemus habere et tamen cul-
pa requiramus. Ne felices putemus
quos rebus omnibus cernimus. Minima
valde sunt ea que sibi quasi ad sup-
plementum vite presentis parant. Multa portat
hic in via viator. Magna est nobis in hoc
itinere socia paupertas que cum non
angustiat, cum deest terrena substancia deque
et non indigentiones ponamus liberius
ad patriam tendimus quia quasi onera
ponderis caremus. Discamus saciari ne etiam in
medio alimentorum [illegible] magis quam necessitatis
[illegible]. Plus enim concupiscit quam necessitas
petit. Et sepe dum carnis inopie sat-

Commune bonum preferendum est bono privato

facere curamus voluptas subrepit modum
refectionis excedit. Unde fit ut culpa
crescat ad culpam. Ita plerumque inde
alia carnis temptatio nascitur dum
carni immoderatius in refectione servitur.
Expedit etenim pro hominis infirmitate natura
in hoc mundo cum nonnullis temptationibus
nascimur et caro nobis salva ad usum est in
bono opere aliquid aut seducta in malum
dirigitur. Cui plusquam debemus tribuimus hos-
tem nutrimus. et si necessitati eius quod debe-
mus non reddimus civem necamus. Satianda
itaque est caro. sed ad hoc usque ut bo-
no nobis opere famuletur sufficiat. Ad
quamquam ei tantum tribuimus ut superbiat sa-
tiari penitus ignorat. Caro itaque magna
est satietas ne unusquisque per satietatem carnis
ad iniquitatem perducat turpitudinis. Dis-
cernere ut nobis per abundantiam sapientiam
cum ad hic inopia placeat. Ne nos rete
necessitas ad culpam trahat. ne penitus inter
ipsa indigentia suggerat. Et dum caro fa-
me affligitur. ad cupiditatem animus irri-
tetur. Et ignorat cum culpa primus vin-
cere valeat dum necesse satisfacere. Ne cor
in indignationem prosiliat. et in longanimitate
dimicationis amaritudinis accendat.
Unde qui in caritatis sue inopia sectatur
inde cum suspicit atque a patri languido cu-
stodit. Novit esurire. Nos itaque fre-
num. iram atque avaritiam in adversi-
tate fugiendas elationem et immoderata
gaudia in prosperitate declinantes. Contra
perfidiam spem atque caritatem interioris
vite atrium tribus portis intrare cu-
pientes palmas hinc et inde tene-
amus. Libet adhuc ad altum quid de-
tius celestis pre ad mentem reducere
et qualiter hinc et inde palmam teneat
demirare. Beatus etenim Job cum esset
viris orientalibus ditior. et ei prospera
cuncta suppeterent. filii pollerent. fami-
lie crescerent. greges exuberarent. in
tanto omnipotentis dei timore persistit. ut
inter custodiam discipline interna cautius
tate inter multa humilitate observans omnia
operibus intentus sacrificiis offendit. Dedi-
tus holocausta domino per singulos filiis
ymolaret. Ne quid eorum saltem in corde
peccasse. Prospexit quanta ei erat custodia

in bonis operibus quam in filiis suis exhi-
bebat sacrificiis culpas cordis. Et quam ipse
esset in prosperitate innotuerat. Valde autem
ignotum erat si perseverare iustus inter
flagella potuisset. Tangendus ergo erat
verbere et vir ille sanctus in prosperis pro-
batus adversis. Et quam notus erat omnipotenti
domino notus per flagella fieret nobis et
sibimetipsi. Disponente itaque domino sub-
ito sunt greges. interfecti custodes. cas-
sa domus. extincti filii. percussa caro
a planta pedis usque ad verticem. Reman-
sit uxor incolumis que dolorem vu-
lneris vulnera augeret. Sed hanc vir
sanctus inter temptationes sanus interius et
prudens doleret ei quam vidit dicens.
Si bona accepimus de manu domini
mala quare non suscipiamus. Amici
quoque ad consolandum venerunt. Ad-
tumeliam prorumpunt. ut in dolo-
re vulnerum addunt adhuc vulnera ver-
borum. Inimicorum dicit. raptorem vi-
vant. violentum denuntiant. oppressorem
pauperum fatentur. Quod igitur inter
ipsa facit inter dolentia vulnera
anima verba despiciens. Certe flagel-
la dei et verba hominum sunt afflicti ani-
ad desperationem perveniunt. Sed vir
spiritu plenus carnis vulneribus iacens
revolvens statum gratie desperationis impulsus
reduxit ad memoriam bona que egerit.
Quod in mentis fuerat dicit Oculus fui ceco
et pes claudo. Et rursum pro eis pe-
pendi anima et ad discipline custodiam
benignus. Et cumque sederem quasi rex
circumstante me exercitu. eram tamen merentium
consolator. quam humilis fuerat. Et Si contempsi
subire iudicium cum servo meo
et ancilla mea. cum disceptarent
adversum me. Quia hospitalis fuit
fatetur. Si despexi pereuntem eo quod non
habuerit indumentum. quam largus in dolore.
Dicit Si non benedixerunt mihi latera eius
et de velleribus ovium mearum calefactus
est. Quia violentus non fuit testa-
tur. Si levavi super pupillum manum
meam. et cum viderem me in porta supe-
riorem. Quia demum peccato mundus
exultavit. Et si gavisus sum ad rui-
nam eius qui me oderat. Quam
patiens fuit et suorum malicia contemnit

Job vires qe ipm in adversis non deiecerit
prosperis non extulerit

tulit. Et si vero dixerint viri thabernaculi
mei quis det de carnibus eius ut saturemur. Quid est ergo quod vir sanctus tot
ac tantis inter flagella cumulatus
qui ore suo opera que fecerat laudat
nisi quod intra se bona et verba que hunc
desperacionis trahere poterant ad spem
reformat, et qui in prosperitate huius
fuit, renovatis bonis suis ad medium
infracte mansuetudinis permansit
eius animus inter tot flagella illa
ba ad desperacionem non impellerent nisi
memoria bona que egerat revocasset.
Ait quoque sanctus vir, inter sua audiuit tot
alia ad desperacionem convertit, mirabiliter
indit in spe ceterum ex bonis suis actibus
validam, sicut ipse quod scriptum est: In die
bonorum ne immemor sis malorum, et
die malorum ne immemor sis bonorum,
enim cum bona habemus malorum
reminiscemur, que aut iam passi sumus
aut adhuc pati possumus, accepta bona
nos non elevant, quia cordis gaudium
timor metrice malorum premit.
Si cum mala habemus bonorum reminisci
que aut iam accepimus aut adhuc
esse nos accipere speramus, malorum pondus
animum in desperacionem non deprimit
sed ad spem meoria bonorum levat.
Itaque fratres karissimi, et per precepta divina
per sanctorum exempla gradiamur, ut
nos nec prosperitas elevet nec adversitas
frangat. Prestet nobis autem omnipotens deus celestes
almas hinc et inde monstres, ut dextram
eius adiutoris quam in sinistris nobis
quaaque eorum que precepit omnia tenere
per nostrum dominum qui vivit et regnat cum patre
in unitate spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum amen.

Prophete verba quod largiente domino
hodie caritati vestre loquenda sunt
lectionis magis indiget quam exposicionis
ea enim in tribus portis interioribus
explicari quod secundo iam dicta sunt. Pauca vero
desperacionis permutari, si ut nec
ea nos que tam dicta sunt legendo
iterare, ut que nec dum dicta sunt
lectionibus possimus enodare. Itaque nunc dicitur
Et porta atrii interioris in via australi

et mensus est a porta usque ad portam
in via australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam
australem, et mensus est portam iuxta
mensuras superiores, thalamum eius et
frontem eius, vestibulum eius eisdem mensuris,
et fenestras eius et vestibulum
eius in circuitu quinquaginta cubitos
longitudinis et latitudinis viginti quinque
cubitos, et vestibulum per gyrum. Que
hec supradicta sunt atque exposita
ceteris mensuris. Nec dum vero est dictum quod de
eodem vestibulo subdit: longitudinem
quinque viginti cubitorum, et latitudinem
quinque cubitorum, et vestibulum eius ad atrium exterius atque iterum hoc quod iam
superius dictum fuerat replicatur cum dicit
susciperet. Et rursus superbus existeret si auctoris imperio obedire recusaret.
Utrobique ergo humilis utrobique subiectus et preesse populis semetipsum
metiendo noluit et tamen de imperantis viribus presumendo consensit. Hinc ergo
precipites quique colligant quanta culpa ex appetitu proprio ceteris preferri
non metuunt si sancti viri plebium ducatum suscipere deo etiam iubente timuerunt.
Moyses suadente domino trepidat et infirmus quisque ut honoris onus
percipiat anhelat. Et qui ad casum valde urgetur ex propriis humeris
libenter opprimendus ponderibus submittit alienis quod egit ferre non valet
et auget quod portet. Qui preesse concupiscunt. VIII.

Plerumque vero qui preesse concupiscunt ad usum sue libidinis instrumentum
apostolici sermonis arripiunt quo ait Si quis episcopatum desiderat
bonum opus desiderat. Qui tamen laudans desiderium in pavorem protinus vertit
quod laudabat cum repente subiungit Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse.
Cumque necessaria virtutum necessitas subsequenter enumerat que sit irreprehensibilitas ipsa mani-
festat. Et favet ergo ex desiderio et terret ex precepto. Ac si aperte dicat
Laudo quod queritis sed prius discite quid queratis. Ne dum vosmetipsos meti-
ri negligitis tanto fedior vestra reprehensibilitas pateat quanto et a
cunctis conspici in honoris arce festinat. Magnus enim regendi artifex
favoribus impellit terroribus retrahit ut auditores suos et de prescripto
irreprehensibilitatis culmine restringat a superbia et officium laudando quod
queritur componat ad vitam. Quamvis notandum quod illo in tempore hoc dicitur quo quisquis plebibus preerat

Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat

prius ad nimia tormenta ducebatur. Cum quia fuit laudabile episcopatum querere
quando per hunc quemque dubium non erat ad supplicia graviora pervenire. Unde
ipsum quoque episcopatus officium boni operis expressione diffinit, cum dicitur Si
quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est quod episcopatum
appetit qui non per hunc boni operis ministerium sed honoris gloriam querit. Sacrum
quippe officium non solum non diligit omnino sed nescit, qui ad culmen re-
giminis anhelans in occulta meditatione cogitationis ceterorum subiectione
pascitur, laude propria letatur, ad honorem cor elevat, rerum affluentium ha-
bundancia exultat. Mundi ergo lucrum querit sub eius honoris specie quo mundi
destitui lucra debuerant. Cumque mens humilitatis culmen arripere ad ela-
cionem cogitat, quod foris appetit intus immutat. **Quod mens pre-**
volentium plerumque sibi ficta bonorum operum promissione blanditur. ix

Sed plerumque hii qui subire magisterium pastorale cupiunt,
nonnulla bona opera animo proponunt, et quamvis hoc elacionis intentione intus
appetant, operaturos se tamen magna pertractant. Fitque ut aliud in imo intentio
supprimat, aliud tractantis animo superficie cogitationis ostendat. Nam
sepe sibi de se mens ipsa mentitur et fingit se de bono opere amare quod non
amat, de mundi autem gloria non amare quod amat. Que principari appetens fit
ad hoc pavida cum querit, audax cum pervenit. Credens enim ne non perveniat
trepidat, sed repente perveniens iure sibi hoc debitum ad quod pervenit pu-
tat. Cumque percepti principatus officio perfrui seculariter ceperit, libenter ob-
liviscitur quidquid religiose cogitavit. Unde necesse est ut cum cogitatio extra usum
ducitur, protinus mentis oculus ad opera transacta revocetur. Hac penset
quisque quid subiectus egit, et repente cognoscet si prelatus bona agere
que proposuerat possit, quia nequaquam valet in culmine humilitatem discere
qui in imis positus non desiit superbire. Nescit laudem cum suppetit fugere
qui ad hanc didicit cum deesset anhelare. Nequaquam vincere avariciam prevalet
ad multorum sustentacione tenditur, cui sufficere propria nec soli potuerunt.
Ex anteacta ergo vita se quisque inveniat, ne in appetitu se culminis
ymago cogitationis illudat, quamvis plerumque in occupatione regiminis
ipse quoque boni operis usus perditur qui in tranquillitate tenebatur, quia quieto
mari recte navem et imperitus dirigit, turbato autem tempestatis fluctibus
et peritus se nauta confundit. Quid namque est potestas culminis nisi tempes-
tas mentis, in qua cogitationum semper procellis navis cordis quatitur, huc
illucque incessanter impellitur, ut per repentinos excessus oris et operis
quasi per obviancia saxa frangatur. Inter hec itaque quid sequendum est, quid tenendum
nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec
coactus accedat. Ille si omnino renititur, caveat ne acceptam pecuniam in
sudario ligans de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario
ligare est percepta dona sub otio lenti torporis abscondere. At contra iste cum regimen appetit
attendat ne per exemplum mali operis phariseorum more ad ingressum regni tendentibus

obstaculum fiat qui in eorum magisterio voce non ipsi intrant nec alios intrare permittunt. Considerandum ergo est quia cum curam populi clericus pastor suscipit quasi ad egrum medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere passiones vivunt qua presumptione percussum mederi properat qui in facie vulnus portat.

Qualiter quisque ad regimen venire debeat. X

Ille igitur ille modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritualiter vivit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat, cuius intentioni bene congruens nec omnino imbecillitate corpus nec valde contumelia repugnat spiritus, qui nec ad aliena cupienda ducitur sed propria largitur, qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur sed numquam plus quam deceat ignoscens ab arce rectitudinis inclinatur, qui nulla illicita perpetrat sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat, qui ex affectu cordis aliene infirmitati compatitur sicque in bonis proximi sicut in suis provectibus letatur, qui ita se imitabilem ceteris in cunctis que agit insinuat ut inter eos non habeat quod saltem de transactis erubescat, qui sic studet vivere ut proximorum quoque corda arencia doctrine valeat fluentis irrigare, qui orationis usu et experimento iam didicit quod obtinere a domino que poposcerit possit, cui per prophetie vocem iam quasi specialiter dicitur: Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum. Si enim fortasse quis veniat ut pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum qui sibi iratus nobis vero est incognitus ducat, protinus respondemus: ad intercedendum venire non possumus quia familiaritatis eius notitiam non habemus. Si ergo homo apud hominem de quo minime presumit fieri intercessor erubescit, qua mente apud deum intercessionis locum pro populo arripit qui familiarem se eius gratie esse per vite meritum nescit, aut ab eo quomodo aliis veniam postulat qui utrum sibi sit placatus ignorat. Qua in re est adhuc aliud sollicitius formidandum ne qui placare iram posse creditur hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido novimus quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora provocatur. Qui ergo adhuc terrenis desideriis astringitur caveat ne districti iudicis iram gravius accendens dum loco delectatur glorie fiat subditis auctor ruine. Sollerter ergo quisque se metiatur ne locum regiminis assumere audeat si adhuc in se vitium dampnabiliter regnat, ne is quem crimen depravat proprium intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

Qualiter quisque ad regimen venire debeat. XI

Hinc etenim superna voce ad moysen dicitur: Loquere ad aaron: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non offeret panes deo suo nec accedat ad ministerium eius. Ubi et repente subiungitur: Si cecus fuerit, si claudus, vel parvo vel grandi et torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore vel ponderosus. Cecus quippe est qui superne lumen contemplationis ignorat, qui presentis vite tenebris pressus dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit quo gressum operis porrigat nescit. Hinc enim prophetante anna dicitur: Pedes sanctorum suorum servabit, et impii in

Right margin notes: 39 1 / In [illegible] et 89 di. / Sollicite. — Exo. 11 — Leviti. 21 — Cecus

Claudus tenebris conticescet. Claudus est qui quidem quo pergere debeat aspicit, sed per infir-
mitatem mentis vite viam perfecte non valet tenere quam videt, quia ad virtutis
statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo desiderium innititur illuc
gressus operis efficaciter non sequitur. Hinc etenim Paulus ait: Remissas Heb.
manus et dissoluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus Isay
aliqs vestris ut non claudicans erret magis autem sanetur. Paruo autem naso est
qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe
Nasus paruus odores fetoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur
per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde et in laude sponse dicitur Cant.
Nasus tuus sicut turris que est in Libano. Quia nimirum sancta ecclesia que ex
causis singulis temptamenta procedant per discretionem conspicit, et ventura
viciorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli qui dum estimari
hebetes nolunt, sepe se in quibusdam inquisitionibus plus quam necesse est exercentes
ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: Vel grandi et torto Leuit.
naso. Nasus etenim grandis et tortus est discretionis subtilitas immodera-
ta que dum plus quam decet excreverit actionis sue rectitudinem ipsa con-
fundit. Fractio autem pedis vel manus est quia viam dei pergere omnino non valet
atque a bonis actibus funditus exsors vacat, quatenus hec non ut claudus
saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnino alienus existat. Gib-
Gibbosus bosus vero est quem terrene sollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad superna
respiciat, sed solis his que in infimis calcantur intendat. Qui et si aliquando
quid ex bono opere patrie celestis audierit ad hoc nimirum perverse consuetudinis
pondere pregravatus cordis faciem non attollit, quia cogitationis statum erigere
non valet quem terrene sollicitudinis usus curvum tenet. Ex horum quippe
specie psalmista ait: Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque. Quorum culpam quoque per semetipsam
3a veritas reprobans ait: Semen autem quod in spinis cecidit hii sunt qui dum Luc.
audierunt et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vite euntes suf-
focantur et non referunt fructum. Lippus vero est cuius quidem ingenium ad
Lippus cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis
quippe oculi pupille sane sunt, sed humore defluenti infirmate pal-
pebre grossescunt, quarum quia infusione crebra atteruntur, etiam acies
pupille vitiatur. Et sunt nonnulli quorum sensum carnalis vite operatio sau-
ciat qui videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed usu pravorum ac-
tuum caligant. Lippus itaque est cuius sensum natura exacuit, sed conversationis pra-
Apoc. 3 vitas confundit. Cui bene per angelum dicitur: Collirio unge oculos tuos
ut videas. Collirio quippe oculos ut videamus ungimus, cum
ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bone
operationis adiuvamus. Albuginem vero habet in oculo qui veritatis lucem videre
Albugo non sinitur quia arrogantia sapientie seu iustitie cecatur. Pupilla namque oculi
nigra videt, albuginem tolerans nil videt, quia videlicet sensus humane cogitationis
si se stultum peccatoremque intelligit cognitionem intime claritatis apprehendit.
Si autem candorem sibi iustitie seu sapientie tribuit, a luce se superne cognitionis

excludit

Et eo clarius veri luminis nequaquam penetrat quo se apud se per arrogantiam ex- Ro. 1
altat sicut de quibusdam dicitur Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Jugem
vero habet scabiem cui carnis petulancia sine cessacione dominatur. In scabie Scabies
etenim fervor viscerum ad cutem trahitur per quam recte luxuria designatur
quia si cordis temptacio usque ad operacionem prosilit nimirum fervor intimus
usque ad cutis scabiem prorumpit. Et foris iam corpus sauciat quia dum cogi-
tacione voluptas non reprimitur etiam in accione dominatur quasi enim cutis pruriginem
paulus curabat abstergere cum dicebat Temptacio vos non apprehendat 1 Cor. x.
nisi humana. Ac si aperte diceret Humanum quidem est in corde temptacionem
perpeti demoniacum vero est in temptacionis certamine et operacione superari.
Impetiginem quoque habet in corpore quisquis avaricia vastatur in mente que si in parvis non Impetigo
compescitur nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine do-
lore corpus occupat et absque occupati tedio excrescens membrorum decorem
fedat quia et avaricia capti animum dum quasi delectat exulcerat dum adipiscenda
quaeque cogitacioni obicit ad inimicicias accendit et dolorem in vulnere non
facit quia estuanti animo ex culpa habundanciam promittit sed decor membrorum
perditur quia aliarum quoque virtutum per hanc pulcritudo depravatur et quasi totum
corpus exasperat quia per universa vicia animum supplantat paulo attestante 1 Thi. 6.
qui ait Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus vero est qui turpi- Ponderosus
tudinem non exercet opere sed tamen ab hac cogitacione continua sine moderamine
gravatur in mente qui nequaquam quidem usque ad opus nefarium rapitur sed eius
animus voluptate luxurie sine ullo repugnacionis stimulo delectatur. Vicium
quippe est ponderis cum humor viscerum ad virilia labitur que profecto cum
molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est qui totis cogita-
cionibus ad lasciviam defluens pondus turpitudinis gestat in corde et
quamvis prava non exerceat opere ab hiis tamen non evellitur mente nec ad usum
boni operis in aperto valet assurgere quia gravat hunc in abditis pondus turpe.
Quisquis ergo quolibet horum vicio subicitur panes domino offerre prohibetur ne profecto
diluere aliena delicta non valeat is quem adhuc propria devastant.
Quia igitur paucis ad pastorale magisterium dignus qualiter veniat atque hoc indignus
qualiter pertimescat ostendimus nunc is qui ad illud digne pervenit in eo qualiter
digne debeat vivere demonstremus. Qualem quis se in regimine debeat ex- 2ª Pars
hibere. xii quo vivat
Tantum debet accionem populi accio transcendere presulis quantum
distare solet a grege vita pastoris. Oportet namque ut metiri se Vivat
sollicite studeat quanta tenende rectitudinis necessitate constringitur sub cuius
estimacione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitacione mundus accione
precipuus discretus in silencio utilis in verbo singulis compassione proximus
pre cunctis contemplacione suspensus bene agentibus per humilitatem socius contra delin-
quencium vicia per zelum iusticie erectus internorum curam in exteriorum occupacione
non minuens exteriorum providenciam internorum sollicitudine non relinquens.
Sed hec que breviter enumerando perstrinximus paulo lacius replicando disseramus.
Ut rector sit cogitacione mundus. xiii

Cogitatione mundus

Rector semper cogitatione sit mundus quem nulla huius immunditia polluat
qui hoc suscepit officium ut in alienis quoque cordibus pollutionis macu-
las tergat quia necesse est ut esse munda studeat manus que diluere sordes
curat ne tacta queque deterius inquinet si sordida insequens lutum tenet.
Isay 22 Hinc namque per prophetam dicitur Mundamini qui fertis vasa domini. Domini etenim
vasa ferunt qui proximorum animas ad eterna sacraria perducendas in sue
conversationis fide susceperunt. Apud semetipsos ergo quantum debeant mundari
conspiciant qui ad eternitatis templum vasa viventia in sinu proprie sponsionis
portant. Hinc divina voce precipitur ut in Aaron pectore rationale iudicii
vittis ligantibus imprimatur quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes
fluxe possideant sed ratio sola constringat ne indiscretum quid vel inutile
cogitet qui ad exemplum aliis constitutus est. Ex gravitate vite semper debet ostendere
quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationali vigilanter adiungitur ut duodecim
patriarcharum nomina describantur. Adscriptos etenim patres semper in pectore
portare est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos
irreprehensibiliter graditur cum exempla patrum precedentium indesinenter intuetur
cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat et cogitationes illicitas
deprimit ne extra ordinis limitem operis pedem tendat. Quod bene etiam rationale
iudicii vocatur quia debet rector subtili semper examine bona malaque discernere
et que vel quibus quando vel qualiter congruant studiose cogitare nihilque
proprium querere sed sua commoda propinquorum bona deputare. Unde illic in
Exo 28. Exodo scriptum est Pones autem in rationali iudicii doctrinam et veritatem que
erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram domino et gestabit iudicium
filiorum Israel in pectore suo in conspectu domini semper. Sacerdoti quippe iudicium
filiorum Israel in pectore coram domino gestare est subiectorum causas pro sola
interni iudicis intentione discutere ut nihil ei se humanitatis admisceat
in eo quod divina ponens vice dispensat. Ne correctionis studia privatus
dolor exasperet. Cumque aliena vitia emulator ostendit que sua sunt
exequatur ne tranquillitatem iudicii aut latens invidia maculet aut
preceps ira perturbet. Sed dum consideratur terror eius qui super omnia presidet
videlicet iudicis intimi non sine magno timore subditi regantur. Qui
nimirum timor dum mentem rectoris humiliat purgat. Ne hanc aut
presumptio spiritus levet aut carnis delectatio inquinet aut per terrenarum rerum
cupidinem importunitas pulverulente cogitationis obscuret. Que tamen non
pulsare rectoris animum nequeunt sed festinare necesse est ut repugnando vincatur
ne vitium quod per suggestionem temptat mollitie delectationis
subigat. Cumque hoc ab animo tarde repellitur mucrone consensus
succedat. Ut rector sit semper operatione precipuus. IIIm

Actione precipuus

Sit rector actione precipuus ut vite viam subditis vivendo denun-
ciet. Et grex qui pastoris vocem moresque sequitur per exempla melius
quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere hac

endi vite compellit summa mirare. Illa namque vox libencius auditorum
cor penetrat quam dicentis vita commendat quia quod loquendo imperat os-
tendendo adiuvat. Hinc etenim per prophetam dicitur: Super montem excelsum ascende
tu qui evangelizas Syon. Ut videlicet qui celestis predicacione utitur yma iam terrenorum
operum deserens in rerum culmine stare videatur. Tantoque facilius subditos
ad meliora pertrahat quanto per vite meritum de supernis clamat. Hinc
divina lege armum sacerdos in sacrificium accipit et separatum ut non solum sit
eius opus utilis sed et singularis. Nec inter malos tantummodo que recta sunt faciat
sed bene quoque operantes subditos sicut honore ordinis superat ita et morum
virtute transcendat. Cui in esu quoque pectusculum cum armo tribuitur
ut hoc de sacrificio quod precipitur sumere hoc de semetipso auctori discat
ymolare. Et non solum pectore que recta sunt cogitet sed spectatores suos
ad sublimia armo operis invitet. Nulla prospera presentis vite appetat nulla
adversa pertimescat. Blandimenta mundi respectu intimi terroris despiciat
terrores autem considerato interne dulcedinis blandimento contempnat. Unde superne
quoque vocis imperio in utroque humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur
ut contra adversa ac prospera virtutum semper ornamento muniatur quatenus iuxta vocem
Pauli per arma iusticie a dextris et a sinistris gradiens cum ad sola que
interiora sunt nititur in nullo delectacionis infime latere flectatur. Non hunc prospera
elevent non adversa perturbent non blanda usque ad voluptatem demulceant
non aspera ad desperacionem premant ut dum nullis passionibus intencionem
mentis humiliat quanta in utroque humero superhumeralis pulchritudine tegatur
ostendat. Quod recte et superhumerale ex auro iacincto purpura bis tincto
cocco et torta fieri bisso precipitur ut quanta sacerdos clarescere virtutum diver-
sitate debeat demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget
ut in eo intellectus sapiencie principaliter emicet. Cui iacinctus qui aereo colore
resplendet adiungitur ut per omne quod intelligendo penetrat non ad favores
infimos sed ad amorem celestium surgat ne dum suis incautus laudibus ca-
pitur ipso et veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque ac iacincto purpura permiscetur
ut videlicet sacerdotale cor cum summa que predicat sperat in semetipso et suggestiones
viciorum reprimat eisque velut ex regia potestate contradicat quatenus nobilitatem
semper intime regeneracionis aspiciat et celestis regni sibi aditum moribus de-
fendat. De hac quippe nobilitate spiritus per Petrum dicitur: Vos estis genus electum
regale sacerdocium. De hac et potestate qua vicia subigimus Iohannis voce
roboramur qui ait: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri.
Hanc dignitatem fortitudinis psalmista considerabat dicens: Michi autem nimis honorati
sunt amici tui Deus nimis confortatus est principatus eorum. Quia nimirum sanctorum mens
preciosa in summis erigitur cum exterius despecti tolerare videntur. Auro autem iacincto
ac purpura bis tinctus coccus adiungitur ut ante intimi iudicis oculos omnia
virtutum bona ex caritate decorentur. Et cuncta que coram hominibus rutilant
hec in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat. Que nimirum
caritas quia Deum simul et proximum diligit quasi ex duplici tinctura fulgescit.

Quibus et sic ad auctoris speciem anhelat ut proximorum curam exequi
ut a divino amore torpescat. Cum vero hoc proximorum quod negligit, in super-
humerali ornamentum coccum bistinctum nescit. Sed cum mens ad precep-
ta caritatis tendit restat procul dubio ut per abstinentiam caro maceretur
unde bistincto cocco torta byssus adiungitur. De terra etenim byssus
nitente specie oritur. Et quid per byssum nisi candens decore munditie
corporalis castitas designatur, que videlicet torta pulchritudini superhu-
merali innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditie candorem
ducitur cum per abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes ceteras et
afflicte carnis meritum proficit quasi in diversa superhumeralis specie byssus
torta candescit. Quod rector sit discretus. XV.

·43· di· Sit rector discretus in silentio utilis in verbo. Ne aut tacenda proferat
aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in er-
rorem pertrahit ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant in
errore derelinquit. Sepe namque rectores improvidi humanam amittere
gratiam formidantes loqui libere recta pertimescunt. Et iuxta veritatis vocem
nequaquam iam gregis custodie pastorum studio, sed mercenariorum
vice deserviunt, quia veniente lupo fugiunt dum se sub silentio abscon-
Jo. x. dunt. Hinc namque eos per prophetam dominus increpat dicens: Canes muti
Isay 56. non valentes latrare. Hinc rursum queritur dicens: Non ascendistis ex adverso
nec opposuistis vos murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die domini.
Eze. 13. Ex adverso quippe ascendere est pro defensione gregis voce libera huius
mundi potestatibus contraire. Et in die domini stare in prelio est pravis decertantibus ex
iustitie amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere quid est aliud quam
tacendo terga prebuisse, qui nimirum si pro grege se obicit murum pro
domo Israel hostibus opponit. Hinc rursum delinquenti populo dicitur:
Tre. 2. Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta nec aperiebant iniquitatem tuam ut
te ad penitentiam provocarent. Prophete quippe in sacro eloquio nonnumquam
doctores vocantur, qui dum fugitiva esse presentia indicant, que sunt
ventura manifestant. Quos divinus sermo falsa videre redarguit, quia dum
corripere culpas aliorum metuunt, incassum delinquentibus promissa
securitate blandiuntur, qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt quia ab
increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis est sermo
correptionis quia increpando culpam detegit quam sepe nescit ipse
et qui perpetravit. Hinc Paulus ait: Ut potens sit exhortari in doctrina
sana et eos qui contradicunt redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia
Mala. 2. sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius quia angelus
domini exercituum est. Hinc per Ysaiam dominus ammonet dicens: Clama ne cesses
Issai 58. sicut tuba exalta vocem tuam. Preconis quippe officium suscipit
quisquis ad sacerdotium accedit ut ante adventum iudicis qui terribiliter
sequitur ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si predicationis est nescius, quam
clamoris vocem daturus est preco mutus? Hinc est enim quod super pastores pri-

in linguarum specie spiritus sanctus super eum insedit quia nimirum quos repleverit de se protinus
loquentes facit. Hinc Moysi praecipitur ut in tabernaculum sacerdos ingrediens Exo 28
tintinnabulis ambiatur, ut videlicet praedicationis voces habeat, ne superni inspectoris
iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Ut audiatur sonitus
quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Domini et non moriatur. Sacerdos
namque ingrediens et egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur,
quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine praedicationis ope incedit.
Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta
etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere? Propheta attestante
qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitia. Vestimentis itaque illius tin-
tinnabula inhaerent, ut vitae viam cum linguae sonitu ipsa quoque opera sacerdotis
clamant. Sed cum rector se ad loquendum praeparat, sub quanto cautelae studio lo-
quatur attendat, ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere
audientium corda feriantur, et cum fortasse sapiens videri desiderat,
unitatis compaginem insipienter abscidat. Hinc enim Veritas dicit: Habete sal
in vobis et pacem habete inter vos. Per sal quippe verbi sapientia designatur.
Qui igitur loqui sapienter nititur, magnopere timeat ne eius eloquio au- Ro 12
dientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere quam oportet
sapere, sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis veste iuxta divinam vocem
tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica nisi fidei
unitas designatur? Nam sicut in malo punico una exterius cortice multa
interius grana muniuntur, sic innumeros sanctae ecclesiae populos unitas fidei contegit,
quos intus diversitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum
prorumpat, hoc quod iam praemisimus per semetipsam Veritas clamat: Habete sal
in vobis et pacem habete inter vos. Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Mala
punica tintinnabulis iungite, ut per omne quod dicitis unitatem fidei cauta
observatione teneatis. Providendum quoque est sollicita intentione rectoribus
ut ab eis non solum prava nullo modo sed ne recta quidem nimie et inordinate
proferantur, quia saepe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loqua-
citatis incauta importunitate levigatur, et auctorem suum haec eadem loquacitas
inquinat, quae servire auditoribus ad usum profectus ignorat. Unde bene per Leuiti 27
Moysen dicitur: Vir qui fluxum seminis patitur immundus erit. In mente
quippe audientium semen sequturae cogitationis est auditae qualitas
locutionis, quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur.
Unde et ab huius mundi sapientibus praedicator egregius seminiverbius est vo-
catus. Qui ergo fluxum seminis sustinet, immundus asseritur, quia multiloquio
subditus ex eo se inquinat quod si ordinate promeret prolem rectae cogitationis
edere in audientium corde potuisset. Dumque incautus per loquacitatem defluit
non ad usum generis sed ad immunditiam semen fundit. Unde Paulus quoque cum
discipulum de instantia praedicationis ammonet dicit: Testificor coram 2 Thi. 4
Deo et Christo Iesu qui iudicaturus est vivos et mortuos et adventum ipsius et
regnum eius, praedica verbum, insta opportune importune. Dicturus importune
praemisit opportune, quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vilitate se destruit

si hec imperitus oportunitate nesciat. Quod rector sit singulis compassione proximus. xvi.

Sit rector singulis compassione proximus, prae cunctis
contemplatione suspensus, ut et per pietatis viscera in se infirmitatem
ceterorum transferat, et per speculationis altitudinem semetipsum quoque invisibilia
appetendo transcendat, ne aut alta petens proximorum infirma despiciat,
aut infirmitatibus proximorum congruens appetere alta derelinquat. Hinc est
namque quod Paulus in paradisum ducitur, caeli quoque tertii secreta rimatur, et tamen
invisibilium contemplatione suspensus ad cubile carnalium mentis
aciem revocat, atque in occultis suis qualiter debeant conversari dispensat
dicens: Propter fornicationes autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque
1 cor. 7 suum virum habeat. Uxori vir debitum reddat, similiter et uxor viro.
Et paulo post: Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus,
ut vacetis orationi, et iterum revertimini in idipsum. Ecce iam secretis caelestibus
inseritur, et tamen per condescensionis viscera carnalium cubile perscrutatur, et quem
sublevatus ad invisibilia ~~tend~~ erigit, miseratusque ad secreta infirmantium
aciem cordis flectit. Caelum contemplatione transcendit, nec tamen stratum car-
nalium sollicitudine deserit, quia compage caritatis summis simul et infimis iunctus
in semetipso virtute spiritus ad alta valenter rapitur, et in aliis pietate aequanimiter
infirmatur. Hinc etenim dicit: Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scanda-
2 cor. 11 lizatur et ego non uror? Hinc rursus ait: Factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus.
Quod videlicet exhibebat non amittendo fidem, sed extendendo pietatem, ut in se personam
infidelium transfigurans ex semetipso disceret qualiter aliis misereri
debuisset, quatenus hoc illis impenderet quod sibi ipsi, si ita esset, impendi recte vo-
cor. 7 luisset. Hinc iterum dicit: Sive mente excedimus Deo, sive sobrii, vobis.
Quia semetipsum noverat contemplando transcendere, et eundem se auditoribus
condescendendo temperare. Hinc Iacob Domino desuper innitente et uncto deor-
sum lapide ascendentes ac descendentes angelos vidit, quia scilicet praedicatores
gene. 28 recti non solum sursum sanctum caput ecclesiae, videlicet Dominum, contemplando appetunt,
sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Hinc Moyses crebro
tabernaculum intrat et exit, et qui intus in contemplatione rapitur, foris infir-
mantium negotiis urgetur. Intus Dei archana considerat, foris onera
carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit,
coram testamenti archa Dominum consulit, exemplum proculdubio rectoribus prae-
bens, ut cum foris ambigunt quid quomodo disponant, ad mentem semper quasi
ad tabernaculum redeant, et velut coram testamenti archa Dominum consulant,
si de hiis in quibus dubitant apud semetipsos intus sacri eloquii pa-
ginas requirant. Hinc ipsa Veritas per susceptionem nobis nostrae humanitatis
ostensa in monte orationi inhaeret, miracula in urbibus exercet, imitationis
viam bonis videlicet rectoribus sternens, ut etsi iam summa contemplando
appetunt, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur, quia tunc ad alta
caritas mirabiliter surgit, cum ad yma se proximorum misericorditer attrahit,
et quo benigne descendit ad infima, valenter recurrit ad summa. Tales
autem sese qui praesunt exhibeant, quibus subditi occulta quoque sua prodere non eru-
bescant, ut cum temptationum fluctus parvuli tolerant, ad pastoris mentem

qui ad intimis sinum recurrat, et hoc quod se in quantum pulsantis culpae sordibus prudenter exhortationis eorum solacio et lacrimis orationis lavet. Unde et ante fores templi ad abluendas ingredientium manus mare aeneum id est luterem duodecim boves portant, qui quidem facie exterius eminent, sed ex posterioribus latent. Quid namque duodecim bobus nisi universus pastorum ordo signatur? De quibus Paulo disserente dicit lex: Non obturabis os bovi trituranti. Quorum quidem opera aperta cernimus, sed apud districtum iudicem quae illos postmodum maneant in occulta retributione nescimus; qui tamen dum condescensionis suae patientiam diluendis proximorum confessionibus praeparant, velud ante fores templi luterem portant, ut quisquis intrare aeternitatis ianuam nititur, temptationes suas menti pastoris indicet, et quasi bovis lutere cogitationis vel operis manus lavet. Et fit plerumque ut dum rectoris animus aliena temptamenta condescendendo cognoscit, audita temptationibus et ipse pulsetur, quia et haec eadem per quam populi multitudo diluitur aqua procul dubio luteris inquinatur. Nam dum sordes diluentium suscipit quasi suae munditiae serenitatem perdit. Sed haec nequaquam pastori timenda sunt, quia deo subtiliter cuncta pensante tanto facilius a sua eripitur quanto misericordius ex aliena temptatione ~~fatigatur~~ fatigatur.

2. para. — Deut. 25 — 1 cor. 9

Quod rector sit bene agentibus per humilitatem socius. xvi

Sit rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus, ut et in bonis nullo se praeferat, et cum pravorum culpa exigit potestatem protinus sui prioratus agnoscat; quatinus et honore suppresso aequalem se subditis bene viventibus deputet, et erga perversos iura rectitudinis exercere non formidet. Nam sicut in libris moralibus dixisse me memini, liquet quod omnes homines natura aequales genuit, sed variante meritorum ordine alios aliis culpa postponit. Ipsa autem diversitas quae accessit ex vitio, divino iudicio dispensatur, ut quia omnis homo aeque stare non valet, alter regatur ab altero. Unde cuncti qui praesunt non in se potestatem debent ordinis, sed aequalitatem pensare conditionis, nec praeesse se hominibus gaudeant, sed prodesse. Antiqui etenim patres nostri non reges hominum sed pastores pecorum fuisse memorantur. Et cum Noe dominus filiisque eius diceret: Crescite et multiplicamini et replete terram, protinus adiunxit: Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrae. Quorum videlicet terror ac tremor quia esse super animalia terrae praecipitur, profecto esse super homines prohibetur. Homo quippe brutis animalibus non autem hominibus ceteris natura praelatus est. Et ideo ei dicitur ut ab animalibus et non ab homine timeatur, quia contra naturam superbire est ab aequali velle timeri. Et tamen necesse est ut rectores a subditis timeantur, quando ab eis deum minime deprehendunt timeri, ut humana saltem formidine peccare metuant qui divina iudicia non formidant. Nequaquam namque praepositi ex hoc quaesito timore superbiunt, in quo non suam gloriam sed subditorum iustitiam quaerunt. In eo enim quod metum sibi a perverse viventibus exigunt, quasi non hominibus sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini iacere substrati. Sed plerumque rector eo ipso quo ceteris praeeminet elatione cogitationis intumescit, et dum ad usum

21 c. 10 et 26 c. 18 — Gen. 9

cuncta subiacet, dum ad votum velociter iussa complentur, dum omnes subditi
si qua bene gesta sunt laudibus efferunt, male gestis autem nulla auctoritate
contradicunt, dum plerumque laudant et quod reprobare debuerant, seductus
ab his que infra subpetunt super se animus tollitur. Et dum foras
immenso favore circumdatur, intus veritate vacuatur, atque oblitus sui in voces
se spargit alienas, talemque se credit qualem foris audit, non qualem
intus discernere debuit. Subditos despicit eosque equales sibi nature ordine
non agnoscit, et quos sorte potestatis excesserit transcendisse se
et vite meritis credit. Cunctis se estimat amplius sapere quibus se videt
amplius posse, in quodam se quippe constituit culmine apud semetipsum,
et qui equa ceteris nature conditione constringitur, ex equo respicere ceteros de-
dignatur. Sicque usque ad eius similitudinem ducitur, de quo scriptum est:
Iob. xli. Omne sublime videt et ipse est rex super universos filios superbie.
Qui singulare culmen appetens et socialem angelorum vitam despiciens ait:
Isa. xiv. Ponam sedem meam ad aquilonem et similis ero altissimo. Miro ergo iudicio
intus foveam deiectionis invenit, dum foris se in culmine potestatis extol-
lit. Apostate quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis de-
dignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbie culmine potestatis
excrevit. Per humilitatem quippe prelatus est, per superbiam reprobatus, Domino attestante,
qui ait: Nonne cum esses parvulus in oculis tuis caput te constitui in
tribubus Israel. Parvulum se prius in suis oculis viderat, sed fultus temporali
potentia iam se parvulum non videbat. Ceterorum namque comparatione se pre-
ferens quia plus cunctis poterat magnum se pre omnibus estimabat. Miro
autem modo, cum apud se parvulus, apud Dominum magnus. Cum vero apud
se magnus apparuit, apud Dominum parvulus fuit. Plerumque ergo dum ex
subditorum affluentia animus inflatur, in fluxum superbie ipso potentie fastigio
corrumpitur. Quam videlicet potentiam bene regit qui et tenere illam novit et impugnare.
Bene hanc regit qui scit per illam super culpas erigi, et scit cum illa ceteris
equalitate componi. Humana etenim mens plerumque extollitur etiam cum
nulla potestate fulcitur, quanto magis ad in altum se erigit cum se ei etiam
potestas adiungit. Quam tamen potestatem recte dispensat qui sollicite noverit
et sumere ex illa quod adiuvat et expugnare quod temptat, et equalem se
cum illa ceteris cernere, et tamen se peccantibus zelo ultionis anteferre. Sed hanc
discretionem plenius agnoscimus si pastoris primi exempla cernamus.
Petrus namque auctore Deo sancte ecclesie principatum tenens, a bene agente
Cornelio et sese ei humiliter prosternente immoderatius venerari recusavit,
seque illi similem recognovit, dicens: Surge, ne feceris, et ego ipse homo sum.
Act. v. Sed cum Ananie et Saphire culpam reperit, mox quanta potentia super
ceteros excrevisset ostendit. Verbo namque eorum vitam perculit quam spiritu
perscrutante deprehendit, et summum se intra ecclesiam contra peccata recoluit quod honore

vehementer impressos totum bene agentibus fratribus non agnovit. Illic conditionem equ-
alitatis innuit societatis actionis, hic zelum ultionis aperit potestatis. Paulus
bene agentibus fratribus prelatum se esse nesciebat cum diceret Non quia dominamur fidei
vestre sed adiutores sumus gaudii vestri. Atque illico adiunxit Fide enim statis.
Ac si aperte diceret ideo non dominamur fidei vestre quia fide
statis equales enim vobis sumus in quo vos stare cognoscimus. Quasi prelatum
se fratribus esse nesciebat cum diceret Facti sumus parvuli in medio vestrum. Et
rursus Nos autem servos vestros per Christum. Sed cum culpam que corrigi debuisset invenit
illico magistrum se esse recoluit dicens Quid vultis in virga veniam ad vos.
Summus itaque locus bene regitur cum is qui preest vitiis potius quam fratribus dominatur.
Sed cum delinquentes subditos prepositi corrigunt restat necesse est ut solli-
cite attendant quatenus per discipline debitum culpas quidem iure potestatis feriant
sed per humilitatis custodiam equales se ipsis fratribus qui corriguntur agnoscant.
Sed plerumque et dignum est ut eosdem quos corrigimus tacita nobis cogi-
tatione preferamus. Illorum namque per nos vitia discipline vigore feriun-
tur, in hiis vero que ipsi committimus ne ullius quidem ab aliquo invectionis verbo laceramur.
Tanto ergo apud dominum obligatiores sumus quanto apud homines inulte
peccamus. Disciplina autem nostra subditos divino iudicio tanto liberiores reddit
quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit. Servanda itaque est in
corde humilitas et in opere disciplina. Atque inter hec sollerter intuendum est
ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis solvantur iura regiminis et
dum prelatus quisque plus se quam decet deiciat subditorum vitam stringere
sub discipline vinculo non possit. Teneant ergo rectores exterius quod pro
aliorum utilitate susceperunt, servent interius quod de sua estimatione pertimescunt.
Sed tamen quibusdam signis decenter erumpentibus eos apud se esse humiles et
subditi deprehendant quatenus et in auctoritate eorum quod formident videant et de
humilitate quod imitentur agnoscant. Studeant igitur sine intermissione qui presunt
ut eorum potentia quanto magna exterius cernitur tanto apud eos interius deprimatur
ne cogitationem vincat ne in delectationem sui animum rapiat ne iam sub
se mens eam regendo possit cui se libidine dominandi supponit.
Ne enim presidentis animus ad elationem potestatis sue delectatione rapiatur
recte per quendam sapientem dicitur Ducem te constituerunt noli extolli sed
esto in illis quasi unus ex illis. Hinc et Petrus ait Non dominantes in clero
sed forma facti gregi. Hinc per semetipsam veritas ad altiora nos virtutum merita
provocans dicit Scitis quia principes gentium dominantur eorum et qui
maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos sed quicumque voluerit
inter vos maior fieri sit vester minister et qui voluerit inter vos primus fieri erit
vester servus. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare. Hinc est quod servum ex
suscepto regimine elatum que post supplicia maneant indicat dicens
Quod si dixerit malus ille servus in corde suo Moram facit dominus meus venire
et ceperit percutere conservos suos manducet autem et bibat cum ebriosis
veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat et dividet eum partemque eius

ponet cum ypocritis. Ypocritas enim vere deputatur qui ex simulatione disciplinae ministerium regiminis vertit in usum dominationis. Et tamen nonnumquam gravius delinquitur si inter perversos plus aequalitas quam disciplina custodiatur. Quia enim falsa pietate superatus ferire Hely delinquentes filios noluit apud districtum iudicem semetipsum cum filiis dampnatione crudeli percussit. Hinc namque ei divina voce dicitur: Honorasti filios tuos magis quam me. Hinc namque pastores increpat per prophetam dicens: Quod fractum est non alligastis et quod abiectum non reduxistis. Abiectum enim reducitur cum quisque in culpa lapsus ad statum iustitiae ex pastorali sollicitudinis vigore revocatur. Fractura vero ligamina stringit cum culpam disciplina deprimit ne plaga usque ad interitum defluat si hanc districtionis severitas non coartat. Sed saepe deterius frangitur cum fractura incaute colligatur ita ut gravius scissuram sentiat si hanc immoderatius ligamenta constringat. Unde necesse est ut cum peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur magna se sollicitudine et districtio ipsa moderetur quatenus sic iura disciplinae contra delinquentes exerceat ut pietatis viscera non amittat. Curandum quippe est ut rectorem subditis et matrem pietas et patrem exhibeat disciplina atque inter haec sollicita circumspectione providendum ne aut districtio rigida aut

Li xx c 7. x1 dis disciplina

pietas sit remissa. Nam sicut in libris moralibus iam diximus disciplina vel misericordia multum destituitur si una sine altera teneatur. Sed erga subditos suos inesse rectoribus debet et iuste consulens misericordia et pie saeviens disciplina. Hinc namque est quod docente veritate per Samaritani studium semivivus in stabulum ducitur et vinum atque oleum vulneribus eius adhibetur ut per vinum scilicet mordeantur vulnera et per oleum foveantur. Necesse quippe est ut quisquis sanandis vulneribus praeest in vino morsum doloris adhibeat in oleo mollitiem pietatis quatenus per vinum mundentur putrida per oleum sananda foveantur. Miscenda ergo est lenitas cum severitate faciendum quoddam ex utroque temperamentum ut neque multa asperitate exulcerentur subditi neque nimia benignitate solvantur. Quod iuxta Pauli vocem bene illa tabernaculi archa sit et qua cum tabulis virga simul et manna est quia cum scripturae sacrae scientia in boni rectoris pectore si est virga districtionis sit et manna dulcedinis. Hinc David ait: Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgae quae feriat sit et consolatio baculi quae sustentet. Sit itaque amor sed non emolliens sit vigor sed non exasperans sit zelus sed non immoderate saeviens sit pietas sed non plus quam expediat parcens. Ut dum se in arce regiminis iustitia clementiaque permiscet is qui praeest corda subditorum et terrendo demulceat et tamen ad terroris reverentiam demulcendo constringat.

Quod rector sit internorum curam in exteriorum occupatione non minuens. Capitulum vij

Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens. Ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat aut solis interioribus occupatus quae foris debet proximis non impendat. Saepe namque nonnulli

obliti quod fratribus animarum praelati sunt toto corde ac mente saecularibus
curis inserviunt, has cum suppetunt agere exultant, ad has et cum desunt
diebus ac noctibus cogitationis turbidae aestibus anhelant. Cumque
ab hiis cessante forsitan occasione quieti sunt ipsa deterius sua
quiete fatigantur. Voluptatem namque censent si actionibus deprimuntur,
laborem deputant si in terrenis negotiis non laborant. Sicque fit
ut dum se urgeri mundanis tumultibus gaudent interna quae docere
alios debuerant ignorent. Unde subditorum quoque procul dubio vita tor-
pescit, quia cum proficere spiritaliter appetit in exemplo eius qui sibi praelatus est
quasi in obstaculo itineris offendit. Languente enim capite membra
incassum vigent, et in exploratione hostium frustra exercitus velociter sequitur
si ab ipso duce itineris erratur. Nulla subditorum mentes exhortatio sub-
levat, eorumque culpas increpatio nulla castigat, quia dum per animarum
praesulem terreni exercetur officium iudicis a gregis custodia vacat cura
pastoris, et subiecti veritatis lumen apprehendere nequeunt, quia dum pastoris
sensum terrena studia occupant vento temptationis impulsus ecclesiae
oculos pulvis caecat. Contra quod bene humani generis redemptor, cum
nos a ventris voracitate compesceret dicens: Attendite autem vobis
ut non graventur corda vestra in crapula et ebrietate; illico adiunxit: Aut in
curis huius vitae. Ubi pavorem quoque protinus mittere adiciens: Ne forte
superveniat in vos repentina dies illa. Cuius adventus et qualiter de-
nuntiat dicens: Tamquam laqueus enim veniet super omnes qui sedent super
faciem orbis terrae. Hinc iterum dicit: Nemo potest duobus dominis servire. Hinc *Mt. 6.*
Paulus religiosorum mentes a mundi consortio contestando atque con-
veniendo suspendit dicens: Nemo militans Deo implicat se negotiis
saecularibus ut ei placeat cui se probavit. Hinc ecclesiae rectoribus et vacandi
studia praecipit et consulendi remedia ostendit dicens: Saecularia iudicia *1 Cor. 6.*
si habueritis contemptibiles ~~qui~~ qui sunt in ecclesia illos constituite ad
iudicandum, ut ipsi videlicet dispensationibus terrenis inserviant quos dona
spiritalia non exornant. Ac si apertius dicat: Qui penetrare intima
nequeunt saltem necessaria foris operentur. Hinc Moyses qui cum Deo lo- *Exo. 28.*
quitur saltem Iethro alienigenae reprehensione iudicatur quod terrenis populorum negotiis
stulto labore deserviat. Cui et consilium mox praebetur, ut pro se
alios ad iurgia dirimenda constituat, et ipse liberius ad erudiendos *populos*
populos spiritalium archana cognoscat. A subiectis ergo inferiora gerenda
sunt, a rectoribus summa cogitanda, ut scilicet oculum qui providendis gressibus *praeeminet*
sit, curae pulvis non obscuret. Caput namque subditorum sunt
cuncti qui praesunt, ut recta pedes valeant itinera carpere, hoc procul dubio
caput debet ex alto providere, ne a provectu sui itineris pedes torpeant,
cum curvata rectitudine corporis caput sese ad terram declinat. Qua autem
mente animarum praesul honore pastorali inter ceteros utitur, si in terrenis negotiis
quae reprehendere in aliis debuit et ipse versatur? Quod videlicet ex ira iustae retributionis *Isai. 28.*
per prophetam Dominus minatur dicens: Et erit sicut populus sic sacerdos. Sacerdos *Ozee. 4.*

quippe erunt pro eo quod agit is qui spiritualis officio fungitur. Quod nimirum fa-
ciunt qui adhuc de studiis carnalibus iudicantur. Cum cum magno ergo do-
lore cordis Ieremias propheta conspiciens sub destructione templi deplo-
Tr. 7 rat dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt
lapides sanctuarii in capite omnium platearum. Quid per aurum quod metallis
ceteris preeminet nisi excellentia sanctitatis. Quid per colorem optimum nisi cunctis
amabilis reverentia religionis exprimitur. Quid sanctuarii lapides nisi sacrorum
ordinum persone sunt. Quid platearum nomine nisi presentis vite latitudo figuratur.
Quia enim greco eloquio platos latitudo dicitur, profecto a latitudine
Mt. 7 platee sunt vocate. Per semetipsam veritas dicit: Lata et spaciosa via que
ducit ad perditionem. Aurum ergo obscuratur cum terrenis actibus sanctitatis vita
polluitur. Color optimus commutatur cum quorundam qui agere religiose
se credebantur estimatio ante acta minuitur. Nam cum quilibet
post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit quasi colore permutato ante hu-
manos oculos eius reverentia despecta pallescit. Sanctuarii quoque lapides
in plateas disperguntur cum sacrorum sclavium foris lata itinera expetunt
hii qui ad ornamentum ecclesie in interioribus misteriis quasi in secretis sanctuarii va-
care debuerant. Ad hoc quippe sanctuarii lapides fiebant ut intra sancta
sanctorum in vestimento summi sacerdotis apparerent. Cum vero ministri religio-
nis a subditis honorem redemptoris sui ex merito vite exigunt sanctua-
rii lapides in ornamento pontificis sunt. Cum nimirum sanctuarii lapi-
vero des dispersi per plateas iacent cum persone sacrorum ordinum volupta-
tum suarum latitudine dedite terrenis negotiis inherent. Et notandum quia
non hos dispersos in plateis sed in capite platearum dicit quia et cum terrena agunt
summi videri appetunt ut et lata itinera teneant ex delectatione voluptatis
et tamen in capite platearum sint ex honore sanctitatis. Nil etiam obstat si sanctuarii la-
pides eos accipimus ex quibus constructum sanctuarium existebat.
Qui dispersi in capite platearum iacent cum sacrorum ordinum viri terre-
nis actibus ex desiderio inserviunt ex quorum prius officio sanctitatis
gloria stare videbatur. Secularia itaque negotia aliquando ex passione tolle-
randa sunt, nunquam vero ex amore requirenda, ne cum mentem diligentis
aggravant hanc suo victam pondere ad yma de celestibus mergant. At contra
nonnulli gregis quidem curam suscipiunt sed sic sibi vacare ad spiritualia
appetunt ut rebus exterioribus nullatenus occupentur, qui cum curare corporalia
funditus negligunt subditorum necessitatibus minime concurrunt. Quorum nimirum
predicatio plerumque despicitur quia dum delinquentium facta corripiunt
sed tamen eis necessaria presentis vite non tribuunt nequaquam libenter audiuntur.
Egentis etenim mentem doctrine sermo non penetrat si hunc apud eius animum
manus misericordie non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat quando hoc in
audientis pectore pietas predicantis rigat. Unde rectorem necesse est ut interiora
infundere possit cogitatione innoxia et exteriora providere. Sic itaque
pastores erga interiora studia subditorum suorum ferveant quatenus in eis
exteriorum quoque vite providentiam non relinquant. Nam quia recte ut diximus a percipiendo

x6

predicatores gregis animus frangitur, si cura exterioris subsidii a pastore negligatur. Unde primus pastor sollicite ammonet dicens: Seniores qui in vobis sunt obsecro consenior et testis Christi passionum, pascite qui in vobis est gregem dei. Cuius hoc in loco passionem cordis an corporis suaderet aperuit cum protinus adiunxit: providentes non coacte sed spontanee secundum deum. Neque enim turpis lucri gratia sed voluntarie. Quibus profecto verbis a pastoribus pie providetur ne dum subditorum inopiam saciant se mucrone ambitionis occidant, ne cum per eos carnis subsidiis reficiuntur proximi ipsi remaneant a iusticie pane ieiuni. Hanc pastorum sollicitudinem Paulus excitat dicens: Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negavit et est infideli deterior. Inter hec itaque metuendum est et vigilanter intuendum ne dum cura ab eis exterior agitur ab interna intentione mergantur. Plerumque enim ut prediximus corda rectorum dum temporali sollicitudini incaute deserviunt ab intimo amore refrigescunt, et foras fusi oblivisci non metuunt qui animarum regimina susceperunt. Sollicitudo ergo que subditis exterius impenditur sub certa necesse est mensura teneatur. Unde bene ad Ezechielem dicitur: Sacerdotes caput suum non radent neque comam nutrient, sed tondentes ~~tondeant~~ tondeant capita sua. Sacerdotes namque iure vocati sunt qui ut sacrum ducatum prebeant fidelibus presunt. Capilli vero in capite exteriores sunt cogitationes in mente, qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur curas vite presentis designant, que ex sensu negligenti quia importune aliquando prodeunt quasi nobis nescientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui presunt habere quidem sollicitudines exteriores debent nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes recte et caput radere prohibentur et comam nutrire, ut cogitationes carnis de vita subditorum nec a se funditus amputent nec rursum ad crescendum nimis relaxent. Unde et bene dicitur: Tondentes tondeant capita sua, ut videlicet cure temporalis sollicitudinis et quantum necesse est prodeant, et tamen recidantur citius ne immoderatius excrescant. Dum igitur per amministratam exteriorem providentiam corporum vita protegitur, et rursum per moderatam cordis intentionem non impeditur, capilli in capite sacerdotis et servantur ut cutem cooperiant et resecantur ne oculos claudant.

Ut rector placere suo studio hominibus non appetat. xix

Inter hec necesse est ut rector sollerter invigilet ne hunc cupido placendi hominibus pulset, ne cum studiose interiora penetrat, cum provide exteriora subministrat, se magis a subditis diligi quam veritatem querat, ne cum bonis actibus fultus a mundo videtur alienus hunc auctori reddat extraneum amor suus. Hostis namque redemptoris est qui per recta opera que facit vice eius ab ecclesia amari concupiscit, quia adulterine cogitationis reus est si placere puer sponse oculis appetit per quem sponsus dona transmisit. Quia nimirum amor proprius cum rectoris mentem ceperit, aliquando hanc inordinate ad mollitiem, aliquando vero ad asperitatem rapit. Ex amore etenim suo mens rectoris in mollitiem ducitur, quia cum peccantes subditos despi-

pe. 2.

1. thy. 5.

Ezec. x.

ne erga hunc eorum dilectio torpeat corripere non presumunt. Nonnunquam vero
errata subditorum que increpare debuerant adulacionibus demulcent.
Eze. 13 Unde per prophetam dicitur Ve hiis qui consuunt pulvillos sub omni cubito
manus et faciunt cervicalia sub capite universe etatis ad capiendas
animas. Pulvillos quippe sub omni cubito manus est ponere cade-
ntes a sua rectitudine animas atque in huius mundi se delectacione reclinan-
tes blanda adulacione refovere. Quasi enim pulvillo cubitus vel
cervicalibus caput iacentis excipitur cum correpcionis duricia peccanti
subtrahitur eique mollicies favoris adhibetur ut in errore
molliter iaceat quem nulla asperitas contradiccionis pulsat. Sed hec rectores
qui semetipsos diligunt hiis proculdubio exhibent a quibus se nocere
posse studio glorie temporalis timent. ~~Nam quos nil contra se~~ Nam quos nil contra
se valere conspiciunt hos nimirum asperitate semper rigide invectionis pre-
munt. Nunquam clementer ammonent sed pastoralis mansuetudinis obli-
ti iure dominacionis terrent. Quos recte per prophetam divina vox increpat
dicens Vos autem cum austeritate imperabatis eis et cum potencia. Plus enim se suo auc-
Eze. 34 tore diligentes iactantes erga subditos erigunt nec quid agere
debeant sed quid valeant attendunt. Nichil de subsequenti iudicio
metuunt, improbe de temporali tempestate gloriantur. Libet ut licenter
et illicita faciat subditorum nemo contradicat. Qui ergo vult prava
agere et tamen ad hec ceteros tacere ipse sibimet testis est quia plus veritate se ap-
petit diligi quam ~~quam~~ se non vult defendi. Nemo quippe est
qui ita vivat ut aliquatenus non delinquat. Ille ergo se ipsum non amplius
veritate desiderat amari qui contra a nullo vult quam veritate parci. Hinc etenim Pe-
trus increpacionem Pauli libenter accepit, hinc David correpcionem sub-
diti nata humilitate audivit. Quia rectores boni dum privato diligere amore
se nesciunt libere puritatis verbum a subditis obsequium humilitatis credunt.
Sed inter hec necesse est ut cura regiminis tanti moderaminis arte temperetur
quatenus subditorum mentes cum quedam recte sentire poterunt sic in vocis
libertatem prodeant ut tamen libertas in superbiam non erumpat. Ne dum forte
se immoderancius lingue eorum libertas conceditur vite ab hiis humilitas
amittatur. Sciendum quoque quod oporteat ut rectores boni placere hominibus
appetant, sed ut sue estimacionis dulcedine proximos in affectum veritatis
trahant. Non ut se amari desiderent sed ut dilectionem suam quasi quandam
viam faciant per quam corda audiencium ad amorem conditoris intro-
ducant. Difficile quippe est ut quamlibet recta denuncians predicator qui non
diligitur libenter audiatur. Debet ergo qui preest et studere se diligi quatenus possit
audiri et tamen amorem suum pro semetipso non querere ne inveniatur ei cui
servire per officium cernitur occulta cogitacionis tyrannide resultare.
Quod bene Paulus insinuat cum sui studii occulta nobis manifestat dicens
cor. Sicut et ego per omnia omnibus placeo. Qui tamen rursus dicit Si adhuc
gal. 1 hominibus placerem Christi servus non essem. Placet ergo Paulus et non placet

Quia in eo quod placere appetit non se sed per se hominibus hominibus placere vir quid/

Quod scire rector sollicite debeat .xx.

Sciendum est rectori quod plerumque vicia virtutes se esse menciuntur. Nam sepe sub parsimonie nomine se tenacitas palliat, contraque se effusio sub appellacione largitatis occultat. Sepe inordinata remissio pietas creditur, et effrenata ira spiritalis zeli virtus estimatur. Sepe precipitata actio velocitatis efficacia, atque agendi tarditas gravitatis consilium putatur. Unde necesse est ut rector animarum virtutes ac vicia vigilanti cura discernat, ne aut cor tenacia occupet et parcum se in dispensacionibus exultet, aut cum effuse quid perditur largum se quasi miserando glorietur, aut remittendo quod ferire debuit ad eterna supplicia subditos pertrahat, aut immaniter feriendo quod delinquitur ipse gravius delinquat, aut hoc quod agi recte ac graviter potuit inmature preveniens levigetur, aut bone actionis meritum differendo ad deteriora permutet.

Quod debeat esse rector discretus correpcionis .xxi.

Sciendum quoque est quod aliquando subditorum vicia prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur indicanda; aliquando et aperte cognita mature toleranda; aliquando vero subtiliter et occulte perscrutanda; aliquando leniter arguenda; aliquando autem vehementer increpanda. Nonnulla quippe ut diximus prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur indicanda, ut cum delinquens et deprehendi se cognoscit et perpeti, has quas in se tacite tolerari considerat augere culpas erubescat, seque sibi ipse iudice puniat, quem apud se rectoris paciencia clementer excusat. Qua nimirum dissimulacione bene Iudeam dominus corripit, cum per prophetam dicit: Mentita es et mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens et quasi non videns. Et dissimulavit igitur culpas et innotuit, quia et contra peccantem tacuit, et hoc ipsum tamen quia tacuerit dixit. Nonnulla autem vel aperte cognita mature toleranda sunt, cum videlicet rerum minime opportunitas congruit ut aperte corrigantur. Nam secta inmature vulnera deterius infervescunt. Et nisi cum tempore medicamenta conveniant, constat procul dubio quod medendi officium amittant. Sed cum tempus a preposito ad correpcionem queritur, sub ipso culparum pondere paciencia prelati exercetur. Unde bene per psalmistam dicitur: Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. In dorso quippe onera sustinemus. Supra dorsum ergo fabricasse peccatores queritur, ac si aperte dicat: Quos corrigere nequeo quasi superimpositum onus porto. Nonnulla autem sunt subtiliter occulte perscrutanda, ut quibusdam signis erumpentibus rector in subditorum mente omne quod clausum latet inveniat, et interveniente correpcionis articulo ex minimis maiora cognoscat. Unde recte ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, fode parietem. Ubi mox isdem propheta subiungit: Et cum perfodissem parietem, apparuit ostium unum. Et dixit ad me: Ingredere et vide abhominaciones pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi, et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abhominacio, et universa ydola domus Israel depicta erant in pariete. Per Ezechielem quippe prepositorum persona, per parietem duricia subditorum. Et quid est parietem fodere nisi acutis inquisicionibus duriciam cordis aperire/

Rx. di. Sepe

Dissimul

Ysay .l.

Tollera

Perscruta

Eze. 8.

Que tunc perfossis apparuit hostium. Quia tunc cordis duricia vel studiosis
percunctationibus vel maturis correptionibus scinditur, quasi quedam ianua ostenditur
ex qua omnia in eo qui corripitur cogitationum interiora videantur. Unde
et bene illic sequitur: Ingredere et vide abhominationes pessimas quas isti faciunt hic.
Quasi ingreditur ut abhominationes aspiciat qui discussis quibusdam signis
exterius apparentibus ita corda subditorum penetrat ut cuncta ei que
illicite cogitantur innotescant. Unde et subdidit: Et ingressus vidi et
ecce omnis similitudo reptilium et animalium abhominatio. In reptilibus
cogitationes omnino terrene sunt. In animalibus vero iam quidem aliquantulum a
terra suspense sed adhuc terrene mercedis premia requirentes. Nam repti-
lia toto ex corpore terre inherent, animalia autem mole corporis a terra suspensa sunt,
sed appetitu tamen gule ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque sunt intra pariete
cum cogitationes volvuntur in mente que a terrenis desideriis nunquam levantur.
Animalia quoque sunt intra pariete cum et si qua iam iusta, si qua honesta cogitantur,
appetendis tamen lucris temporalibus honoribusque deserviunt, et per semetipsa
quidem iam quasi a terra suspensa sunt, sed adhuc per ambitum quasi per gule desiderium
sese ad yma submittunt. Unde et bene subditur: Et universa ydola domus
Col. 3. Israel depicta erant in pariete. Scriptum quippe est: Et avaricia que est ydo-
lorum servitus. Recte ergo post animalia ydola describuntur quia et si honesta actione
nonnulli quasi a terra se erigunt, ambitione tamen inhonesta semetipsos ad
terram deponunt. Bene autem dicitur: Depicta erant, quia dum exteriorum rerum intrinsecus
species attrahuntur quasi in corde depingitur quidquid fictis ymaginibus delibe-
rando cogitatur. Notandum itaque est quia prius foramen in pariete, post
hostium cernitur, et tunc demum occulta abhominatio demonstratur. Quia
nimirum uniuscuiusque peccati prius signa foris, deinde ianua aperte
iniquitatis ostenditur, et demum tunc omne malum quod intus latet aperitur.
Nonnulla autem peccata sunt leniter arguenda. Nam cum non malicia sed sola ignorantia
vel infirmitate delinquitur, profecto necesse est ut magno moderamine
ipsa delicti correptio temperetur. Cuncti quippe quousque in hac
mortali carne subsistimus corruptionis nostre infirmitatibus subiacemus.
Ex se ergo debet unusquisque colligere qualiter aliene hunc oporteat imbe-
cillitati misereri, ne contra infirmitatem proximi si ad increpationis vocem fer-
ventius rapitur oblitus sui esse videatur. Unde bene apostolus admonet dicens:
Gal. 6. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis instruite
huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum ne et tu tempteris.
Ac si aperte dicat: Cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicis
pensa quid es, ut increpationis zelo se spiritus temperet, dum et sibi quod
Increpanda. increpat timet. Nonnulla autem sunt vehementer increpanda, ut cum culpa
ab auctore non cognoscitur, quanti sit ponderis ab increpantis ore sentiatur,
et cum sibi quis malum quod perpetravit levigat, hoc contra se graviter ex corri-
pientis asperitate pertimescat. Debitum quippe rectoris est superne patrie gloriam

pro voce praedicationis ostendere, quanta quae in huius vitae itinere temptamenta
antiquum hostem lateat aperire et subditorum mala quae tolerari leviter
non debent cum magna zeli asperitate corrigere ne si minus contra culpas accenditur
culparum omnium reus ipse teneatur. Unde bene ad Ezechielem dicitur: Sume tibi Eze. 4.
laterem et pones eum contra te et describes in eo civitatem Ierusalem. Statimque
subiungitur: Et ordinabis adversus eam obsidionem et edificabis munitiones
et comportabis aggerem et dabis contra eam castra et pones arietes in gyro. Atque
ad munitionem suam protinus subinfertur: Et tu sume tibi sartagi
nem ferream et pones eam murum ferreum inter te et civitatem. Cuius enim Eze
chiel propheta nisi speciem doctorum tenet cui dicitur: Sume tibi laterem et
pones eum coram te et describes in eo civitatem Ierusalem. Sancti quippe doctores
sibi laterem sumunt cum terrenum auditorum cor ut doceant apprehendunt.
Coram se laterem ponunt quia tota mentis intentione custodiunt
in quo et civitatem Ierusalem iubentur describere quia praedicando terrenis cordibus
curant summopere quae sit supernae pacis visio demonstrare. Sed quia in cassum
gloria patriae caelestis non agnoscitur nisi et quanta hanc impugnat hostis antiqui
temptamenta noscantur, ~~[illegible]~~ apte subiungitur: Et ordinabis adversus eam
obsidionem et edificabis munitiones. Sancti quippe praedicatores obsidionem
circa laterem in quo Ierusalem civitas descripta est ordinant cum terrene menti
et supernam patriam requirenti quanta ei in hoc vitae tempore vitiorum impugnent
adversitates demonstrant. Nam cum unumquodque peccatum quomodo proficientibus insidietur
ostenditur, quasi obsidio circa civitatem Ierusalem voce praedicatoris ordinatur. Sed quia
non solum debent innotescere qualiter vitia impugnent verum et quo custo
ditae nos virtutes roborent, recte subiungitur: Et edificabis munitiones.
Munitiones quippe sanctus praedicator edificat cum quae virtutes quibus resistant vi
tiis demonstrat. Et quia crescente virtute plerumque bella temptationis
augentur, recte adhuc additur: Et comportabis aggerem et dabis contra eam
castra et pones arietes in gyro. Aggerem namque comportat cum praedicator
quisque molem crescentis temptationis enuntiat. Et contra Ierusalem castra erigit
cum recte intentioni audientium hostis callidi circumspectas et quasi incomprehensibiles
insidias praedicat, atque in gyro arietes ponit cum temptationum aculeos
in hac vita nos undique circumdantes et virtutum murum perforantes inno
tescit. Sed cuncta haec subtiliter rector insinuet nisi contra delicta singulorum
aemulationis spiritu ferveat, nullam sibi in perpetuum absolutionem parat.
Unde illic adhuc recte subiungitur: Et tu sume tibi sartaginem ferream
et pones eam murum ferreum inter te et civitatem. Per sartaginem quippe
frixura mentis, per ferrum vero increpationis fortitudo signatur. Quid vero acrius
doctoris mentem quam zelus Dei frigit et excruciat? Unde Paulus huius sar 2 cor. 11
taginis urebatur frixura cum diceret: Quis infirmatur et ego non infirmor?
quis scandalizatur et ego non uror? Et quia quisquis zelo Dei accenditur ne
damnari ex negligentia debeat forti in perpetuum custodia munitur, recte dicitur:
pones eam murum ferreum inter te et civitatem. Sartago enim ferrea murus ferreus

int prophetam et cum te ponit. quia cum nimis fortem zelum rectores exhibent
cum zelum plus modo in se et auditores suos forte nimiorum tenent
necesse ad vindictam destituti sint si nimis fuerint in correptione disso
luti. Sed inter hec sciendum est quia dum ad increpationem se sermo doctoris ex
asperat difficile est valde ut aliquid non dicat ad quod dicere non debet. corrumpat.
Et plerumque contingit ut dum culpa subditorum cum magna invectione
corripitur magistri lingua usque ad excessum verba pertrahatur. Cumque increpatio
immoderate attenditur corda delinquentium in desperationem deprimuntur
Unde necesse est ut exasperatus rector cum subditorum mentem plus se quam de
buit percussisse considerat apud se semper ad penitentiam recurrat ut per
lamenta veniam in conspectu veritatis obtineat et ex eo quod per zelum eius studium
peccat. Quod figurate dominus per moysen precepit dicens. Si quis abierit
Deut. 19 cum amico suo simpliciter in silvam ad ligna cedenda in succisione et lignum
securis fugit manum ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit
et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium fugiet et vivet ne forte
proximus eius cuius effusus est sanguis dolore stimulatus persequatur et
apprehendat eum et percutiat animam eius. Ad silvam quippe cum amico
imus quotiens ad intuenda subditorum delicta convertimur, et simpliciter
ligna succidimus cum delinquentium vitia pia intentione resecamus.
Sed securis manum fugit cum se increpatio plus quam necesse est in
asperitatem pertrahit, ferrumque de manubrio prosilit cum de correptione
sermo durior excedit et amicum percutit et occidit quia auditorem suum
prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit. Correpti namque mentem
repente ad odium proruit si hanc immoderata increpatio plus quam
debuit addicit. Sed hinc qui incaute lignum percutit et proximum
extinguit ad tres necesse est urbes fugiat ut in una earum defensus
vivat, quia si ad penitentie lamenta conversus in unitate sacramenti sub spe fide
et caritate absconditur reus perpetrati homicidii non tenetur. Eumque extincti
proximus cum invenerit non occidit. Quia cum districtus iudex venerit
qui sese nobis per nature consortium iunxit ab eo procul dubio culpe
reatum non expetit quem sub eius venia spes fides caritas abscondit.
Quantum rectorem sacre legis meditationi intendere debet. xxi.
Sed omne hoc rite a rectore agitur si superne formidinis et dilectionis
spiritu afflatus studiose cottidie sacri eloquii precepta meditetur
ut in eo vim sollicitudinis et erga celestem vitam provide circumspectionis
quam humane conversationis usus indesinenter destruit divine admonitionis
verba restauraret. Et qui ad vetustatem vite per societatem secularium
ducitur ad amorem semper spiritualis patrie compunctionis aspiratione renovetur.
Valde namque inter humana verba cor defluit, cumque indubitanter constet
quod externis occupationum tumultibus impulsum cor a semetipso
corruat studere incessabiliter debet ut per eruditionis studium resurgat.
1 Thi 4 Hinc enim quod prelatum gregi discipulum admonet dicens. Dum venio attende lectioni.

Paulus

Hinc David ait: Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est. Hinc Moysi dominus de portanda archa precipit dicens: Facies quatuor circulos aureos quos pones per quatuor arche angulos, facies et vectes de lignis sethim et operies auro inducesque per circulos qui sunt in arche lateribus ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis nec unquam extrahentur ab eis. Quid per archam nisi sancta ecclesia figuratur, cui et quatuor circuli aurei per quatuor angulos iubentur adiungi quia per quatuor mundi partes dilatata tenditur, procul dubio quatuor sancti ewangelii libris accincta predicatur. Vectes quoque de lignis sethim fiunt qui eisdem ad portandum circulis inseruntur quia fortes perseverantesque doctores velut imputribilia ligna querendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inherentes sancte ecclesie unitatem denunctient et quasi intromissi circulis archam portent. Vectibus quippe archam portare est bonis doctoribus sanctam ecclesiam ad rudes infidelium mentes predicando deducere. Qui auro quoque iubentur operiri ut cum sermone aliis insonant ipsi etiam vite moribus fulgescant. De quibus apte subditur: Qui semper erunt in circulis nec unquam extrahentur ab eis, quia nimirum necesse est ut qui ad officium predicationis excubat a sacre lectionis studio non recedat. Ad hoc namque vectes esse in circulis semper iubentur ut cum portandi archam opportunitas exigit de intromittendis vectibus portandi tarditas non generetur, quia videlicet cum spirituale aliquid a subditis pastor inquiritur ignominiosum valde est si tunc querat discere cum questionem debet enodare. Sed circulis vectes inhereant ut doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes testamenti archam sine mora levent. Sed quid necesse est per singula docere, unde beatus primus pastor ecclesie pastores ceteros ammonet dicens: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea que in vobis est spe. Ac si aperte dicat: Ut ad portandam archam mora nulla prepediat, vectes a circulis nunquam recedat. Cuncta dz de diversitate in arte predicationis xxiiii incipit qualiter doceat

Quia vero qualis esse debeat pastor ostendimus, demonstremus ut enim longe ante nos reverende memorie Gregorius Nazanzenus edocuit, non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sepe namque officiunt aliis que aliis prosunt, quia et plerumque herbe que alia nutriunt alia occidunt, et sibilus lenis equos mitigat et catulos instigat. Medicamentum quod hunc morbum imminuit alteri vires iungit. Et panis qui vitam fortium roborat parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum ut et ad sua singulis congruat et tamen a communis edificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intente mentes auditorum nisi ut ita dixerim quedam in cythara tensiones stratae chordarum, quas tangendi artifex ut non sibimetipsi dissimilem cantum faciat dissimiliter pulsat, et idcirco corde consonam modulationem reddunt quia uno quidem plectro sed non uno impulsu feriuntur. Unde et

Exo. 22

1 pe 3

3 Pars
Quo doceat
Docta

strate

doctorum quisque ut in una virtute caritatis edificet ex una doctrina non
una eadem quod exhortatione tangere corda audientium debet. Aliter
ammonendi sunt viri et femine. xxiiii. quod illis grauia
Aliter ammonendi sunt viri atque aliter femine, istis vero sunt iniun-
genda leuiora ut illos magna exerceant, istas vero leuia
demulcendo conuertant. Aliter iuuenes et senes xxv
Aliter iuuenes atque aliter senes quia illos plerumque seueritas ammo-
nitionis ad profectum dirigit istos vero ad meliora opera deprecatio
blanda componit. Scriptum quippe est Seniorem ne increpaueris sed
obsecra ut patrem. Aliter inopes et locupletes xxvi
Aliter inopes atque aliter locupletes. Illis namque offerre consolationis
solatium contra tribulationem, istis vero inferre metum contra elationem debemus.
Inopi quippe a domino per prophetam dicitur Noli timere quia non confunderis.
Et non longe post blandiens dicit paupercula tempestate conuulsa.
Et rursum hanc consolatur dicens Elegi te in camino paupertatis. At contra paulus
Ysay. xx. de diuitibus discipulo dicit Diuitibus huius seculi precipe non superbe
sapere neque sperare in incerto diuiciarum suarum. Ubi notandum valde est
1. thi. 6. quod humilitatis doctor memoriam diuitum faciens non ait roga sed precipe
quia et si impendenda est pietas infirmitati honor tamen non debetur elationi.
Talibus ergo rectum quod dicitur tanto rectius iubetur quanto et rebus transitoriis
altitudine cogitationis intumescunt. De hiis dominus in euangelio dicit
Ve vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Quia enim que sit
Luc 6 eterna gaudia nesciunt ex presentis habundantia uite consolantur. Offeren-
da ergo eis consolatio quos caminus paupertatis excoquit atque illis
offerendus est timor quos consolatio glorie temporalis extollit ut et illi
discant quia diuitias quas non conspiciunt possident et isti cognoscant
// quas qui eas // conspiciunt tenere nequaquam possunt. Plerumque tamen personarum ordinem
permutat qualitas morum ut sit diues humilis sit pauper elatus.
Unde mox predicantis lingua cum audientis debet uita componi ut
tanto districtius in paupere elationem feriat quanto eum timor elationis
infestat. Tanto lenius humilitatem diuitum mulceat quanto eos nec
habundantia que subleuat exaltat. Nonnumquam tamen et superbus diues ex-
hortationis blandimento placandus est quia et plerumque dura vulnera
per lenia fomenta mollescunt et furor insanorum sepe ad salutem me-
dico blandiente reducitur, cumque eis in dulcedine condescenditur languor
insanie mitigatur. Neque enim negligendum nobis est quod cum saulem spiritus
aduersus inuaderet apprehensa dauid cythara eius vesaniam sedabat.
Quid enim per saulem nisi elatio potentium et quid per dauid innuitur nisi
humilis vita fratrum? Cum ergo saul ab immundo spiritu arripitur dauid
canente eius vesania temperatur quia cum sensus potentium per elationem in
furorem uertitur dignum est ut ad salutem mentis quasi dulcedine cythare
locutionis nostre tranquillitate reuocetur. Aliter autem huius seculi potentes arguuntur

prius per quasdam similitudines velut de alieno negocio requirendi sunt
et cum rectam sentenciam quasi in alterum protulerint, tunc modis competentibus de proprio
reatu feriendi ut mens temporali potestate tumida quod contra se neq-
quam erigat, que suo iudicio superbie cervice calcat, et in nulla sui
defensione se extercat que sentencia proprii oris ligatur. Hoc enim est quod nathan
propheta arguere regem venerat, et quasi de causa pauperis contra divitem iudicium
querebat ut prius rex sentenciam diceret et reatum suum postmodum audiret
quatinus nequaquam iusticie contradiceret quam in se ipse protulisset. Vir itaque
sanctus et peccatorem considerans et regem miro ordine audacem reum prius — reum
per confessionem ligare studuit et postmodum per invectionem secare. Celat
paulum quem quesivit, sed percussit repente quem tenuit. ~~[illegible]~~ — Pigrius enim
fortasse incideret si ab ipso sermonis exordio aperte culpam ferire
voluisset, sed premissa similitudine eam quam occultabat exacuit incre-
pacionem. Ad egrum medicus venerat secandum vulnus videbat
sed de paciencia egri dubitabat. Abscondit igitur ferrum medicinale sub
veste quod eductum subito fixit in vulnere ut secantem gladium sentiret
eger antequam cerneret ne si ante cerneret sentire recusaret. Aliter
leti et aliter tristes xxvii

atque aliter tristes. Letis videlicet inferenda sunt
Aliter ammonendi sunt leti, tristia que secuntur ex supplicio, tristibus
vero inferenda sunt leta que promittuntur ex regno. Discant leti
ex minarum asperitate quod timeant, audiant tristes premiorum gaudia
de quibus presumant. Illis quippe dicitur: Ve vobis qui ridetis nunc quia flebitis. — luc 6
Isti vero eorum magistro dicente audiant: Iterum videbo vos et gaudebit — Jo 16
cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Nonnulli autem leti vel tristes
non rebus fiunt sed complexionibus existunt, quibus profecto intimandum est
quod quedam vicia quibusdam complexionibus iuncta sunt. Habent enim leti ex
propinquo luxuriam, tristes vero iram. Unde necesse est ut non solum quisque con-
sideret quod ex complexione sustinet sed et quod ex vicino deterius
urget, ne dum nequaquam pugnat contra hoc quod tolerat ei quod a quo se
liberum estimat incaute succumbat. Aliter subditi et prelati xxviii

Aliter ammonendi sunt subditi atque aliter prelati. Illos ne subiectio
conterat, istos ne locus superior extollat. Illi ne minus quam iubentur
impleant, isti ne plus iusto iubeant quam que compleantur. Illi ut humiliter
subiaceant, isti ut temperanter presint. Nam quod intelligi et figuraliter
illis dicitur: Filii obedite parentibus vestris in domino, istis vero precipitur: et patres — Eph 6
nolite ad iracundiam provocare filios vestros. Illi discant quo ante
occulti arbitri oculos sua interiora componant, isti ~~quo~~ commissis — quo eciam
etiam exempla bene vivendi exterius prebeant. Sciant etenim prelati quod si
perversa umquam perpetrant tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos
perdicionis exempla transmittunt. Unde necesse est ut tanto se caucius a culpa
custodiant quanto per prava que faciunt non soli moriuntur. Ammonendi sunt illi

Sed aliarum animarum
rei sunt quas
pravis exemplis
destruxerunt :

De statu Magri
[illegible]

ne districtius puniant. Si absolute reprimi nequiuerint saltem de se
isti ne subditorum erroribus iudicentur. Et si se iam de se securos inueniunt
Illi ut tanto circa se sollicitius uiuant quanto eos aliena cura non implicat.
Isti uero ut sic aliorum curas expleant quatenus et suas agere non desistant
et in propria sollicitudine ferueant ut ad commissorum studia minime torpescant.
custodia Illi ergo uacanti dicitur Vade ad formicam o piger et considera uias eius
et disce sapientiam. Isti autem terribiliter ammonentur cum dicitur Fili mi si spoponderis
pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam et laqueatus es uerbis
Pro. 6 oris tui et captus propriis sermonibus. Spondere namque pro amico est alienam
animam in periculo sue conuersationis accipere. Unde apud extraneum manus defigitur
quia apud curam sollicitudinis que ante deerat mens ligatur. Verbis uero oris
sui laqueatus est ac propriis sermonibus captus quia dum commissis cogitur bona
dicere ipsum prius necesse est que dicit custodire. Illaqueatur ergo uerbis oris
sui dum exigente ratione constringitur ne eius uita ad aliud quam ammonet
relaxetur. Unde apud districtum iudicem cogitur tanta in opere exsoluere
quanta eum constat aliis uoce precepisse. Ubi et bene mox exhortatio
subditur ut dicitur Fac ergo quod dico fili mi et te ipsum libera quia incidisti
in manum proximi tui. Discurre festina suscita amicum tuum ne dederis
somnum oculis tuis nec dormitent palpebre tue. Quisquis enim ad uiuendum
aliis in exemplo preponitur non solum ut ipse uigilet sed et ut amicum suscitet ammonetur.
Ei namque uigilare bene uiuendo non sufficit si non et illum cui preest a
peccati torpore disiungit. Bene autem dicitur Ne dederis somnum oculis tuis
Nec dormitent palpebre tue. Somnum quippe oculis dare est intentione
cessante subditorum curam omnino negligere. Palpebre uero dormitant cum
cogitationis mente ea que in subditis arguenda cognoscunt pigrescentes
depressi dissimulant. Plene enim dormire est commissorum actus
scire nec corrigere. Non autem dormire sed dormitare est que quidem rep-
rehendenda sunt cognoscere sed tamen propter mentis tedium dignis ea increpa-
tionibus non emendare. Dormitando uero oculus ad plenissimum somnum ducitur
quia dum plerumque malum quod cognoscit non resecat ad hoc quandoque ne-
gligentie sue peruenit merito ut quod a subditis delinquitur nec agnoscat.
Ammonendi sunt itaque qui presunt ut per circumspectionis studium celi animalia fieri
contendant. Celi quippe animalia in circuitu et intus oculis plena
Eze. 1 describuntur. Dignum quippe est ut cuncti qui presunt intus atque in circuitu oculos
habeant quatenus et interno iudici in semetipsis placere studeant et exempla
uite exterius prebentes ea etiam que in aliis sunt corrigenda deprehendant.
Ammonendi sunt subditi ne prepositorum suorum uitam temere iudicent
si quid eos fortasse agere reprehensibiliter uident. Ne unde mala recte redar-
guunt inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Ammonendi sunt
ne cum culpas prepositorum considerant contra eos audaciores fiant
Sed si qua ualde sunt eorum praua apud semetipsos diiudicent et tamen
diuino timore constricti ferre sub eis iugum reuerentie non recusent
1 Reg. 24 Quod melius ostendimus si dauid factum ad medium deducamus. Saul

quippe psecutor cū ad purgandū ventre̅ spelunca̅ fuiss& ingressus
illic cū viris suis dauid inerat qui iam tam longo tpe psecutoris
eius mala tollerabat. Cumqȝ cū viri sui ad feriendū saul accenderent
fregit eos responsionibȝ qȝ manu̅ mitte̅re i xp̄m dn̄i nō deberet. qui
tn̄ occulte surrexit & ora̅ clamidis eius abscidit. Quid enim p saule̅
nisi mali rectores. quid p dauid nisi boni subditi designant̄.
Saulem ventre̅ purgare est ppositos concepta̅ i corde malicia̅
usqȝ ad opa miseri odoris extendere & cogitata aput se noxia
factis exteriorib; exequendo monstrare. que̅ tn̄ dauid ferire metuit. qȝ
pie subditorum mentes ab omni se peste obtrectacionis abstinentes — #Longue
ppositorum uitā nullo lingue gladio percuciunt & cū de imꝑfectione reprehendunt.
Qui & si qn̄ p infirmitate̅ sese abstinere vix possunt ut extrema quedā
atqȝ exteriora ppositorum mala sȝ tn̄ humiliter loquunt̄. qȝ ora̅ clamidis
silenter incidunt. quia vȝ dū plate dignitati innoxie & latenter dero-
gant. qȝ regis sup positi veste̅ fedant sȝ tn̄ ad semetipsos redeunt
seqȝ vehementissime uel de tenuissima u̅bi laceracione reprehendunt.
Unde bn̄ & illic scriptū ē. post hec dauid pcussit cor suū eo qȝ oram
clamidis saul abscidisset. Facta quippe ppositorum oris gladio ferienda
nō sunt & cū recte reprehendenda iudicant̄. Si qn̄ uo contra eos ul i minimis
lingua labitur necesse est ut p afflictionem penitencie cor pmat̄ qtenus ad
semetipsum redeat. & cū pposite ptati deliquit eius contra iudiciū a quo
sibi plata e̅ pħorrescat. Nam cū ppositis delinquimus eius ordini
qui eos nobis ptulit obuiamus. Unde moyses qȝ cū contra se & aaron — · Ex° 26.
conqueri ppl̄m cognouisset ait. Nos enim qd sumus qȝ murmuratis contra
nos. nec contra nos ē murmur vrm̄ sȝ contra dn̄m. Aliter ammo-
nendi sunt serui aliter dn̄i xxv. Dn̄i. Qui sunt i se humilitate

Aliter ammonendi sunt serui atqȝ aliter dn̄i. serui scilicet ut i se semp humilitate̅ cond̄icionis aspiciant.
Dn̄i uero ut nature sue qua equaliter sunt cū seruis sunt conditi memoriam
nō amittant. Serui ammonendi sunt ne deu̅ despiciant si ordinacioni illius
superbiendo contradicunt. Dn̄i quoqȝ ammonendi sunt qȝ contra deū de munere eius sup-
biunt si eos quos p condicionem tenent subditos equales sibi p nature
consorciū nō agnoscunt. Isti ammonendi sunt ut agnoscant se seruos
esse dominorum. Isti ammonendi sunt ut cognoscant se esse conseruos seruorum. — Ephe. 6.
Istis namqȝ dicit̄. Serui obedite dn̄is carnalibȝ. Et rursum. Qui
cumqȝ sunt sub iugo serui dn̄os suos omni honore dignos arbitrent̄. — 1. thi. 6.
Illis autem dicit̄. Et uos dn̄i eadem facite illis remittentes minas — Ephe 6
scientes qȝ & illorum & uester dn̄s est i celis. Aliter sapientes & aliter he-
betes xxvi.

Aliter ammonendi sunt sapientes huius seculi atqȝ aliter
hebetes. Sapientes quippe ammonendi sunt ut amittant scire
que sciunt. hebetes quoqȝ ammonendi sunt ut appetant scire que nesciunt.
In illis hoc primū destruendū ē qd se sapientes arbitrant̄. In istis iam
edificandū ē quicquid de sapiencia superna cognoscit̄. Quia dū minime superbiunt.

longe est

longe

qui ad suscipiendum edificium corda parant. Cum illis laborandum est ut
sapientiores stulti fiant, stultam sapientiam deserant, et sapientem dei
stultitiam discant. Istis vero predicandum est ut ab ea que putatur stultitia
ad veram sapientiam intimius transeant. Illis namque dicitur: Si quis inter
vos videtur sapiens esse in hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens. Istis vero dicitur:
Non multi sapientes secundum carnem. Et rursum: Que sunt stulta mundi
elegit deus ut confundat sapientes. Illos plerumque rationabilis
argumenta, istos nonnunquam melius exempla convertunt. Illis nimirum prodest
ut in suis allegationibus victi iaceant, istis vero aliquando sufficit ut
laudabilia facta aliorum cognoscant. Unde magister egregius sapientibus
Ro. 1 et insipientibus debitorem se. Cum Hebreorum quosdam sapientes quosdam
vero et tardiores admoneret, illis de completione testamenti loquens
Heb. 8 eorum sapientiam argumento superat dicens: Quod enim antiquatur et senescit prope
Heb. 11 interitum est. Cum vero solis exemplis quosdam trahendos cerneret in eadem
epistola adiunxit: Sancti ludibria et verbera experti, insuper vincula et car-
ceres. Lapidati sunt, secti sunt, temptati sunt, et in occisione gladii mor-
Heb. 13 tui sunt. Et rursum: Mementote prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt
verbum dei, quorum intuentes exitum conversationis imitamini fidem,
quatinus et illos victrix ratio subigeret, et istos ad maiora conscendere imitationis
blanda suaderet. Aliter impudentes et aliter verecundi xxxi

Aliter ammonendi sunt impudentes atque aliter verecundi. Illos namque
ab impudentie vitio non nisi increpatio dura compescit. Istos
autem plerumque ad melius exhortatio modesta componit. Illi se delinquere
nesciunt nisi et a pluribus increpentur. Istis plerumque ad conversionem sufficit
quod eis doctor mala saltem leniter ad memoriam reducit. Illos
melius corrigit qui increpando reprehendit. Istis autem maiorem profectum
adducit si hoc quod eis reprehenditur quasi ex latere tangatur. Impudentes
quippe iudeorum plebem dominus aperte increpans ait: Frons mulieris
meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Et rursum verecundatam re-
fovet dicens: Confusionis adolescentie tue oblivisceris, et obprobrii vi-
duitatis tue non recordaberis quia dominabitur tui qui fecit te. Impudenter
quoque delinquentes Galathas aperte Paulus increpat dicens: O
insensati Galate quis vos fascinavit. Et rursum: Sic stulti estis
gal 3 ut cum spiritu ceperitis nunc carne consummamini. Culpas vero verecun-
dantium quasi compatiens reprehendit dicens: Gavisus sum in domino vehementer quoniam
Phi. 4 tandem aliquando refloruistis pro me sentire sicut et sentiebatis, occu-
pati enim eratis, ut et illorum culpas increpatio detegeret et
horum negligentiam sermo mollior velaret. Aliter protervi et aliter pusillanimes xxxii

Aliter ammonendi sunt protervi atque aliter
pusillanimes. Illi enim dum valde de se presumunt exprobrando
ceteros dedignantur. Isti autem dum nimis infirmitatis sue sunt conscii plerumque
in desperationem cadunt. Illi singularia summa estimant cuncta que agunt,
Isti despecta vehementer putant esse que faciunt et ideo in desperatione franguntur.

Subtiliter itaque ab arguente discutienda sunt opera perversorum ut in quo se
placet ostendat quod deo displiceret. Tunc enim perversos melius corrigimus
cum ea que bene egisse se credunt mala acta monstramus ut unde adepta
gloria creditur inde utilis confusio subsequatur. Nonnunquam vero cum se
vicium perversitatis minime perpetrare cognoscunt compendiosius ad correctionem
veniunt si alterius culpe manifestioris et ex latere requisite improperatione
confundantur, ut ex eo quod defendere nequeunt cognoscant se tenere
improbe quod defendunt. Unde cum perverse Paulus Corinthios adversum
se invicem videret inflatos ut alius Apollo alius Pauli alius Cephe 1 cor. 1 et
alius Christi esse se diceret incestus culpam in medium deduxit que apud eos et
perpetrata fuerat et incorrecta remanebat dicens: Auditur inter vos fornicatio 1 cor. 3
qualis nec inter gentes ut uxorem patris quis habeat et vos inflati estis
et non magis luctum habuistis ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.
Ac si aperte dicat: Quid vos per contentionem huius vel illius dicitis qui per disso-
lutionem negligentie nullius vos esse monstratis. At contra pusillanimes aptius
ad iter bene agendi reducimus si quedam illorum bona ex latere requiramus
ut dum in eis alia reprehendendo corripimus alia amplectendo laudemus
quatenus eorum teneritudinem laus audita nutriat quam culpa increpata
castigat. Plerumque autem utilius apud illos proficimus si et eorum bene gesta
memoramus et si qua in eis inordinate gesta sunt non iam tamquam perpetrata
corripimus sed quasi adhuc ne perpetrari debeant prohibemus ut et illa que ap-
probamus illatus favor augeat et contra ea que reprehendimus magis apud
pusillanimes exhortatio verecunda convalescat. Unde idem Paulus
cum Thessalonicenses in accepta predicatione perdurantes quadam de vicino mundi
termino quasdam cognosceret pusillanimitate turbatos prius in eis que
fortia conspicit laudat et caute monendo postmodum quod infirma sunt
roborat. Ait enim: Gratias agere debemus deo semper pro vobis fratres ita ut dignum est 2 the. 1
quoniam supercrescit fides vestra et habundat caritas uniuscuiusque vestrum in invicem
ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro paciencia vestra et fide.
Qui cum blanda hec vite eorum preconia premisisset paulo post subdidit dicens:
Rogamus autem vos fratres per adventum domini nostri Ihesu Christi et nostre congrega- 2 the 2
tionis in ipsum ut non cito moveamini a vestro sensu neque terreamini neque per
spiritum neque per sermonem neque per epistolam tamquam a nobis missam quasi instet
dies domini. Egit enim verus doctor ut prius audirent laudati quod re-
cognoscerent et postmodum quod exhortati sequerentur quatenus eorum mentem ne
ammonicio subiuncta concuteret laus solidaret premissa. Et qui
commotos eos vicini finis suspicione cognoverat non iam redargue-
bat motos sed quasi transacta nescientes adhuc commoveri prohibebat
ut dum ipsa lenitate monitoris predicatori suo se incognitos crederent
tanto reprehensibiles fieri quanto et cognosci ab illo formidarent.

Aliter ammonendi sunt impacientes atque Aliter impacientes atque
aliter pacientes. Dicendum namque impacientibus pacientes xxxiiij

Cumque dum refrenare spiritum negligunt per multa et que non appetunt ad
iniquitatis rapiuntur. quia videlicet mentem impellit furor quo non trahit de
siderium et ut dicit quidam commota velut nesciens vnde postmodum doleat
agit sciens. Dicendum quoque impacientibus quia dum momentis impulsu pre
cipites quedam velut alienati perpetrant, vix mala sua postquam fecerint
perpetrata cognoscunt, qui dum perturbacioni sue minime obsistunt et si
qua a se tranquilla mente fuerant bene gesta confundunt, et impulsu
impulsu destruunt quicquid forsitan diu labore provido construxerunt,
Ipsa namque que mater est omnium custosque virtutum per impaciencie vicium
caritas amittitur, Scriptum quippe est, Caritas paciens est, Igitur cum minime
est paciens caritas non est, per hoc quoque impaciencie vicium ipsa nutrix virtutum
doctrina dissipatur, Scriptum namque est, Doctrina viri per pacienciam noscitur,
Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus quanto minus convincitur paciens, Neque
enim potest veraciter bona docendo impendere si vivendo nescit equanimiter
aliena mala tollerare, per hoc quoque impaciencie vicium plerumque mentem
arrogancie culpa transfigit quia dum despici in mundo hoc quisque non patitur
bona si qua sua occulta sunt ostendere conatur, atque sic per impacienciam usque
ad arrogantiam ducitur dum quia ferre despectionem non potest detegendo
semetipsum in ostentacione gloriatur, vnde scriptum est, Melior est paciens arro
Eccl. 7 gante, quia videlicet eligit paciens quelibet mala perpeti potius quam per ostensionis
vicium bona sua occulta cognosci, Et quia eligit arrogans bona
de se vel falsa iactari ne mala possit vel minima perpeti, Quia igitur cum
paciencia relinquitur et bona reliqua que iam gesta sunt destruuntur, vnde recte
ad Ezechielem dicitur in altare dei fossa precipitur ut in ea videlicet superposita ho
locausta fuerint, Si enim in altari fossa non esset omne quod in eo sacrificium
reperiret superveniens dispergeret aura, Quid vero accipimus altare dei
nisi animam iusti que quot bona egit tot super se eius oculos auctoris
sui sacrificia imponit, Quid autem est altaris fossa nisi bonorum paciencia
que dum mentem ad adversa tolleranda humiliat quasi hanc
in ymo positam demonstrat, fossa ergo in altari fiat ne superpositum sacrificium
aura dispergat, idem electorum mens pacienciam custodiat ne commota
aura impaciencie et hoc quod bene operata est amittat, Bene autem hec eadem
fossa vnius cubiti esse mensuratur quia nimirum paciencia non deserit si
gal 6 vnitatis mensuram servat, Vnde et paulus ait Invicem onera vestra portate et
sic adimplebitis legem christi, lex quippe christi est caritas vnitatis quam soli
perficiunt qui nec cum gravantur excedunt, audiant impacientes quod scriptum est
Melior est paciens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore ur
Prov. 16 bium, minor est victoria urbem vincere quia extra sunt que subiguntur, Valde autem maius est
quod per pacienciam vincitur quia ipse a se animus superatur et semetipsum sibimet
ipsi subicit quando eum paciencia intra se frenare compellit, audiant impa
cientes quod electis suis veritas dicit in paciencia vestra possidebitis animas vestras,
Luc Sic enim conditi mirabiliter sumus ut racio animam et anima possideat corpus. Ius
vero anime a corporis possessione repellitur si non prius anima a racione possidetur, Custodem

conditionis nostre patientiam dominus esse innuit qui in ipsa nos possidendos
metipsos docuit. Quanta ergo sit impatientie culpa cognoscitur per quam
hoc ipsum amittimus possidere quod sumus. Audiant impatientes quod per
Salomonem rursum dicitur: Totum spiritum suum profert stultus, sapiens autem
differt et reservat in posterum. Impatientia quippe impellente agitur ut
totus foras spiritus proferatur quem idcirco citius perturbacio eicit quia
nulla intus disciplina sapientie concludit. Lesus enim in pulsis se ulcisci
non desiderat qui etiam tollerans parci optat, sed tamen iuste iudicari omnia
ex omnino iudicio non ignorat. At contra ammonendi sunt pacientes ne
in eo quod exterius portant interius doleant, ne tante virtutis sacrificium
quod integrum foris ymolant intus malicie peste corrumpant.
Et tamen ab hominibus non agnoscitur et tamen sub divina examinacione tanto
deterior culpa doloris fiat quanto coram hominibus virtutis speciem ven-
dicat. Dicendum itaque est pacientibus ut studeant diligere quos sibi necesse
est tollerare, ne si pacientiam dilectio non sequatur in deteriorem culpam — 1. cor. 13.
odii virtus ostensa vertatur. Unde Paulus cum diceret: Caritas paciens est
illico adiunxit: benigna est. Videlicet ostendens quia quos ex pacientia tollerat
amare etiam ex benignitate non cessat. Unde idem doctor egregius cum pa-
cientiam discipulis suaderet dicens: Omnis amaritudo et ira et indignacio et
clamor et blasphemia tollatur a vobis, quasi cunctis iam exterius bene com-
positis ad interiora convertitur dum subiungit: Cum omni malicia. Quia
nimirum frustra indignacio, clamor et blasphemia ab exterioribus
tollitur si in interioribus vitiorum mater malicia dominatur, et incassum foras
nequicia ex ramis inciditur si surrectura multiplicius intus in — Mt 7
radice servatur. Unde per semetipsam veritas dicit: Diligite inimicos vestros,
benefacite hiis qui vos oderunt, orate pro persequentibus et calumpniantibus
vos. Virtus itaque est coram hominibus adversarios tollerare, sed virtus coram
deo diligere, quia hoc solum deus sacrificium accipit quod ante oculos eius in
altari boni operis flamma caritatis accendit. Hinc est enim quod rursum
quibusdam pacientibus nec tamen diligentibus dicit: Quid autem vides festucam in — Mt
oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non vides. Perturbacio quippe
impacientie festuca est, malicia vero in corde trabes in oculo. Illam namque
aura temptacionis agitat, hanc autem consummata nequicia pene inmo-
bilem portat. Recte vero illic subiungitur: Ypocrita eice primum trabem de
oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Ac si dicatur
menti inique intus dolenti et sanctam se exterius per pacientiam demonstranti:
prius a te molem malicie excute et tunc alios de impacientie levitate
reprehende, ne dum non studes simulacionem vincere, peius tibi sit aliena
mala tollerare. Et vero plerumque pacientibus contingere solet ut eo
quidem tempore quo vel adversa patiuntur vel contumelias audiunt nullo
dolore pulsentur et pacientiam exhibeant, ut custodire et cordis inno-
centiam non obmittant; sed cum post paululum hec ipsa que pertulerunt ad
memoriam revocant, igne se doloris inflammant, argumenta ulcionis

inquietudine et mansuetudine quam tollerantes habent vertentes in ma-
litiam utuntur quibus cicius a potiore succumbunt si que sit huius permutationis
causa pandatur. Callidus namque adversarius bellum contra duos movet
unum videlicet inflammans ut contumelias prior inferat, alterum provocans
ut contumeliis lesus reddat. Sed plerumque dum hic iam victor est
qui iniuriam persuasus irrogat, ab illo vincitur qui illatam sibi
equanimiter portat. Unius ergo victor quem commovendo subiugavit, totis
contra alterum viribus se erigit, eumque obsistentem fortiter et vincentem dolet,
quem quia commovere in ipsa iaculatione contumeliarum non potuit, ab
aperto interim quiescens et secreta suggestione lacessens aptum
deceptionis tempus inquirit. Quia enim publico bello perdidit, ad exercen-
das occulte insidias exardescit. Quietis namque iam tempore ad
victoris animum redit et vel rerum dampna vel iniuriarum iacula ad
memoriam reducit. Cuncta que ei illata sunt vehementer exaggerans
intollerabilia ostendit, tanto quoque mentem merore conturbat ut plerumque
vir patiens ea se equanimiter tollerasse post victoriam captivus erubescat
seque non reddidisse contumelias doleat et deteriora repende[re]
si occasio prebeatur querat. Quibus ergo isti sunt similes nisi hiis qui per fortitudinem
in campo victores sunt, sed per negligentiam post modum intra urbis claustra
capiuntur. Quibus sunt similes nisi hiis quos irruens gravis languor a
vita non subtrahit sed leniter veniens recidiva febris occidit. Admo-
nendi sunt ergo patientes ut cor post victoriam muniant, ut hostem
publico bello superatum insidiari plus menti intendat, et post languorem
plus serpentem timeant, ne hostis callidus eo in deceptione postmodum
maiori exultatione gaudeat quo illa dudum contra se rigida colla
victoris calcat. Aliter benevoli et aliter invidi. xxxiiij

Aliter ammonendi sunt benevoli atque aliter invidi. Ammonendi namque
sunt benevoli ut sic alienis bonis congaudeant quatenus et propria
habere concupiscant, sic proximorum facta diligendo laudent ut ea et
imitando multiplicent. Ne si in hoc presentis vite stadio ad certamen
aliorum devoti fautores sed pigri spectatores assistant, eo post
certamen sine bravio remaneant quo nunc in certamine non laborant
et tunc eorum palmas afflicti respiciant in quorum nunc laboribus
ociosi perdurant. Valde quippe peccamus si aliena benefacta non di-
ligimus, sed nichil mercedis agimus si ea que diligimus in quantum possumus
non imitamur. Dicendum itaque est benevolis quia si imitari bona minime
festinant que laudantes approbant sic eis virtutum sanctitas sicut
stultis spectatoribus ludicrarum artium ac histrionum vanitas placet.
Illi namque aurigarum atque histrionum gesta favoribus efferunt, nec tamen
tales esse desiderant quales eos conspiciunt esse quos laudant. Mirantur
eos placita egisse sed tamen similiter devitant placere. Dicendum est benevolis
ut cum proximorum facta conspiciunt ad suum cor redeant et de alienis actibus
non presumant

vincitur in Cronica li. 3. c. 11

Ne bona laudet et agere recuset. Grauiter quippe ex omni ulterius
ferendi sunt quia placuit quod imitari noluerunt. Ammonendi sunt inuidi
ut perpendant quante sint cecitatis qui alieno prouectu deficiunt, aliena
exultatione contabescunt, quante infelicitatis sint qui melioratione proximi
deteriores fiunt, dumque augmenta aliene prosperitatis aspiciunt, apud
semetipsos anxie afflicti cordis sui peste moriuntur. Quid istis
infelicius quos dum conspecta felicitas afficit pena nequiores
reddit. Aliorum uero bona que habere non possunt si diligerent sua fecis-
sent. Sicut quippe sunt uniuersi constituti in fide, sicut multa membra
in uno continentur in corpore, que per officium quidem diuisa sunt, sed quod sibi
inuicem congruunt unum fiunt. Unde fit ut pes per oculum uideat et per
pedes oculi gradiantur, oris auditus aurium seruiat, et ad usum suum
auribus oris lingua concurrat. Suffragetur manibus uenter, uentri
opera manus impendat. In ipsa ergo corporis positione accipimus quod in actione seruemus.
Nimis itaque turpe est non imitari quod sumus. Nostra sunt nimirum que etsi
imitari non possumus amamus in aliis et amantium fiunt que amantur in nobis. Hinc ergo
~~nobis hinc ergo~~ pensent inuidi caritas quante uirtutis est que alieni
laboris opera nostra sine labore facit. Dicendum itaque est inuidis quia dum se
a liuore minime custodiunt in antiquam uersuti hostis nequitiam demerguntur.
De illo namque scriptum est: Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem Cap. 2
terrarum. Quia enim ipse celum perdidit, conditum hominem inuidit et damnationem
suam perditus adhuc alios perdendo cumulauit. Ammonendi sunt inuidi
ut cognoscant quantis lapsibus succrescentis ruine subiaceant, quia
dum liuorem a corde non proiciunt ad apertas operum nequitias de-
uoluuntur. Nisi enim Kayn inuidisset acceptam fratris hostiam minime per-
uenisset ad extinguendam uitam. Unde scriptum est: Et respexit Dominus ad Gen. 4
Abel et ad munera eius, ad Kayn uero et ad munera eius non respexit.
Iratusque est Kayn uehementer et concidit uultus eius. Liuor itaque sacrificii
fratricidii seminarium fuit. Nam quem meliorem se esse doluit ne utcumque
esset amputauit. Dicendum est inuidis quia dum se ista intus peste consu-
munt et quicquid in se aliud boni habere uidentur interimunt. Unde scriptum est: Vita Pro. 14
carnium sanitas cordis. Vita carnium sanitas cordis, putredo
ossium inuidia. Quid enim per carnes nisi infirma quedam et tenera, et
quid per ossa nisi fortia acta signantur. Et plerumque contingit ut quidam
cum cordis innocentia in nonnullis suis actibus infirmi uideantur, quidam
iam ante humanos oculos robusta exerceant, sed tamen erga aliorum bona
intus inuidie pestilentia tabescunt. Bene ergo dicitur: Vita carnium sanitas cordis,
quia si mentis innocentia custoditur, et si qua foris infirma sunt quandoque robo-
rantur. Et recte illic subditur: Putredo ossium inuidia, quia per liuoris
uitium ante Dei oculos pereunt et que humanis oculis fortia uidentur.
Ossa quippe per inuidiam putrescere est quedam et robusta perire.

Aliter ammonendi sunt simplices et aliter impuri. xxxvi

Aliter ammonendi sunt simplices atque aliter impuri. Laudandi sunt simplices
quod studeant nunquam falsa dicere, sed ammonendi sunt ut nouerint nonnunquam
vera reticere. Sicut enim semper dicentem falsitas lesit, ita nonnunquam quibusdam
audita vera nocuerunt. Unde coram discipulis dominus locutionem suam si-
lencio temperans ait: Multa habeo vobis dicere sed nunc non potestis il-
la portare. Ammonendi itaque sunt simplices ut sicut fallaciam semper utiliter
vitant, ita veritatem semper utiliter proferant. Ammonendi sunt ut simplicitatis bono
prudentiam adiungant, quatenus sic securitatem de simplicitate possideant ut
circumspectionem prudentie non amittant. Hinc namque per doctorem gentium
dicitur: Volo vos sapientes esse in bono, simplices autem in malo. Hinc electos
Ro. 12. suos per semetipsam veritas ammonet dicens: Estote prudentes sicut
Mt. x serpentes et simplices sicut columbe. Quia videlicet in electorum cordibus debet et
simplicitatem columbe astucia serpentis acuere, et serpentis astucia co-
lumbe simplicitatem temperare, quatenus nec seducti per prudentiam calleant
nec ab intellectus studio ex simplicitate torpescant. At contra ammonendi sunt
impuri ut cognoscant quam grauis sit culpa quam sustinent duplicitatis labore ag-
noscant. Dum enim deprehendi metuunt, semper improbas defensiones querunt,
semper pauidis suspicionibus agitantur. Nil autem est ad defendendum puritate
Veritate tutius, nil ad dicendum facilius. Nam dum fallaciam suam tueri quisque
cogitur, duro labore cor fatigatur. Hinc namque scriptum est: Labor
labiorum ipsorum operiet eos. Qui enim nunc implet, tunc operit,
quia cuius nunc animum per blandam inquietudinem exasperat, tunc per
asperam retributionem premit. Hinc per Jeremiam dicitur: Docuerunt linguam
suam loqui mendacium, ut inique agerent laborauerunt. Ac si aperte
diceret: Qui amici esse veritatis poterant sine labore, ut peccent laborant,
cumque viuere simpliciter renuunt, laboribus exigunt ut moriantur.
Nam plerumque in culpa deprehensi dum quales sunt cognosci fu-
giunt, sese sub fallacie velamine abscondunt, et hoc quod peccant
quodque iam aperte cernitur excusare moliuntur, ut sepe hiis qui eorum
culpas corripere studet, aspersis falsitatis nebulis seductus, pene ami-
sisse se inveniat quod de eis iam certum tenebat. Unde recte sub Judee
specie per prophetam contra animam excusantem se dicitur: Ibi habuit fo-
Ericius ueam ericius. Ericii quippe nomine impure mentis sese que
excusantis defendentis duplicitas designatur, quia videlicet ericius cum appre-
henditur et caput cernitur et pedes videntur et corpus omne conspicitur,
sed mox ut apprehensus fuerit semetipsum in speram colligit, pedes
introrsus subtrahit, caput abscondit, et intra tenentis manus totum
simul amittitur quod totum simul ante videbatur. Sic nimirum impure
mentes sunt cum in suis excessibus comprehenduntur. Caput enim ericii
cernitur, quia quo initio ad culpam peccator accesserit videtur; pedes ericii
conspiciuntur, quia quibus vestigiis nequitia sit perpetrata cognoscitur, et tamen
adductis repente excusationibus impura mens introrsus pedes colligit

pedes

quia cuncta iniquitatis sue vestigia abscondunt. Caput subtrahunt quia imis defensionibus nec inchoasse se se malum aliquid ostendunt et quasi serpens in manu tenentis evanescit, quia is qui corripit cuncta que iam cognoverat subito amittens involutum inter confusionem peccatorem tenet. Et qui totum iam deprehenderat transgressionem prave defensionis illusus penitus ignorat. Fovea ergo cervicis habet in reptilibus quia malitiose mentis duplicitas sese inter colligens absconditur in tenebris defensionis. Audiant impuri quod scriptum est: Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Fiducia quippe magne securitatis est simplicitas actionis. Audiant quod sapientis ore dicitur: Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. Audiant quod scriptura rursum perhibet: Et cum simplicibus sermocinatio eius. Deo enim sermocinari est per illustrationem sue presentie humanis mentibus archana revelare. Cum simplicibus ergo sermocinari dicitur quia de supernis misteriis mentes radio sue visitationis illustrat, quas nulla umbra duplicitatis obscurat. Est autem speciale malum duplicium quod dum pravitate et duplici actione ceteros fallunt, quasi prestantiores ceteris se esse prudentes gloriantur. Et quia districtionem retributionis non considerant de dampnis suis miseri exultant. Audiant autem quomodo super illos propheta Sophonias vim divine animadversionis intentat dicens: Ecce dies Domini veniet magnus et horribilis, dies ire dies illa, dies tenebrarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris super omnes civitates munitas et super omnes angulos excelsos. Quid enim per civitates munitas exprimitur nisi suspecte mentes et fallaci semper defensione circumdate, que quotiens earum culpa corripitur, veritatis ad se iacula non admittunt. Et quid per excelsos angulos? Duplex quippe est in angulis paries. Impura corda sunt, que dum veritatis simplicitatem fugiunt ad semetipsa quodammodo duplicitatis pravitate replicantur. Et quod est deterius apud cogitationes suas ex fastu prudentie ex ipsa se culpa impuritatis extollunt. Dies ergo Domini vindicte atque animadversionis plena super civitates munitas et super excelsos angulos venit quia ira extremi iudicii humana corda et defensionibus contra veritatem clausa destruit, et duplicitatibus involuta dissolvit. Tunc enim munite civitates cadunt quia mentes Deo impenetrabiles dampnabuntur. Tunc excelsi anguli corruunt quia corda que se per impuritatem prudentiam erigunt per iustitie sententiam prosternuntur. Sophon. 1

Aliter incolumes et aliter egri. xxxvi.

Aliter ammonendi sunt incolumes atque aliter egri. Ammonendi sunt incolumes ut salute corporis exerceant ad salutem mentis, ne si accepte incolumitatis gratiam ad usum nequitie inclinant, dono deteriores fiant, et eo postmodum supplicia graviora mereantur quo nunc largioribus bonis Dei male uti non metuunt. Ammonendi sunt incolumes ne optinende salutis in perpetuum providere despiciant. Scriptum namque est: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2 Cor. 6 Ammonendi sunt ne placere Deo si cum possunt nolunt et cum volunt non possint. Hinc enim

quia per se sapientia dicit, quos prius diutius renuentes vocauit dicens
Pv. 1 Vocaui et renuistis, extendi manum meam et non fuit qui aspiceret
despexistis omne consilium meum et increpationes meas neglexistis
ego quoque in interitu vestro videbo et subsannabo cum vobis quod timebatis
aduenerit. Et rursum tunc inuocabunt me et non exaudiam, mane
consurgent et non inuenient me. Salus itaque corporis que ad bene
operandum accepta despicitur quanti sit muneris amissa sentitur. Et
infructuose ad ultimum queritur que congruo concessa tempore utiliter non habetur.
Pv. 5 Unde per Salomonem bene dicitur Ne des alienis honorem tuum et annos tuos
crudeli ne forte impleantur extranei viribus tuis et labores tui sint
in domo aliena, et gemas in nouissimis quando consumpseris carnes et
corpus tuum. Qui namque a nobis alieni sunt nisi maligni spiritus qui a
celestis patrie sorte separati. Quis vero honor noster est nisi quod in luteis
corporibus conditi ad conditoris tamen sumus ymaginem et similitudinem
creati. Vel quis alius est crudelis nisi ille apostata angelus qui et semetipsum
pena mortis superbiendo perculit et inferre mortem humano generi perditus
non pepercit. Honorem itaque suum alienis dat qui ad dei ymaginem ac si-
militudinem conditus vite sue tempora malignorum spirituum voluptatibus administrat.
Annos quoque suos crudeli tradit qui ad voluntatem male dominantis aduersarii
acceptum viuendi spacium expendit. Unde bene subditur Ne forte
impleantur extranei viribus tuis et labores tui sint in domo aliena.
Quisquis enim per acceptam valitudinem corporis per tributam sibi sapien-
tiam mentis non exercendis virtutibus sed perpetrandis viciis laborat, nequaquam
suis viribus suam domum sed extraneorum habitacula id est immundorum spirituum
facta multiplicat nimirum vel luxuriando vel superbiendo agens
ut et se addito numero perditorum crescat. Unde autem subditur et gemas
in nouissimis, quando consumpseris carnes et corpus tuum. Plerumque enim accep-
ta salus carnis per vicia expenditur sed cum repente subtrahitur cum mo-
lestiis caro atteritur cum iam egredi anima urgetur diu male habita
quasi ad bene viuendum salus amissa requiritur. Et tunc gemunt homines
quod deo servire noluerunt quando dampna sue negligentie recuperare serviendo
nequaquam possunt. Unde alias dicitur Cum occideret eos inquirebant eum.
At contra admonendi sunt egri ut eo se filios dei sentiant quo illos
discipline flagella castigant. Nisi enim correptis hereditatem dare disponeret
erudire eos per molestias non curaret. Hinc namque ad Iohannem
Apoc. 3 dominus dicit per angelum Ego quos amo arguo et castigo. Hinc rursum
Pv. 3 scriptum est Fili mi noli negligere disciplinam domini neque fatigeris dum ab
eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat, flagellat autem omnem quem
recipit filium. Hinc per psalmistam ait Multe tribulationes iustorum. Hinc beatus
quoque Iob in dolore exclamans ait Si iustus fuero non levabo caput
saturatus afflictione et miseria. Dicendum est egris ut si celestem patriam
suam credunt necesse est ut in hac labores velut in aliena patiantur.

Hinc etenim quod lapides extra tonsi sunt ut in constructione templi domini absque mal-
lei sonitu ponerentur quia nunc foris videlicet per flagella tundimur ut intus in templo
dei postmodum sine discipline percussione disponamur quatenus quicquid in nobis est
superfluum modo percussio resecet et tunc sola nos in edificatione concordia
caritatis liget. Admonendi sunt egri ut considerent pro percipiendis celestibus
hereditatibus quam dura carnales filios discipline flagella castigent.
Cur ergo nobis divine correptionis pena gravis est per quam et numquam amittenda
hereditas percipitur et semper mansura supplicia vitantur. Hinc etenim paulus Ephe.
ait patres quidem carnis nostre habuimus eruditores et verebamur eos
non multo magis obtemperabimus patri spirituum et vivemus. et illi
quidem in tempore paucorum dierum secundum suam voluntatem erudiebant nos hic autem ad id
quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Admonendi sunt egri ut con-
siderent quanta salus cordis sit molestia corporalis que ad cognitionem sui
mentem revocat et quam plerumque salus abicit infirmitatis memoriam reformat
ut animus qui extra se in elationem ducitur cuius sit conditionis subiectus ex percussa
qua sustinet carne memoretur quod recte per balaam si tamen voce dei Num. 22.
subsequi obediendo voluisset ipsa eius itineris retardatione signatur.
Balaam namque ut perveniret ad propositum tetendit sed eius votum animal
cui presidebat prohibitione quippe immorata prepedivit. Asina angelum
vidit quem humana mens non vidit quia plerumque caro tardata per molestias tandem
flagello suo menti deum indicat quem mens ipsa carni presidens non vi-
debat. Ita ut anxietatem spiritus proficere in hoc mundo cupientis velut iter
tendentis impediat donec ei invisibilem qui ei obviat innotescat.
Unde et bene per petrum dicitur. Correptionem habuit sue vesanie subiugale
mutum quod in hominis voce loquens prohibuit prophete insipientiam.
Insanus quippe homo a subiugali muto corripitur quando elata mens humilitatis
bonum quod tenere debeat ab afflicta carne memoratur. Sed huius correptionis
donum balaam ideo non obtinuit quia ad maledicendum pergens vocem non
mentem mutavit. Admonendi sunt egri ut considerent quantum sit munus
molestia corporalis que et commissa peccata diluit et ea que potuerant ad-
mitti compescit que sumpta ab exterioribus plagis confesse menti penitentie
vulnera infligit. Unde scriptum est livor vulneris abstergit mala et plage Pro. 20.
in secretioribus ventris. Mala enim livor vulneris abstergit quia flagel-
lorum dolor vel cogitatas vel perpetratas nequitias diluit. Solet enim
ventris appellatione mens accipi quia sicut venter consumit escas ita mens per-
tractando excoquit curas. Quia enim venter mens dicitur docet quod
scriptum est Lucerna domini spiraculum hominis qui investigat omnia secreta ventris.
Ac si diceret. Divine afflatus illuminationis cum in mentem hominis venit eam incipiens
illuminans ostendit quam ante spiritus sancti adventum cogitationes pravas et portare
poterat et pensare nesciebat. Livor ergo vulneris abstergit mala et plage
in secretioribus ventris quia cum exterius percutimur ad peccatorum nostrorum memoriam

tacati afflicti quia revocamur, atque ante oculos nostros cuncta que a nobis sunt
male gesta reducimus et per hoc quod foris patimur magis intus quod fecimus
dolemus. Unde fit ut inter aperta vulnera corporis amplius nos abluat
plaga secreta ventris, quia sanat nequitias pravi operis occultum vulnus
doloris. Ammonendi sunt egri quatinus patientie virtute fulciantur ut incessanter
quanta redemptor noster ab hiis quos creaverat pertulit mala. Con-
siderent quod tot obita contumeliorum probra sustinuit, quod de manu antiqui
hostis captorum quotidie animas rapiens insultantium alapas accepit,
quod aqua salutis nos abluens a perfidorum sputis faciem non abscondit,
quod advocatione sua nos ab eternis suppliciis liberans tacitus flagella
tolleravit, quod inter angelorum choros perhennes nobis honores tribuens cola-
phos pertulit, quod a peccatorum nos punctionibus salvans spinis caput suppo-
nere non recusavit, quod eterna dulcedine nos inebrians in siti sua fellis
amaritudinem accepit, quod pro nobis patrem quamvis divinitate esset equalis
adoravit, sub irrisione adoratus tacuit, quod vitam mortuis preparans
usque ad mortem ipsa vita pervenit. Cur ergo asperum creditur ut a deo
homo tolleret flagella pro malis, si tanta deus ab hominibus pertulit mala
pro bonis? Aut quis sana intelligentia de percussione sua ingratus existat,
si ipse hinc sine flagello non exiit qui hic sine peccato vixit.

Aliter flagella timentes et in iniquitate durantes xxxvii

Aliter ammonendi sunt qui flagella metuunt et per hoc innocenter vivunt,
atque aliter qui sic in iniquitate duraverunt ut nec per flagella corri-
gantur. Dicendum namque est flagella timentibus ut et bona temporalia nequaquam
pro magno desiderent que adesse et pravis vident, et mala presentia
nequaquam velut intolerabilia fugiant, quibus hic plerumque et bonos affligi
non ignorant. Ammonendi sunt ut si mala veraciter carere desiderant, eterna
supplicia perhorrescant, nec in hoc suppliciorum timore remaneant, sed ad amoris
gratiam nutrimento caritatis excrescant. Scriptum quippe est: Perfecta caritas
1. Io. 4 foras mittit timorem. Et rursum scriptum est: Non accepistis spiritum servitutis
iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba pater.
Ro. 8 Unde idem doctor iterum dicit: Ubi spiritus domini ibi libertas. Si ergo adhuc prava
actio formidata a pena formidetur, profecto formidantis animum nulla
libertas spiritus tenet. Nam si penam non metueret, culpam procul dubio perpetraret.
Ignorat itaque mens gratiam libertatis quam ligat servitus timoris. Bona
enim propter semetipsa amanda sunt et non penis compellentibus exequenda.
Nam qui propterea bona facit quia tormentorum mala metuit, vult non esse quod
metuat ut audacter illicita committat. Unde luce clarius constat
quia coram deo innocentia amittitur si ante eius oculos desiderio peccatur. At contra
hii quos ab iniquitatibus nec flagella compescunt, tanto acriori invectione
feriendi sunt quanto maiori insensibilitate duraverunt. Plerumque enim sine
dedignatione dedignandi sunt et sine desperatione desperandi, ita dumtaxat
ut et ostensa desperatio formidinem incutiat, et subiuncta ammonitio ad spem
reducat.

[illegible] q mor 28 c
Hinc [illegible] qui adhuc servilis
quia formidat
procul dubio non
amat.

Districte itaque contra illos dicere summe providendum est, ut ad cognitionem sui co
sedata etiam animadversione perveniant. Eludit enim se impletum esse
quod scriptum est: Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper Pu. 21
pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Contra hos propheta Dominum queritur dicens: Je 7
Attrivisti eos et renuerunt accipere disciplinam. Hinc est quod Dominus dicit:
Interfeci et perdidi populum istum, et tamen a viis suis non sunt reversi. Hinc rursus Je 7
Dominus ait: Populus non est reversus ad percutientem se. Hinc voce flagellantium Ysa 9
loquitur per prophetam dicens: Curavimus Babylonem et non est sanata. Ba-
bylon quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens que in prava actione Je 51
confusa verba correptionis audit, flagella correptionis percipit,
et tamen ad recta salutis itinera redire contempnit. Hinc Israelitico populo
captivo nec ab iniquitate averso Dominus exprobrat dicens: Versa est domus Israel Eze 22
in scoriam. Omnes isti es et stagnum et ferrum et plumbum in medio fornacis.
Ac si aperte dicat: Purgare eos per ignem tribulationis volui et argen-
tum eos vel aurum fieri volui, sed in fornace michi in es, stagnum, ferrum
et plumbum versi sunt, quia non ad virtutem sed ad vicia et in tribulatione pro-
ruperunt. Es quippe dum percutitur, amplius metallis ceteris sonitum reddit.
Qui ergo in percussione positus ad sonitum murmurationis erumpit, in es versus
est in medio fornacis. Stagnum vero cum ex arte componitur, argenti speciem
mentitur. Qui ergo simulationis vicio non caret in tribulatione, stagnum fit
in fornace. Ferro autem utitur qui vite proximi insidiatur. Ferrum itaque in
fornace est, qui nocendi maliciam non amittit in tribulatione. Plumbum quoque
ceteris metallis est gravius. In fornace ergo plumbum invenitur, qui sic
peccati sui pondere premitur, ut et in tribulatione positus terrenis desideriis non
levetur. Hinc rursus scriptum est: Multo labore sudatum est, et non exivit Eze 24
de eo nimia rubigo eius neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis
ammovet, ut in nobis rubiginem purget viciorum. Sed nec per ignem
rubiginem amittimus, quando et inter flagella vicio non caremus. Hinc Je 6
propheta iterum dicit: Frustra conflavit conflator, malicie eorum non sunt con-
sumpte. Sciendum vero est, quia nonnumquam cum inter flagellorum duriciam per-
manent incorrecti, dulci sunt ammonitione mulcendi. Quos enim
cruciamenta non corrigunt, nonnumquam ab iniquis actibus lenia
blandimenta compescunt. Nam et plerumque egros quos fortis pig-
mentorum potio curare non valuit, ad salutem pristinam tepens aqua
revocavit. Et nonnulla vulnera que curari incisione nequeunt, fomentis
olei sanantur. Et durus adamas incisionem ferri nullatenus recipit,
sed leni hircorum sanguine mollescit.

Aliter taciti et vacantes multiloquio xxxviii

Aliter ammonendi sunt nimis taciti,
atque aliter multiloquio vacantes. Insinuandum namque nimis ta-
citis est, quod dum quedam vicia incaute fugiunt, occulte deterioribus implicantur.
Nam sepe linguam quia immoderatius frenant, in corde gravius multiloquium
tollerant, ut eo plus cogitationes in mente ferveant, quo eas violenta
custodia indiscreti silencii angustat. Atque plerumque tanto lacius

defluunt. Quanto se celsiorem estimat quod foris a reprehensionibus non videtur
Unde nonnumquam mentes in superbia tollitur et quos loquentes audit quasi
infirmos despicit. Cumque os corporis claudit quantum se vitiis super-
biendo aperiat non agnoscit. Linguam etenim premit, mentem elevat,
et cum suam nequitiam minime considerat, tanto apud se cunctos liberius
quanto et secretius accusat. Admonendi sunt igitur nimis taciti ut sollicite
studeant non solum quales foris ostendere, sed etiam quales se de-
beant intus exhibere, ut plus ex cogitationibus occultum iudicium
quam ex sermonibus reprehensionem metuant proximorum. Scriptum namque est
Pro. 7 Fili mi attende sapientiam meam et prudentie mee inclina aurem tuam
ut custodias cogitationes. Nihil quippe in nobis est corde fugatius, quod
a nobis totiens recedit quotiens per pravas cogitationes defluit. Hinc
etenim psalmista ait: Cor meum dereliquit me. Hinc ad semetipsum rediens dicit:
2 Reg. 7 Invenit servus tuus cor suum ut oraret te. Cum ergo cogitatio
per custodiam restringitur, cor quod fugere consueverat invenitur. Plerumque
autem nimis taciti cum nonnulla iniusta patiuntur, eo in acriorem dolorem
prodeunt quo ea que sustinent non loquuntur. Nam si illatas molesti- celum
as tranquilla lingua diceret, a conscientia dolor emanaret. Vulnera
ueius enim clausa plus cruciant. Nam cum putredo que interius fervet eicitur,
ad salutem dolor aperitur. Sciant ergo qui plus quam expedit tacent
ne inter molestias quas tolerant, dum linguam tenent, vim doloris
exaggerent. Admonendi enim sunt ut si proximos sicut se diligunt,
minime illis taceant unde eos iuste reprehendant. Vocis enim medi- infert
camine utrorumque saluti concurritur, dum et ab illo qui infert actio
prava compescitur, et ab hoc qui sustinet doloris fervor vulnere aperto
temperatur. Qui enim proximorum mala respiciunt et tamen in silentio
linguam premunt, quasi conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt,
et eo mortis auctores fiunt quo virus quod poterant curare noluerunt.
Lingua itaque discrete frenanda est, non insolubiliter obliganda.
Eccli 20 Scriptum namque est: Sapiens tacebit usque ad tempus, ut nimirum cum oportu-
num considerat, postposita censura silentii, loquendo que congruunt
in usum se utilitatis impendat. Et rursum scriptum est: Tempus tacendi et
Eccl. 3 tempus loquendi. Discrete quippe pensanda sunt vicissitudinum tempora,
ne aut cum restringi lingua debet, per verba inutiliter defluat, aut cum loqui
utiliter potest semetipsam pigre restringat. Quod bene considerans psalmista
ait: Pone, Domine, custodiam ori meo et ostium circumstantie labiis meis.
Non enim poni ori suo parietem, sed hostium petiit, quod videlicet aperitur et clauditur.
Unde et nobis caute discendum est quatenus os discretum et congruo tempore vox
aperiat et rursum congruo taciturnitas claudat. At contra admonendi sunt
multiloquio vacantes ut vigilanter aspiciant a quanto rectitudinis statu
depereant dum per multiplicia verba dilabuntur. Humana etenim mens aque
more et circumclusa ad superiora colligitur, quia illud repetit unde descendit, et relaxata
deperit

se — illuc / illac

quia se per infima inutiliter spargit. Tanto enim supernus aditus silencii sui
tensura dissipatur quanto tot vocibus extra se ducitur. Unde et redire mentis ad
sui cognicionem non sufficit quia per multiloquium sparsa a secreto se intime
consideracionis excludit. Totam vero se insidiantis hostis vulneribus detegit quia hostis
nulla munitione custodie circumcludit. Unde scriptum est: Sicut urbs pa-
tens et absque murorum ambitu ita vir qui non potest in loquendo co-
hibere spiritum suum. Quia enim murum silencii non habet, patet inimici iaculis civitas mentis.
Et cum se per verba extra semetipsam eicit, apertam se adversario ostendit.
Quam tanto ille sine labore superat quanto et ipsa que vincitur contra semet-
ipsam per multiloquium pugnat. Plerumque autem quia per quosdam gradus
desidiosa mens lapsu casu impellitur, dum ociosa cavere verba ne-
gligimus, pervenimus ad noxia, ut prius loqui aliena libeat, post-
modum detractionibus vitam de quibus loquitur mordeat, ad extremum usque
ad apertas lingue contumelias erumpat. Hinc enim seminantur stimuli,
oriuntur rixe, accenduntur faces odiorum, pax extinguitur cordium. Pv. 17
Unde bene per Salomonem dicitur: Qui dimittit aquam caput iurgiorum est. Aquam
quippe dimittere est linguam in fluxum eloquii relaxare. Quo contra in
bonam partem rursum dicitur: Aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit
aquam caput est iurgiorum quia qui linguam non refrenat, concordiam
dissipat. Unde e diverso scriptum est: Qui imponit stulto silencium iras
mitigat. Quia autem multiloquio quisquis serviens linguam frenare nequit
rectitudinem iusticie tenere nequaquam possit testatur propheta qui ait: Pv.
Vir linguosus non dirigetur in terra. Hinc Salomon iterum dicit: In multiloquio
non deerit peccatum. Hinc Ysaias ait: Cultus iusticie silencium, videlicet indicans
quia mentis iusticia desolatur que ab immoderata locucione non parcit. Hinc
Iacobus dicit: Si quis putat se esse religiosum non refrenans linguam
suam sed seducens cor suum huius vana est religio. Hinc rursum ait: Sit Jac. 1
omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad loquendum. Hinc itidem
lingue vim definiens adiungit: Inquietum malum plena veneno
mortifero. Hinc per semetipsam veritas ammonet dicens: Omne verbum ocio- [illegible]
sum quod locuti fuerint homines reddent de eo racionem in die iudicii.
Ociosum quippe verbum est quod aut racione iuste necessitatis aut intencione pie utilitatis
caret. Si ergo de ocioso sermone exigitur racio, penset quanta pena multiloquium
maneat in quo et per noxia verba peccatur.

Aliter ammonendi sunt pigri et aliter precipites. xxxiiii

Aliter ammonendi sunt pigri atque aliter precipites.
Illi namque suadendi sunt ne agenda bona dum differunt
fine amittant. Isti vero ammonendi sunt ne dum bonorum tempora incaute
festinando preveniunt eorum merita immutent. Pigris itaque intimandum est
quia sepe dum oportune agere quod possumus nolumus, paulo post cum volumus
non valemus. Ipsa quippe mentis desidia dum congruo fervore non
accenditur, a bonorum desiderio funditus convalescente furtim torpore necatur.
Unde per Salomonem dicitur: Pigredo immittit soporem. Piger enim recte senti-
endo quasi vigilat quamvis nil operando torpescat. Sed pigredo soporem

dicitur immittere quia paulisper a recte sentiendo vigilantium mentem dum a bono operandi
studio cessat. Ubi recte subiungitur. Et anima dissoluta esuriet.
Nam quia se ad superiora stringendo non erigit, neglectam se inferius per de-
sidiam expandit. et dum studiorum sublimium vigore non constringitur
cupiditatis infime attritu famem sauciat. unde quo se per disciplinam
ligare dissimulat, eo se esuriens per voluptatum desideria spargit. Hinc
ab eodem rursus Salomone scribitur. In desideriis est omnis ociosus. Hinc
Pu 17 ipsa Veritas predicante uno quidem expulso spiritu munda domus dicitur, sed multi-
plicius redeunte dum vacat occupatur. Plerumque piger dum necessaria
agere negligit quedam sibi difficilia opponit, quedam vero incaute formidat.
et dum invenit quod velut iuste metuat, ostendit quod iure non iniuste
torpescat. Cui recte per Salomonem dicitur. Propter frigus piger arare noluit,
Pu 20 mendicabit ergo in estate et non dabitur ei. Propter frigus quippe piger non
arat, dum parva ex adverso mala metuit, et operari maxima pre-
mittit. Bene autem dicitur. Mendicabit in estate et non dabitur ei. Qui enim nunc
in bonis operibus non exsudat, cum sol iudicii ferventior apparuerit,
quia frustra aditum regni postulat, nil accipiens estate mendicabit.
Bene huic per eundem rursus Salomonem dicitur. Qui observat ventum non seminat,
et qui considerat nubes nunquam metet. Quid enim per ventum nisi malignorum
spirituum temptatio exprimitur. Et quid per nubes que moventur a vento
nisi adversitates pravorum hominum designantur. Nubes videlicet impellunt venti,
quia immundorum spirituum afflatu pravi excitantur homines. Qui ergo
observat ventum non seminat et qui considerat nubes nunquam metet,
quia quisquis temptationem malignorum spirituum, quisquis persecutionem pravorum
hominum metuit, nec nunc granum boni operis seminat, nec tunc manipulos
sancte retributionis secat. At contra precipites dum bonorum actuum tempus
preveniunt, meritum pervertunt, et sepe in mala corruunt dum bona minime
discernunt. qui nequaquam que quando agant inspiciunt, sed plerumque acta
quia ita non debuerant agere cognoscunt. Quibus sub auditoris specie
Eccli 33 recte apud Salomonem dicitur. Fili sine consilio nichil facias, et post factum non
penitebis. Et rursum. Palpebre precedant gressus tuos. Palpebre
Pu 3 quippe gressus precedunt cum opera nostra recta consilia preveniunt.
Qui enim negligit considerando providere quod facturus est, gressus tendit, oculos
claudit, pergendo iter conficit, sed previdendo se minime antecedit.
atque ideo citius corruit, quia quo pedem operis ponere debeat per pal-
pebram consilii non attendit. Aliter mansueti et aliter iracundi.

Aliter admonendi sunt mansueti atque aliter iracundi. Nonnunquam
namque mansueti cum presunt inertie et qui inde potius torpore desi-
die patiuntur, et plerumque ex nimia resolutione lenitatis ultra quam necesse est
rigorem districtionis emolliunt. At contra iracundi cum regiminis loca perci-
piunt, quo impellente iracundia mente in vesaniam devolvuntur, eo subditorum

vita dissipata quietis tranquillitate confunditur. Iracundos cum furor agit
in praeceps irruunt, ignorant quae irati faciunt, ignorant quae a semetipsis irati
patiuntur. Nonnumquam vero quod est gravius iracundiae suae stimulum iustitiae zelum
putant, et cum vitium virtus creditur, sine metu culpa cumulatur. Saepe
ergo mansueti dissolutionis torpescunt studio, saepe iracundi rectitudinis
zelo falluntur. Illorum itaque virtuti latenter vitium adiungitur, his autem sine
metu quasi fervens virtus videtur. Admonendi sunt igitur illi ut fugiant quod
iuxta ipsos est, isti quod in ipsis; attendant illi quod non habent, discernant isti quod
habent; amplectantur mansueti sollicitudinem, damnent iracundi pertur-
bationem. Admonendi sunt mansueti ut habere aemulationem iustitiae stu-
deant; admonendi sunt iracundi ut aemulationi quam se habere existimant man-
suetudinem subiungant. Hoc namque Spiritus sanctus in columba nobis et igne (mt 3 / cyt 1 / luc 3)
monstratus est, quia videlicet omnes quos implet, et columbae simplicitate mansuetos
et igne zeli ardentes exhibet. Nequaquam ergo Spiritu sancto plenus est qui aut in
tranquillitate mansuetudinis fervorem aemulationis deserit, aut rursum in
aemulationis ardore virtutem mansuetudinis amittit. Quod fortasse melius
ostendimus, si Pauli magisterium proferamus, qui duobus discipulis
et non diversa caritate praeditis, diversa tamen adiutoria praedicationis impendit.
Thymoteum autem admonens ait: Argue, increpa, obsecra in omni sapien-
tia et doctrina. Titum quoque admonens dicit: Haec loquere et exhortare et argue cum omni
imperio. Quid est quod doctrinam suam tanta arte dispensat, ut in exhibenda
hanc alteri imperium, atque alteri patientiam proponat, nisi quod mansuetioris
spiritus Titum, et paulo ferventioris vidit esse Thymotheum? Illum per aemulationis
studium inflammat, hunc per lenitatem patientiae temperat. Illi quod deest
apponit, huic quod superest subtrahit. Illum stimulo impellere nititur, hunc freno
moderatur. Magnus quippe susceptae ecclesiae colonus alios palmites
ut crescendo tendant rigat, alios cum plus iusto crescere conspicit re-
secat, ne aut non crescendo fructus non faciant, aut immoderate crescendo
quos protulerint amittant. Sed longe est alia ira quae sub aemulationis
specie surripit, alia quae perturbatum cor et sine iustitiae praetextu confundit.
Illa enim in hoc quod debet inordinate extenditur, haec autem semper in his quae non debet
inflammatur. Sciendum quippe est quia in hoc ab impatientibus iracundi distant,
quod illi ab aliis illata non tolerant, isti autem et quae tolerentur important.
Nam iracundi saepe et se declinantes insequuntur, rixae occasionem mo-
vent, labore contentionis gaudent; quos tamen melius corrigimus si in
ipsa irae suae commotione declinamus. Perturbati quippe quid au-
diant ignorant, sed ad se reducti tanto libentius exhortationis
verba recipiunt, quanto se tranquillius toleratos erubescunt. Menti autem
furore ebriae omne rectum quod dicitur perversum videtur. Unde Nabal ebrio culpam suam
Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit. Ideo enim (1 Rg 27)
mala quae fecerat cognoscere potuit, quia haec ebrius non audivit. Cum vero
ita iracundi alios impetunt ut declinari omnino non possint, non aperta
exprobatione, sed sub quadam cautela venerationis parcendo sunt feriendi.

2 Reg. 2 Quod nimirum si Abner factum ad memoriam deducamus. Hunc quippe cum Asa-
hel vi incautae praecipitationis impeteret, scriptum est: Locutus est Abner ad
Asahel dicens: Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram.
Qui audire contempsit et noluit declinare. Percussit ergo eum Abner
aversa hasta in inguine et transfodit eum, et mortuus est. Cujus enim Asahel
typum tenuit, nisi eorum quos vehementer arripiens furor in praeceps
ducit? Qui in eodem furoris impetu tanto caute declinandi sunt, quanto
a dementia rapiuntur. Unde et Abner, qui sermone nostro patris lucerna
dicitur, fugit: quia doctorum lingua, quae supernum Dei lumen indicat, cum
per abrupta furoris mentem cujuspiam ferri conspicit, declinat. Cumque
contra irascentem dissimulat verborum jacula reddere, quasi persequentem non vult
ferire. Sed cum iracundi nulla consideratione se mitigant, et quasi Asahel persequi et
insanire non cessant, necesse est ut hi qui furentes reprimere conantur,
nequaquam se in furore erigant, sed quidquid est tranquillitatis ostendant; quaedam vero
subtiliter proferant, in quibus ex obliquo furentis animum pungant. Unde et
Abner cum contra persequentem subsistit, non eum recta sed aversa hasta transfodit.
Ex mucrone quippe percutere est impetu apertae increpationis obviare.
Aversa vero hasta persequentem ferire est furentem tranquille ex quibusdam
tangere et quasi parcendo superare. Asahel autem protinus occubuit, quia commotae
mentes dum parci sibi sentiunt, et in responsorum ratione in intimis sub tranquillitate
tanguntur, ab eo quod se erexerant statim cadunt. Qui ergo a fervoris
sui impetu sub lenitatis percussione resiliunt, quasi sine ferro moriuntur.

Aliter humiles atque aliter elati. xvij

Aliter admonendi sunt humiles atque aliter elati. Illis insinuandum est quam sit vera excellentia
quam sperando tenent; illis vero intimandum est quam sit nulla temporalis
gloria quam et amplectentes non tenent. Audiant humiles quam sint
aeterna quae appetunt, quam transitoria quae contemnunt. Audiant elati
quam sint transitoria quae ambiunt, quam aeterna quae perdunt. Audiant
humiles ex magistra voce veritatis: Omnis qui se humiliat exaltabitur.
Luc 13 Audiant elati: Omnis qui se exaltat humiliabitur. Audiant humiles:
Gloriam praecedit humilitas. Audiant elati: Ante ruinam exaltatur spiritus.
Prov 12 Audiant humiles: Ad quem respiciam nisi ad humilem et quietum et trementem
Isay 76 sermones meos. Audiant elati: Quid superbit terra et cinis. Audiant hu-
Eccl 10 miles: Deus humilia respicit. Audiant elati: Et alta a longe cognoscit.
Audiant humiles quia Filius hominis non venit ministrari sed ministrare.
Mt 21 Audiant elati quia initium omnis peccati superbia. Audiant humiles
Eccl 10 quia Redemptor noster humiliavit semetipsum factus obediens patri usque ad
mortem. Audiant elati quid de eorum capite scriptum est: Ipse est rex
Phil 2 super universos filios superbiae. Occasio ergo perditionis nostrae facta est superbia
Job 41 diaboli, et argumentum redemptionis nostrae inventa est humilitas Dei.
Hostis enim noster inter omnia conditus videri super omnia voluit elatus.
Redemptor autem noster magnus super omnia fieri inter omnia dignatus est parvus.
Dicatur ergo humilibus quia dum se deiciunt, ad Dei similitudinem
ascendunt. Dicatur elatis quia dum se erigunt, in apostatae angeli imitationem cadunt.

Audiant itaqz elati q̄d deiectiq̄ que dū sup se tendūt ab altitu. ue
celsitudinis elongāt. Et q̄ humilitē sublimiq̄ que dū se ī yma
deprimit auctori suo manenti sup summa coniūgit. Est tn̄ q̄ι eis
caute dēat pensarī q̄ sepe quidā humilitatis decipiunt spē. quidā uō
elacōis sue ignorancia falluntur. Nam plerūqz nonnullis qui sibi
humiles uident, ēs qui hōibȝ debēt nō dz comitari ē timor.
plerūqz uō elatos comitatur solz liberē uocis assercio. et cū quedā
increpanda sūt. mīa illi reticet ex timore et tū tacē se estimat
ex humilitē. isti locunt p impaciam elacōis et tū loqui se credūt p
humilitē et libertē ueritatis. Illos pressa nō increpent sub spē humilitatis
premit culpa formidinis. istos ad increpanda que nō debēt ad magis
increpanda quā dīt. Sub ymagine libertatis effrenacō impellat
timoris. Vnde et elati amonendi sūt ne plus quā decet sint liberi.
et humiles amonendi sūt ne plus quā expedit sint subditi. Ne aut
illi defensionem iusticie uertat ī exaltacionē supbie. aut isti cū studēt
plus quā necesse ē hōibȝ subiti cōpellantur. eorū mīa uenerari.
Considerandū uō ē q̄ plerūqz elatos utilius corripimus si eorū cor-
recōibus quedā laudū fomenta miscem9. Inferenda namqz illis sūt
ad aliena bona que ī ipis sūt ad dicenda aut que potuit ēē si nō
sūt. Et tunc demum resecanda sūt mala que nobis displicent cū
prius ad audiendū placabilē eorū mente fecerint premissa bona que
placent. Nam et equos indomitos blanda prius manu tangimus
ut eos nobis plenius postmodū et p flagella subigamus. et amaro
pigmentorū poculo mellis dulcedo adiūgit. ut ea que saluti p-
futura ē ī ipo gustu aspa amaritudo sencia. Dū nō gustus p dulce-
dine fallitur. huoz mortifera p amaritudine uacuat. Ipa g° increpat-
cionis exordia p̄miscenda sūt laude tempanda. ut dū admittūt fa-
uores quos diligunt et correpcōes recipiat quas oderunt. plerūqz
aut psuadē elatis utilia melius possum9 si pfectu eorū nobis poci9
quā illis pfuturū dicam9. si eorū meliōacōnē nobis magis q̄ē
impendi postulam9. ffacile enī ad bonū elaco flectitur. si eius
inflexio pdesse et aliis credatur. Vn̄ moyses qui uigere se deo
desti ie ducē aerea columpna pgebat cū iectro cognatū
suū a gentilitatis conusacōe uellet educē ut omipotentis dei dnīo
subiugaret ait. pficiscimur ad locū que dns daturus est nobis
ueni nobiscū et bn̄ faciem9 tibi q̄ dns bona pmisit isrl. Cui
cū diceret ē. No uadā tecū. s3 reuertar ī terra meā ī q natus
sum. illico adiūxit. Noli nos relinquē. tu eni nosti ī quis locis
p desertū castra ponē debeam9 et eris ductor nr̄. Nec eni moysi Exo. 18
mentē ignorancia itineris angustabat. quā et ad pphē scienciā sciens
cognicō diuinitatis expandat. q̄ columpna optime pibat. q̄ de
ceteris intimus p conusacionē dei sedula locucō familiares instru-
ebat. Sȝ uz uir puidus elato auditori colloquens solaciū pecijt
ut daret ducē. requirebat ima ut dux ei fieri possit ad uitā. Egit

itaque ut superbus auditor noster ad meliora suadenti eo magis fiet devotior quo putaverit ut ipse exhortatorem suum per se credidit inde sub verbis exhortantis inclinaverit.

Aliter pertinaces et aliter inconstantes. xlj

Aliter admonendi sunt pertinaces atque aliter inconstantes. Illis dicendum est quia plus de se quam sunt sentiunt et ideo alienis consiliis non acquiescunt. Istis intimandum est quod valde se despicientes negligunt et ideo leviter cogitationum a suo iudicio per tempus momenta flectuntur. Istis dicendum est quia nisi se meliores ceteris estimarent nequaquam cunctorum consilia sue deliberationi postponerent. Istis dicendum est quia si hoc quod sunt utcumque attenderent nequaquam eos per tot varietatis latera mutabilitatis aura versaret. Illis per Paulum dicitur: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Isti vero audiant: Non circumferamini omni vento doctrine. De illis per Salomonem dicitur: Comedent fructus vie sue suisque consiliis saturabuntur. De istis ab eodem rursus scribitur: Cor stultorum dissimile erit. Cor quippe sapientum consimile sibi est quia dum rectis persuasionibus acquiescit constanter se in bono opere dirigit. Cor vero stultorum dissimile est quia dum mutabiliter se prebuit numquam quod fuerat manet. Et quia quedam vicia sicut ex semetipsis gignunt alia ita alia ex aliis oriuntur, sciendum summopere est quia tunc ea corrigendo melius tergimus cum ab ipso cordis amaritudinis fonte siccamus. Pertinacia quippe ex superbia, inconstantia vero ex levitate generatur. Admonendi sunt ergo pertinaces ut elationem sue cogitationis agnoscant et semetipsos vincere studeant, ne dum rectis aliorum suasionibus foris superari despiciunt intus a superbia captivi teneantur. Admonendi sunt ut sollerter aspiciant quia filius hominis cuius una semper cum patre est voluntas ut exemplum nobis frangende nostre voluntatis prebeat dicit: Non quero voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me patris. Qui ut adhuc huius virtutis gratiam commendaret hanc se servaturum in extremo iudicio premisit dicens: Non possum ego a meipso facere quicquam sed sicut audio iudico. Qua ergo conscientia dedignatur homo aliene voluntati acquiescere quando dei atque hominis filius cum virtutis sue gloriam venit ostendere testatur se non a semetipso iudicare. At contra admonendi sunt inconstantes ut mentem gravitate roborent. Tunc enim germina in se mutabilitatis arefaciunt cum a corde prius radicem levitatis abscidunt, quia et fabrica robusta construitur cum prius solidus locus in quo ponatur fundamentum providetur. Nisi ergo mentis levitas caveatur, cogitationum inconstantia minime vincitur. A quibus alienum se Paulus fuisse perhibuit cum dicit: Numquid levitate usus sum aut que cogito secundum carnem cogito ut sit apud me est et non. Ac si aperte dicat: Ideo mutabilitatis aura non moveor quia levitatis vicio non succumbo.

Aliter admonendi sunt gulosi et aliter abstinentes. xlij

Aliter admonendi sunt gule dediti atque aliter abstinentes. Illos enim superfluitas

locutionis levitas operis atque luxuria.

Istos uero sepe impatientia, sepe uero superbie culpa comitatur. Sicut enim gule
deditos immoderata loquacitas rapit. Diues ille qui epulatus cottidie
splendide dicitur in lingua grauius ardet dicens: Pater Abraham miserere mei
et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret
linguam meam quia crucior in hac flamma. Cuius profecto uerbis ostenditur quia epu-
lando cottidie crebrius in lingua peccauerat qui totus ardens refri-
gerari se in lingua precipue requirebat. Rursum quia gule deditos leuitas
protinus operis sequatur auctoritas sacra testatur dicens: Sedit populus manducare et bibere
et surrexerunt ludere. Quos plerumque edacitas usque ad luxuriam pertrahit
quia dum satiatus uenter extenditur aculei libidinis excitantur. Unde et hosti
callido qui primi hominis sensum in concupiscentia pomi aperuit sed in peccati laqueo
strinxit, diuina uoce dicitur: Pectore et uentre repes. Ac si aperte diceretur:
Cogitatione et ingluuie super humana corda dominaberis. Quia gule deditos
luxuria sequitur propheta testatur qui dum aperta narrat occulta denuntiat
dicens: Princeps coquorum destruxit muros Jerusalem. Princeps namque coquorum
uenter est cui magna cura obsequium a coquis impenditur ut ipse delectabiliter
cibis impleatur. Muri namque Jerusalem uirtutes anime sunt ad desiderium superne
pacis eleuate. Coquorum igitur princeps muros Jerusalem deicit quia dum uenter
ingluuie tenditur uirtutes anime destruuntur per luxuriam. Contra quod
mentes abstinentium plerumque impatientia a sinu tranquillitatis excuteret
nequaquam Petrus diceret: Ministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute autem
scientiam, in scientia autem abstinentiam. Protinus uigilanter adiunxit: In abs-
tinentia autem patientiam. Deesse quippe abstinentibus patientiam preuidit
quos ut adesset ammonuit. Rursum si non cogitationes abstinentium
nonnumquam superbie culpa transfigeret Paulus minime dixisset: Qui non
manducat manducantem non iudicet. Qui rursus ad alios loquens
dum de abstinentie uirtute gloriantium precepta perstringeret adiunxit:
Que sunt rationem habentia sapientie in superstitione et humilitate et ad non parcendum
corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Qua in re notandum est
quod in disputatione sua predicator egregius superstitioni humilitatis speciem
iungit quia dum plus quam necesse est per abstinentiam caro atteritur, humilitas
foris ostenditur, sed de hac ipsa humilitate grauiter intus superbitur. Et nisi aliquando
mens ex abstinentie uirtute tumesceret nequaquam hanc uelut inter
magna merita Phariseus arrogans studiose enumeraret dicens: Ieiuno bis
in sabbato. Ammonendi sunt ergo gule dediti ne in eo quod escis delec-
tationi incubant luxurie se mucrone transfigant quantaque per esum lo-
quacitas quanta mentis leuitas insidietur aspiciant ne dum uentri
molliter seruiunt uiciorum laqueis crudeliter astringantur. Tanto enim longius
a secundo parente recedimus quanto per immoderatum usum dum manus ad cibum
tendimus parentis primi lapsum iteramus. At contra ammonendi sunt abstinentes
ut sollicite semper aspiciant ne cum gule uicium fugiunt deteriora eis
uicia quasi ex uirtute generentur. Ne cum carnem macerant ad impatientiam spiritus
erumpant et non iam uirtus sit quod caro uincitur si spiritus ab ira superatur. Aliquando autem
dum mens abstinentium ab ira se deprimit, hec quasi peregrina ueniens

leticia corporis, et eo abstinentie bonum cepit quo sese a spiritualibus
vitiis minime custodit, unde recte per prophetam dicitur: In diebus ieiuniorum
vestrorum inveniuntur voluntates vestre. Et paulo post: Ad iudicia et contenciones ie-
iunatis et percutitis pugno impie. Voluptas quippe ad leticiam pertinet
pugnus ad iram. Incassum ergo per abstinentiam corpus atteritur, si inordinatis
dimissus motibus mens vitiis dissipatur. Rursumque ammonendi sunt
ut abstinentiam suam semper imminutam custodiant, et nequaquam hanc apud
occultum iudicem eximie virtutis credant, ne si dum fortasse magni
meriti creditur cor in elacione sublevetur. Hinc etenim per prophetam dici-
tur: Numquid tale est ieiunium quod elegi? sed frange esurienti panem tuum et egenos
vagosque induc in domum tuam. Qua in re pensandum quam parva abstinentie
virtus cernitur que non nisi ex aliis virtutibus commendatur. Hinc Iohel
ait: Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est adiunctis bonis
aliis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Ammonendi sunt absti-
nentes ut noverint quod tunc placentem Deo abstinentiam offerunt cum ea
que de alimentis sibi subtrahunt indigentibus largiuntur. Sollerter
namque audiendum est quod per prophetam Dominus redarguit dicens: Cum ieiunaretis
et plangeretis in quinto et septimo mense per hos septuaginta annos
numquid ieiunium ieiunastis michi? et cum comedistis et bibistis numquid non vobis
comedistis et vobismetipsis bibistis? Non enim Deo sed sibi quisque ieiunat
si ea que ventri ad tempus subtrahit non egenis tribuit sed ventri post-
modum offerenda custodit. Itaque ne aut illos appetitus gule a mentis
statu deiciat, aut istos afflicta caro ex elacione supplantet, audiant
illi ex ore Veritatis: Attendite vobis ne forte graventur corda vestra in crapula et
ebrietate et curis huius mundi. Ubi et quoque pavor adiungitur: Et superve-
niat in vos repentina dies illa. Tamquam laqueus enim superveniet
in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Audiant isti: Non quod intrat
in os coinquinat hominem sed quod procedit ex ore hoc coinquinat homi-
nem. Audiant illi: Esca ventri et venter escis; Deus autem et hunc et has destruet.
Et rursum: Non in comessacionibus et ebrietatibus. Et rursum: Esca nos
non commendat Deo. Audiant isti: Quia omnia munda mundis, coinquinatis
autem et infidelibus nichil est mundum. Audiant illi: Quorum Deus venter est
et gloria in confusione ipsorum. Audiant isti: Discedent quidam a fide. Et
paulo post: prohibencium nubere, precipiencium abstinere a cibis
quos Deus creavit ad percipiendum cum graciarum actione fidelibus et his
qui cognoverunt veritatem. Audiant illi: Bonum est non manducare carnem
et non bibere vinum neque in quo frater tuus scandalizatur. Audiant isti: Modico
vino utere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates. Quatenus et illi
discant cibos carnis inordinate non appetere, et isti creaturam Dei
quam non appetunt non audeant contempnere. Aliter sua misericorditer tribuentes et aliena rapere contendentes. xliiij

Aliter ammonendi sunt qui
iam sua misericorditer tribuunt, atque aliter qui adhuc
aliena rapere contendunt. Ammonendi sunt namque qui iam sua
misericorditer tribuunt ne cogitacione tumida super eos quibus se terrena
largiuntur extollant, ne ideo se meliores estiment quia contineri per se

rectores videt. Nam tremendus dominus domus famulorum ordines ministraque
dispiciens hos ut regant, illos vero statuit ut ab aliis regantur.
Istos iubet ut necessaria rectis praebeat. Illos ut accepta ab aliis
sumant. Et tamen plerumque offendunt qui regunt et in patris familias
gratia permanent qui reguntur. Iram merentur qui dispensatores sunt
sine offensione perdurant qui ex aliena dispensatione subsistunt.
Admonendi sunt itaque qui ea quae possident misericorditer tribuunt ut a
caelesti domino dispensatores se repositos subsidiorum temporalium agnoscant
et tanto humilius praebeant quanto et aliena esse intelligunt quae dispensant.
Cumque in illorum ministerio quibus accepta largiuntur constitutos se esse considerant
nequaquam eorum mentes timor sublevet sed timor premat. Unde et
necesse est ut sollicite perpendant ne commissa indigne distribuant. Ne
quaedam quibus nulla, ne nulla quibus quaedam, ne multa quibus pauca, ne
pauca praebeant quibus multa impendere debuerant. Ne praecipitatione
hoc quod tribuunt inutiliter spargant. Ne tarditate petentes noxie crucient.
Ne donatoris lumine
ne recipientes gratiae hic intentio surripiat. Ne oblatum munus quanta
laudis transitoriae appetitio extinguat. Ne oblatum munus quaesita
tristitia obsideat. Ne in bene oblato munere animus plus quam decet hy-
larescat. Ne sibi quidquam cum totum impleverint tribuant, et semel
omnia postquam peregerint perdant. Ne enim sibi virtutem suae liberalitatis de-
putent, audiant quod scriptum est: Siquis administrat tamquam ex virtute quam
administrat Deus. Ne in bonis suis immoderatius gaudeant, audiant quod scriptum est:
Cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis dicite servi inutiles sumus quod debuimus
facere fecimus. Ne largitatem tristitia corrumpat, audiant quod scriptum est:
Hylarem enim datorem diligit Deus. Ne ex impenso munere transitoriam
laudem quaerant, audiant quod scriptum est: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.
De praebita dispensatione nequaquam gloriam vite putent; an iustitiae retributionem
tudinis appetitu gaudeant favoris. Ne impense gratiae vicissitudinem
requirant, audiant quod scriptum est: Cum facis prandium aut cenam noli vo-
care amicos tuos neque fratres tuos neque cognatos neque vicinos neque di-
vites ne forte et ipsi te reinvitent et fiat tibi retributio, sed cum facis
convivium voca pauperes debiles claudos caecos et beatus eris quia
non habent unde retribuant tibi. Neque praebenda sero quae citius praebeant.
audiant quod scriptum est: Ne dicas amico tuo vade et revertere et cras dabo
cum statim possis dare. Ne sub obtentu largitatis ea quae possident inutiliter
spargant, audiant quod scriptum est: Sudet eleemosyna in manu tua. Ne cum
multa necessaria sint pauca largiantur, audiant quod scriptum est: Qui parce
seminat parce et metet. Ne cum pauca oportet plurima praebeant et ipsi postea
non minime inopiam tolerantes ad impatientiam erumpant,
audiant quod scriptum est: Non ut aliis sit remissio vobis autem tribulatio
sed ut ex aequalitate vestra habundantia illorum inopiam suppleat ut et illorum
habundantia fit vestrae inopiae supplementum. Cum enim mens dantis inopiam
ferre nescit, si multa sibi subtrahit occasionem contra se impatientiae exquirit. Prius namque

Perpendendus est pacientie animus et tunc vel multa sunt vel cuncta largienda,
ne dum minus equanimiter inopia non vires fertur, et premisse largitatis
merces pereat, et adhuc mentem deterius murmuratio subsequens perdat.
Ne omnino nil eis prebeat quibus conferre aliquid parum ducunt, audiat quod
scriptum est: Omni petenti te tribue. Ne saltem aliquid prebeat quibus omnino
nichil conferre debent, audiat quod scriptum est: Da bono et non receperis
peccatorem. Benefac humili et non dederis impio. Et rursum: Panem tuum
et vinum super sepulturam iusti constitue, et noli ex eo manducare et bibere
cum peccatoribus. Panem enim et vinum suum peccatoribus prebet qui iniquis
subsidia pro eo quod iniqui sunt impendit. Unde et nonnulli huius mundi divites
cum fame cruciarentur Christi pauperes effusis largitatibus nutriunt histriones.
Qui vero indigenti et peccatori panem suum non quia peccator sed quia homo est tribuit,
nimirum non peccatorem sed pauperem iustum nutrit, quia in eo non culpam
sed naturam diligit. Ammonendi sunt etiam qui iam sua misericorditer largiuntur
ut sollicite custodire studeant ne cum commissa peccata elemosinis rede-
munt, adhuc redimenda committant. Ne venalem dei iusticiam
estiment si cum curant pro peccatis nummos tribuere arbitrentur se posse
inulte peccare. Plus est namque anima quam esca et corpus quam vestimentum.
Qui ergo escam atque vestimentum pauperibus largitur, sed tamen anime vel
corporis iniquitate polluitur, quod minus est iusticie obtulit, et quod maius
est culpe, sua enim dedit deo et se dyabolo. At contra ammonendi sunt qui aliena
rapere contendunt ut sollicite audiant quid veniens in iudicio
dominus dicat. Ait namque: Esurivi et non dedistis mihi manducare,
sitivi et non dedistis mihi bibere, hospes eram et non collegistis me,
nudus et non operuistis me, infirmus et in carcere et non visitastis me.
Quibus et premittit: Discedite a me maledicti in ignem eternum qui
paratus est dyabolo et angelis eius. Nequaquam ecce audiunt quia rapinas
vel quelibet alia violenta commiserunt et tamen eternis gehenne ignibus
mancipantur. Hinc ergo colligendum est quanta dampnatione plectendi sunt
qui aliena rapiunt si tanta animadversione feriuntur qui sua indis-
crete tenuerunt. Perpendant quo reatu eos obliget res rapta
si tali subiacet pene non tradita. Perpendant quid mereatur iniusticia
illata si tanta percussione digna est pietas non impensa. Cum aliena
rapere intendunt, audiant quod scriptum est: Ve ei qui multiplicat non
sua usquequo, et aggravat contra se densum lutum. Avaro quippe densum
lutum contra se aggravare est terrena lucra cum pondere peccati cumulare. Cum
multiplicare large habitationis spacia cupiunt, audiant quod
scriptum est: Ve vobis qui coniungitis domum ad domum et agrum agro
copulatis usque ad terminum loci. Numquid habitabitis vos soli in medio
terre? Ac si aperte dicat: Quousque vos extenditis qui non habere in
mundo consortes minime potestis? Conterminos quidem premitis
sed contra quos valeatis extendi semper invenietis. Cum augendis pecuniis
inhiant, audiant quod scriptum est: Avarus non replebitur pecunia, et qui
amat divicias fructus non capiet ex eis. Fructus quippe ex eis
capet

si eas bene spargere non amando noluisset, quia non eas diligendo retinet.
Sit utique sine fructu delinquens cum repleta cuncta sunt opibus mar-
desistunt. Audiant quod scriptum est: Qui festinat ditari non erit innocens.
Profecto innocens non est, quia cum augere opes ambit, vitare peccatum negligit,
et more avium captus, cum esca terrenarum rerum avidus conspicit, quo
strangulatur peccati laqueo non agnoscit. Cumque presentis mundi lucra
desiderant, et que de futuro dampna patiantur ignorant, audiant quod
scriptum est: Hereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.
Ex hac quippe vita initium ducimus, ut ad benedictionis sortem in novissimo
veniamus. Qui itaque in principio hereditatem festinat, sortem sibi in novissimo
benedictionis amputat, quia dum per avaritie nequitiam hic multiplicari
opes appetit, illic ab eterno patrimonio exheres fit. Qui vel plura
ambiunt, ut obtinere cuncta que ambierint possunt, audiant quod scriptum est:
Quid prodest homini si universum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum pa-
tiatur? Ac si aperte Veritas dicat: Quid prodest homini si totum quod extra se est conge-
gat, si hoc solum quod ipse est dampnat? Plerumque autem rapientium avaritia
corrigitur, si ab admonentibus quam fugitiva sit presens vita monstretur,
si eorum ad memoriam deducantur qui et ditari in hoc mundo diu co-
nati sunt, et tamen in acquisitis divitiis diu manere nequiverunt,
quibus festina mors repente et simul abstulit quidquid eorum nequitia
nec simul nec repente congregavit, qui hic non solum rapta reliquerunt, sed
secum ad iudicium causas rapine detulerunt. Horum itaque exempla audiant,
quos in verbis suis procul dubio et ipsi condempnant, ut cum post verba ad
cor redeunt, imitari saltem quos iudicant erubescant. Aliter

qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur. xl.v.

Aliter admonendi sunt qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur,
atque aliter qui et ea que habent tribuunt et tamen aliena rapere non de-
sistunt. Admonendi namque sunt qui nec aliena appetunt nec sua lar-
giuntur, ut sollicite sciant quod ea de qua sumpti sunt cunctis hominibus
terra communis est, et ideo alimenta quoque omnibus communiter profert. Incassum ergo se
innocentes putant qui commune Dei munus sibi privatum vindicant. Qui
cum accepta non tribuunt, in proximorum nece grassantur, quia tot
pene cotidie perimunt quot morientium pauperum apud se subsi-
dia abscondunt. Nam cum quelibet necessaria indigentibus ministramus, sua
illis reddimus, non nostra largimur; iustitie potius debitum solvimus
quam misericordie opera implemus. Unde et ipsa Veritas cum de misericordia caute exhi-
benda loqueretur ait: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram
hominibus. Cui sententie et Psalmista concinens dicit: Dispersit, dedit pauperibus; iustitia
eius manet in eternum. Cum enim largitatem impensam pauperibus premisisset, non hanc
vocare misericordiam sed iustitiam maluit, quia quod a communi Domino tribuitur,
iustum profecto est ut quicumque accipiunt eo communiter utantur. Hinc et Salomon
ait: Qui iustus est tribuet et non cessabit. Admonendi sunt quoque ut sol-
licite attendant quod de ficulnea que fructum non habuit districtus hic agricola

fructum quaerit et terram occupavit. Terra quippe ficulnea sine fructu oc-
cupat, quando mens tenacium hoc quod prodesse multis poterat inutiliter servat.
Terram ficulnea sine fructu occupat, cum locum quem exercere alius per solem
boni operis valuit, stultus per desidie umbram premit. Hij autem dicere
nonnunquam solent: Concessis utimur, aliena non quaerimus. Et si digna
misericordie retributione non agimus, nulla tamen perversa perpetramus. Quod idcirco sentiunt,
quia videlicet aurem cordis a verbis celestibus claudunt. Neque enim dives
in ewangelio qui induebatur purpura et bysso, qui epulabatur cottidie sple-
ndide, aliena rapuisse, sed infructuose propriis usus fuisse perhibetur;
eumque post hanc vitam ultrix gehenna suscepit, non quia aliquid illicitum
gessit, sed quia immoderato usu totum se illicitis tradidit. Ammonendi sunt
tenaces ut noverint quod hanc primam deo iniuriam faciunt, quod datori
omnium nullam misericordie hostiam reddunt. Hinc etenim psalmista ait: Non
dabit deo propiciacionem suam, nec precium redemptoris anime sue.
Precium namque redemptoris dare est opus bonum preveniente nos gratie
reddere. Hinc Iohannes exclamat dicens: Iam securis ad radicem ar-
boris posita est. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in
ignem mittetur. Qui ergo se innoxios quia aliena non rapiunt estimant,
ictum vicine securis provideant, et torporem improvide securitatis amittant,
ne cum ferre fructus boni operis negligunt, a presenti vita funditus quasi
a viriditate radices exsecentur. At contra ammonendi sunt qui et ea que habent
tribuunt et aliena rapere non desistunt, ne valde munifici videri
appetentes ex bonis specie deteriores fiant. Hij etenim propria indiscrete
tribuentes, non ut supra iam diximus ad impacientie murmuracionem pro-
rumpunt, sed cogente se inopia usque ad avariciam devolvuntur. Quid
eorum mente infelicius quorum de largitate avaricia nascitur, et peccatorum
seges quasi ex virtute seminatur. Prius namque ammonendi sunt ut tenere sua
racionabiliter sciant, et tunc demum ut aliena non ambiant. Si enim radix
culpe in ipsa effusione non exuritur, nunquam per ramos exuberans
avaricie spina siccatur. Ut ergo rapiendi subtrahatur sibi bene prius
ius possidendi disponatur. Tunc vero ammoniti audiant quomodo que habent
misericorditer tribuunt, cum minime didicerint ut bona misericordie per [illegible]
rapine nequiciam non confundant. Violenter enim exquirunt que
misericorditer largiantur. Aliud est pro peccatis misericordiam facere, aliud pro
misericordia facienda peccare. Que iam nec misericordia nuncupari potest, quia ad dulcem
fructum non proficit, que per virus pestifere radicis amarescit. Hinc enim
quod ipsa et sacrificia per prophetam dominus reprobat dicens: Ego dominus diligens
iudicium et odio habens rapinam in holocaustum. Hinc iterum dicitur: Hostie
impiorum abhominabiles que offeruntur ex scelere. Qui sepe quoque et
indigentibus subtrahunt que deo largiuntur, sed quanta eos animadversione
feriat per quendam sapientem dominus denotat dicens: Qui offert sacrificium
de substancia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Quid namque
intollerabilius esse potest quam mors filij ante oculos patris. Hoc itaque sac-
rificium quanta ira aspiciatur ostenditur, quod orbati patris dolori comparatur.

Et tamen plerumque quanta tribuunt pensant, quanta autem rapiunt considerare
dissimulant, quasi mercedem numerant et pensare culpas recusant. Audiant
itaque quod scriptum est: Qui mercedes congregavit misit eas in sacculum per-
tusum. In sacculo quippe pertuso videtur quando pecunia mittitur, sed quando amittitur
non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt, sed quanta rapiunt non perpen-
dunt, in pertuso sacculo mercedes mittunt, quia profecto has in spe sue fiducie
intuentes congerunt, sed non intuentes perdunt. Aliter discordes et aliter

Aliter admonendi sunt discordes atque aliter pacati. pacati xlvi

Discordes namque admonendi sunt ut certissime sciant quod quantislibet
virtutibus polleant, spiritales fieri nullatenus possunt, si uniri per concor-
diam proximis negligunt. Scriptum quippe est: Fructus autem spiritus est caritas, pax,
gaudium. Qui ergo servare pacem non curat, fructum spiritus recusat.
Hinc Paulus ait: Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales
estis? Hinc iterum dicit: Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo
videbit Deum. Hinc rursum admonens ait: Solliciti servare unitatem spiritus
in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe
vocationis vestre. Ad unam ergo spem vocationis nequaquam pertingitur, si ad eam
unita cum proximis mente curritur. Et saepe nonnulli quaedam
specialia dona percipiunt, superbiendo donum concordie quod maius est amittunt,
ut si fortasse carnis pretium gule refrenando quis edomat,
concordare eis quos superat abstinendo contempnat. Sed qui abstinentiam
a concordia separat, quid admoneat psalmista perpendat, qui ait: Laudate
eum in tympano et choro. In tympano namque sicca et percussa pellis
resonat, in choro autem concorditer voces sociantur. Quisquis ergo corpus
affligit, sed concordiam deserit, Deum quidem laudat in tympano, sed non
laudat in choro. Saepe vero dum quosdam maior scientia erigit, a ceterorum
societate disiungit, et quo plus sapiunt, eo a concordie virtute desi-
piscunt. Hi itaque audiant quod per semetipsam veritas dicit: Habete in
vobis sal, et pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace non virtutis
donum est, sed dampnationis argumentum. Quo enim quisque melius sapit,
eo deterius delinquit, et idcirco inexcusabiliter merebitur supplicium, quia
prudenter si voluisset potuit vitare peccatum. Quibus recte per Iacobum dicitur: Quod
si zelum amarum habetis et contentiones sint in cordibus vestris, nolite
gloriari et mendaces esse adversum veritatem. Non est ista sapientia desursum
descendens, sed terrena, animalis, dyabolica. Que autem desursum est sapientia primum
quidem pudica est, deinde pacifica. Pudica videlicet quia caste intelligit,
pacifica autem quia per elationem se nimie a proximorum societate disiungit.
Admonendi sunt dissidentes ut noverint quia tamdiu nullum boni operis
Deo sacrificium immolant, quamdiu a proximorum caritate discordant.
Scriptum namque est: Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris
quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade
prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum. Ex quo precepto pensandum est
quorum hostia repellitur quam intollerabilis culpa monstratur. Nam cum mala cuncta

bonis sequentibus diluant. Pensentque quanta sint mala discordie que nisi extincta sint funditus bonum subsequi non permittunt. Admonendi sunt discordes ut si aures a mandatis celestibus declinant mentis oculos ad consideranda ea que in infimis versantur aperiant. Quod sepe aves unius generis sese sociando volando non deserunt. Et congregati bruta animalia pascuntur. Quia si sollerter aspicimus concordando sibi irrationalis natura indicat quantum malum per discordiam rationalis natura committat. quando hanc ex rationis intentione perdit quam illa motu naturali custodit.

At contra admonendi sunt pacati ne dum plus quam necesse est pacem quam possident amant ad perpetuam pervenire non appetant. Plerumque enim gravius intentionum mentium rectitudinem tranquillitas temptat. ut quo non sunt molesta que obtinent eo minus amabilia fiant que vocant. Et quo delectant presentia eo non inquirantur eterna. Unde per semetipsam veritas loquens cum terrenam pacem a superna distingueret atque ad venturam ex presenti discipulos vocaret ait. Pacem meam relinquo vobis pacem meam do vobis. Relinquo scilicet transitoriam do mansuram. Si igitur in ea cor que relicta est figitur nunquam ad illam que danda est pervenitur. Pax itaque ita tenenda est ut et diligi debeat et contempni. Ne si immoderate diligitur diligentis animus in culpa capiatur. Unde et admonendi sunt pacati ne dum nimis humanam pacem desiderant pravos mores hominum nequaquam redarguant et consentiendo perversis ab auctoris sui se pace disiungant. Ne dum humana foras iurgia metuunt interni foederis discussione feriantur. Quid enim est pax transitoria nisi quoddam vestigium pacis eterne. Quid ergo esse dementius potest quam vestigia in pulvere impressa diligere sed ipsum a quo impressa sunt non amare. Hinc David cum totum se ad federa pacis interne constringeret testatur quod cum malis concordiam non teneret dicens. Nonne qui oderunt te oderam et super inimicos tuos thabescebam. Perfecto odio oderam illos inimici facti sunt mihi. Inimicos dei etenim perfecto odio odisse est et quod facti sunt diligere et quod faciunt increpare mores pravorum premere vite prodesse. Pensandum ergo est cum ab increpatione quiescitur quanta culpa cum pessimis pax tenetur. Si propheta tantus hoc velut in hostiam deo obtulit. quod contra se pro domino pravorum inimicitias excitavit. Hinc est quod levi tribus assumptis gladiis per castrorum medium transiens quia feriendis noluit peccatoribus parcere domino magis dicitur consecrasse. Hinc Phinees peccantium civium gratiam spernens coeuntes cum madianitis perculit et iram domini irascendo placavit. Hinc per semetipsam veritas dicit. Nolite arbitrari quia veni pacem mittere in terram. Non enim veni pacem mittere sed gladium. Malorum namque cum incaute amicitiis iungimur culpis ligamur. Unde Josaphat qui tot de ante acta vita preconiis attollitur de Achab regis amicitiis pene periturus increpatur. Cui a domino per prophetam dicitur. Impio prebes auxilium et hiis qui oderunt dominum amicitia iungeris. Et ideo iram quidem domini merebaris. Sed bona opera inventa sunt in te eo quod abstulisti lucos de terra Juda. Ab ipso enim qui summe rectus est eo ipso iam discrepat quod pravorum amicitiis vita nostra concordat

Ammonendi sunt pacati ne si ad correptionis verba prosiliant temporalem
pacem a se perturbari formident. Rursumque ammonendi sunt ut eandem
pacem diligendo integram intus teneant quam increpando voce exterius
turbant. Quod utrumque prudenter David se servasse insinuat dicens: Cum
his qui oderunt pacem eram pacificus; cum loquebar illis impugnabant
me gratis. Ecce et loquebatur impugnatus et tamen impugnatus erat
pacificus, quia nec insanientes cessabat reprehendere, nec reprehensos
oblivisci amare. Hinc et Paulus ait: Si fieri potest quod ex vobis est cum
omnibus hominibus pacem habentes. Hortaturus enim discipulos ut pacem
cum hominibus haberent, premisit dicens atque subiunxit: Si fieri potest quod ex vobis est.
Difficile quippe erat ut si mala acta corriperent habere pacem cum
omnibus possent. Sed cum temporalis pax in pravorum cordibus ex nostra incre-
patione confunditur, inviolata necesse est ut in nostro corde servetur. Bene
itaque ait: Quod ex vobis est. Ac si aperte nimirum diceret: Quia pax
ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripiuntur ex-
pellitur, integra tamen in vestra corripientis mente teneatur. Unde rursum
discipulos ammonet dicens: Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc
notate et non commisceamini cum illo ut confundatur; atque illico adiunxit:
Et nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite ut fratrem.
Ac si diceret: Pacem cum eo exteriorem solvite, sed interiorem de eo in me-
dullis custodite, ut peccantis mentem sic vestra discordia feriat,
quatenus pax a vestris cordibus nec abnegata discedat. **Aliter semi-
nantes iurgia et pacifici xxiij**

Aliter ammonendi sunt seminantes
iurgia atque aliter pacifici. Ammonendi sunt namque qui iurgia
seminant ut cuius sint sequaces agnoscant. De apostata quippe
angelo scriptum est: Cum bonis messis zizania superseminata fuissent, inimicus
homo hoc fecit. De cuius membro per Salomonem dicitur: Homo apostata vir
inutilis graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo
corde machinatur malum, et omni tempore iurgia seminat. Ecce quem
seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam notavit, quia nisi
more superbientis angeli a conditoris prius intus cum facie
mente caderet, foras postmodum usque ad seminanda iurgia non ve-
niret. Qui recte describitur quod annuit oculis, digito loquitur, terit
pede. Interior namque est custodia que ordinata servat exterius
membrorum statum. Qui igitur statum mentis perdidit, subsequenter foras in inconstantia
motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat quod nulla intus
radice subsistat. Audiant iurgiorum seminatores quod scriptum est:
Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur. Atque e diverso colligant quia si
Dei vocantur filii qui pacem faciunt, procul dubio Sathane filii sunt qui
confundunt. Omnes autem qui per discordiam separantur a viriditate dilectionis
arescunt. Quia et si bonorum operum fructus in suis actionibus proferunt, nulli
sunt, qui non ex unitate caritatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes iurgia

qui multiplicius peccat qui dum unam nequitiam perpetrat ab humanis cordibus simul cunctas virtutes eradicat. In uno enim malo perpetrant innumera qui seminando discordiam caritatem que nimirum virtutum est mater omnium extinguunt. Et quia apud deum est preciosius nihil virtute dilectionis, nihil desiderabilius est diabolo extinctione caritatis. Quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hosti dei familiarius servit, quia qua ille amissa cecidit, hanc iste vulnerantes cordibus subtrahens eis iter ascensionis abscidit. Aliter admonendi sunt pacifici ne tante actionis pondus leviter ignorent si inter quos fundare pacem debeant ignoraverint. Nam sicut multum nocet si unitas desit bonis, ita valde est noxium si non desit malis. Si igitur perversorum nequitiam in pace iungit, profecto eorum malis actibus robur augetur, quia quo sibi in malicia congruunt, tanto se robustius bonorum afflictionibus illidunt. Hinc namque est quod contra dampnati illius vasis videlicet antichristi predicatores divina voce beato Iob dicitur: membra carnium eius coherencia sibi. Hinc sub specie squamarum de eius satellitibus dicitur: una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas. Sequaces quippe illius quo nulla inter se adversitate discordie divisi sunt, eo in bonorum cede numerosius glomerantur. Qui ergo iniquos paci sociat, iniquitati vires administrat, quia bonos deterius deprimunt quos unanimiter persequuntur. Unde predicator egregius gravi phariseorum saduceorumque persecutione deprehensus inter semetipsos dividere studuit quos contra se unitos graviter vidit cum clamavit: Viri fratres ego phariseus sum filius phariseorum, de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor. Cumque saducei spem resurrectionemque mortuorum esse denegarent quam pharisei iuxta sacri eloquii precepta crederent facta est in persecutorum unanimitate dissensio. Et divisa turba paulus illesus exiit quem prius iuncta persequens unanimiter pressit. Admonendi sunt itaque qui faciende pacis studiis occupantur ut pravorum mentibus prius amorem debeant interne pacis infundere, ut post eorum valeat exterior pax prodesse, ut dum eorum cor in illius cognitione suspenditur, nequaquam ad nequitiam ex hac precipitanter rapiatur. Dumque superna prospicit, terrena nullo modo ad usum sue deterioris actionis inflectat. Cum vero perversi quique tales sunt ut nocere bonis nequeant, etsi concupiscant, inter hos nimirum debet terrena pax construi, et prius quam ab eis valeat superna cognosci, ut hi quos contra dilectionem dei malicie sue impietas exasperat, saltem ex proximi amore mansuescant, et quasi e vicino ad melius transeant ut ad illam que longe est pacem conditoris ascendant.

Aliter qui sacre legis verba non recte intelligunt xlviii

Aliter admonendi sunt qui sacre legis verba non recte intelligunt, atque aliter qui recte quidem intelligunt, sed hec humiliter non loquuntur. Admonendi enim sunt qui sacre legis verba non recte intelligunt ut perpendant quod saluberrimum vini potum in veneni sibi poculum vertunt, ac per medicinale ferrum vulnus mortiferum sibi faciunt, dum per hoc in se sana perimunt per quod salubriter abscidenda sauciata debuerunt. Admonendi sunt ut perpendant quod scriptura sacra

in nocte intellectus ponitur, quia quaedam lucerna nobis sit posita. Cumque nimirum verba Dei veraciter non intelligunt, de hac tamen scire se simulant, quos utique ad intellectum proprium interior pravitas non raperet nisi prius superbia inflaret. Dum enim se potius sapientes credi cupiunt, sequi alios ad melius intellecta despiciunt, atque ut apud imperitum vulgus scientiae nomen extorqueant, student summopere et ab aliis vere intellecta destruere et sua prava roborare. Unde bene per prophetam dicitur: Secuerunt praegnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Galaad namque acervus testimonii interpretatur. Et quia cuncta simul congregatio ecclesiae per confessionem servit testimonio veritatis, non incongrue per Galaad ecclesia exprimitur. Praegnantes vero sunt animae fidelium de Deo quaeque spiritualia testantes; praegnantes autem vocantur, quae intellectum verbi ex divino amore concipiunt, si ad tempus perfectum veniant, conceptam intelligentiam operibus ostensuras pariunt. Terminum vero suum dilatare est opinionis suae nomen extendere. Secuerunt ergo praegnantes Galaad ad dilatandum terminum suum, quia nimirum heretici mentes fidelium, quia de verbis intellectum aliquid conceperant, prava praedicatione perimunt, et scientiae nomen extendunt, plurimorum corda a conceptu intelligentiae quadam erroris gladio scindunt, et qui doctrinam de verbi conceptione fecerunt, hos ergo cum conantur instruere, ne prava sentiat, ab eorum corde mentis gladio quaerunt. Sicut enim vadis amonentes prius veritatem apud eos clausam absconditam, qui vanis prius affectionibus acciuntur, admonendi sunt et in errores discordias quando legem Dei qui ideo data est, ut sacrificia sathanae prohiberet, eandem paratam in sacrificium sathanae vertat. Unde per prophetam Dominus queritur dicens: Dedi eis frumentum, vinum et oleum, et argentum multiplicavi eis et aurum, quae fecerunt Baal.

Frumentum quippe a Domino accipimus, cum in dubiis obscurioribus sub dicto regimine litterae per medullam spiritus legis interna sentimus. Vinum suum nobis Dominus praebet, cum scripturae sacrae alta praedicatione nos inebriat. Oleum quoque suum nobis tribuit, cum praeceptis apertioribus vitam nostram blandiori lenitate disponit. Argentum multiplicat, cum nobis lucis plena eloquia submittit. Aurum quoque nobis ditat, quando cor nostrum intellectu summi fulgoris irradiat. Quae cuncta heretici Baal offerunt, quia apud auditorum suorum corda corrupte omnia intellecta sentiunt, quia de frumento, vino et oleo, argento pariter et auro sapiunt. Et de frumento, vino et oleo, argento pariter et auro sacrificium immolant, quia ad errorem discordiae verba pacis inclinant. Unde admonendi sunt ut perpendant quod dum prava mente de praeceptis pacis discordiam faciunt, iusto Dei examine ipsi verbis vitae moriuntur. Et quia admonendi sunt qui verba quidem legis intelligunt, sed humiliter non loquuntur, ut in divinis sermonibus prius semetipsos requirant, ne insequentes aliorum facta deserant et cum vere de sacra scriptura sentiunt, hoc eorum quod illa praelatos docet non attendant. In medicis quippe et imperitis quivis medicus, qui alium mederi appetit et ipse vulnus quod pati nesciat, verba Dei

huius non locutus presto amonendi sunt ut cum medicamina egris appont
quibus uirus sue pestis inspiciant ne alios medendo moriant'. Amo
nendi sunt ut considerent ne a uirtute dicendi discordet nec loco ad
et ordo ad predicand'. Audiat itaque quod scriptum est Si quis loquitur quasi sermones
dei. Cur ergo uba que pferunt ex propriis non habent quasi eum de propriis tu
ment. Audiat quod scriptum est Sicut ex deo coram deo in xpo loquimur.
Ex deo enim coram deo loquitur qui predicationis quod a deo accepit intelligit
et placere per id deo non hominibus querit. Audiat quod scriptum est Abhominatio
domini est omnis arrogans. quia uidelicet dum in uerbo dei gloriam propriam querit ius
dantis inuadit. Eiusque laudi sue postponere nequaquam metuit
a quo hoc quod laudatur accepit. Audiat quod predicatori ipsi per salomonem dicitur
Bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui. Deriuentur fontes
tui foras et in plateis aquas diuide. Habeto eas solus nec sint alieni
participes tui. Aquam quippe predicator de cisterna sua bibit cum ad cor
suum rediens prius audit ipse quod dicit. Bibit fluenta putei sui si sui
irrigatione infunditur uerbo. Unde bene subiungitur. Deriuentur fontes tui foras
et in plateis aquas diuide. Recte quippe est ut ipse prius bibat et tunc
predicando aliis influat. Fontes namque foras diriuare est exterius
vim predicationis infundere. In plateis autem aquas diuidere est in magna audi
torum amplitudine uniuscuiusque qualitati diuina eloquia dispensare.
Et quia plerumque inanis glorie appetitus surrepit dum sermo dei ad multos
torum notitiam currit, postquam dictum est In plateis aquas diuide, recte
subiungitur. Habeto eas solus nec sint alieni participes tui. Alienos
quippe malignos spiritus notat de quibus propheta tempore uoce hominis
dicit Alieni insurrexerunt in me et fortes quesierunt animam meam. Ait ergo
aquas in plateis diuide et tamen solus habe. Ac si apertius dicat. Sic
necesse est ut predicationi exterius seruias quatinus per elationem inmundis spiritibus non
coniungaris ne in diuini uerbi ministerio hostes tuos ad te participes per
mittas. Aquas ergo et in plateis diuidimus et tamen soli possidemus,
quando et exterius late predicationem fundimus et tamen per ea humanas assequi
laudes minime ambimus. Aliter qui cum predicare digne ualeat
formidat et quos a predicatione inperfectio impellit. xlix.

Aliter amonendi sunt qui cum predicare digne ualeat per nimia humilitate
formidant atque aliter quos a predicatione inperfectio uel etas
prohibet, et tamen precipitatio impellit. Ammonendi namque sunt quicumque
predicare utiliter possunt, immoderata tamen humilitate refugiunt ut ex mi
noris consideratione colligant quantum in maioribus rebus delinquant. Si
enim indigentibus proximis ipsi quas haberent pecunias absconderent, aue
tores procul dubio calamitatis extitissent, quo ergo reatu constringantur as
piciant qui dum peccantibus fratribus uerbum predicationis subtrahunt, mori
entibus mentibus uite remedia abscondunt. Unde et bene quidam sapiens dicit
Sapientia absconsa et thesaurus inuisus que utilitas in utrisque. Si pplos

famis attereret et occulta ipsi frumenta servaret, auctores perditionis mortis
existerent. Qua itaque pena plectendi sint considerent qui cum famem
ubi anime pereant ipsi panem percepte gracie non ministrant. Unde per Salomonem
dicitur: Qui abscondit frumenta maledicetur in populis. Frumenta quippe ab-
scondere est predicationis sermonem apud se retinere. In populis autem quisque
maledicitur quia in solius culpa silencii pro multorum quos corrigere potuit
pena dampnatur. Si medicinalis artis minime ignari secanda vulnera
cernerent et tamen secare recusarent, profecto peccatum fraterne mortis ex solo
torpore committerent. Quanta ergo culpa involvatur aspiciat qui dum
cognoscat vulnera mentium curare ea negligunt sectione verborum.
Unde bene per prophetam dicitur: Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.
Gladium quippe prohibere a sanguine est predicationis verbum a carnalis
vite interfectione retinere. De quo rursum gladio dicitur: Gladius meus ma-
ducabit carnes. Hii itaque cum apud se sermonem predicationis occultant
divinas contra se sententias terribiles audiant, ut ab eorum cordibus timorem
humanum timor divinus expellat. Audiant quod talentum qui erogare
noluit cum sententia dampnationis amisit. Audiant quod Paulus eo se a
proximorum sanguine mundum credidit quod feriendis eorum vitiis non pepercit
dicens: Contestor vos hodierna die quia mundus sum a sanguine omnium. Non
enim subterfugi quominus annunciarem omne consilium vobis. Audiant quod
voce angelica Iohannes admonetur cum dicitur: Qui audit dicat: Veni, ut
nimirum cui se interna vox insinuat illuc et clamando alios quo ipse
rapitur trahat, ne clausas fores foris vocatus inveniat si vacuus
vocanti appropinquat. Audiant quod Ysaias ab eo ministerio tacuit illustratus
superno lumine magna voce penitentie semetipsum reprehendit dicens: Ve mihi quia
tacui. Audiant quod per Salomonem eis predicationis scientia multiplicanda promittitur
ut qui in hoc quod iam detinentur torpore non teneantur. Ait namque: Anima
que benedicit impinguabitur, et qui inebriat ipse inebriabitur. Qui enim
exterius predicando benedicit interioris augmenti pinguedinem recipit, et dum
vinum eloquii auditorum mentibus ebrietatis non desinit potu multiplici
inmensus debriatus excrescit. Audiant quod David hoc Deo in munere optulit
quod predicationis graciam quam acceperat non abscondit dicens: Ecce labia
mea non prohibebo Domine tu cognovisti. Iustitiam tuam non abscondi
in corde meo, veritatem et salutare tuum dixi. Audiant quod sponsi
colloquio ad sponsam dicitur: Que habitas in ortis amici auscultant
fac me audire vocem tuam. Ecclesia quippe in ortis habitat que ad
viriditatem intimam exculta plantaria virtutum servat. Cuius vocem
amicos auscultare est electos quosque verbum predicationis illius desi-
derare, quam videlicet sponsus audire desiderat quia ad predicationem eius per electorum
suorum animas anhelat. Audiant quod Moyses cum iratum Deum populo cerneret
et assumi ad ulciscendum gladios iuberet, illos ex parte Dei denunciavit
existere qui delinquentium scelera incunctanter ferirent dicens: Si quis est Domini

iungitur. Ponat vir gladium suum super femur suum. Ite et redite de porta
usque ad portam per medium castrorum et occidat unusquisque fratrem
suum et amicum et proximum suum. Gladium quippe super femur suum po-
nere est praedicationis studium voluptatibus carnis anteferre ut cum studet
dicere sancta curet necesse est illicitas suggestiones edomare. De porta
vero usque ad portam ire est a vitio usque ad vitium per quod ad mentem mors
ingreditur increpando discurrere. Per medium vero castrorum transire est
tanta equalitate intra ecclesiam vivere ut qui delinquentium culpas
redarguit in illius se deat favore declinare. Unde et recte subiungitur
Occidat vir fratrem suum et amicum et proximum suum. Fratrem scilicet et amicum
et proximum interficit qui cum punienda invenit ab increpationis gladio
nec eis quos per cognationem diligit parcit. Si ergo ille dei dicitur qui ad
ferienda vitia zelo divini amoris excitatur profecto esse dei denegat
qui inquantum sufficit increpare vitam carnalium recusat. Et contra admonendi sunt
quos a praedicationis officio vel imperfectio vel etas prohibet et tamen praecipi-
tatio impellit. Ne dum sibi onus officii praecipitatione arrogant via-
m sibi subsequentis meliorationis abscidant. Et cum arripiunt intempesti-
ve quod non valent perdant et quod implere quandoque tempestive voluisset
Atque scientiam quam incongrue conantur ostendere iuste ostendantur amisisse.
Admonendi sunt ut considerent quod pulli avium si ante pennarum perfectionem
volare appetunt unde ire alta cupiunt inde in ima merguntur.
Admonendi sunt ut considerent quod structuris recentibus necdum adhuc so-
lidatis si tignorum pondus superponitur non habitaculum sed ruina fa-
bricatur. Admonendi sunt ut conceptas soboles considerent quod si fe-
tus antequam plene formentur proferunt nequaquam domos sed tumulos
replent. Hinc est enim quod ipsa veritas que repente quos vellet ro-
borare potuisset ut exemplum sequentibus daret ne imperfecti praedicare praesu-
merent postquam plene discipulos de virtute praedicationis instruxit
illico adiunxit. Vos autem sedete in civitate quoadusque induamini
virtute ex alto. In civitate quippe consideremus si intra mentium
nostrarum claustra nos constringimus ne loquendo exterius evagemur
ut cum virtute divina perfecte induimur tunc quasi a nobismetipsis foras
et alios instruentes exeamus. Hinc per quendam sapientem dicitur
Adolescens loquere in causa tua vix et si bis interrogatus fueris habeat
initium responsio tua. Hinc est quod idem redemptor noster cum in celis sit co-
ditor et ostensione sue potentie semper doctor angelorum ante tricennale
tempus in terra magister fieri noluit hominum ut videlicet praecipitationi vim saluberrimi
timoris infunderet cum ipse et qui labi non posset perfecte vite gratiam
non nisi perfecta etate praedicaret. Scriptum quippe est. Cum factus esset annorum xij
remansit puer Ihesus in Ierusalem. De quo a parentibus inquisito paulo post subditur
Invenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et

interrogantem

Vigilanti itaque consideratione pensandum est quod cum xij annorum esset dominus in medio
doctorum sedebat non docens sed interrogans invenitur quo exemplo scilicet ostenditur ne
infirmus doceri quis audeat si ille puer doceri interrogando voluit
qui per divinitatis potentiam verbum scientie ipsis suis doctoribus ministravit. Unde per
paulum discipulo dicitur precipe hec et doce et nemo adolescentiam tuam
contempnat. Sciendum nobis est quod in sacro eloquio aliquando adolescentia in-
venta vocatur quod tamen ostenditur si salomonis ad medium verba proferantur
qui ait letare iuvenis in adolescentia tua. Si enim esse utraque non
decernet. Et que monebat in adolescentia iuvene non vocaret.
Aliter quam hi qui temporalia appetunt prosperantur, et qui ea que mundi
sunt concupiscunt. L.
Aliter ammonendi sunt qui in hoc quod temporalia
appetunt prosperantur atque aliter qui ea quidem que mundi sunt concupiscunt
sed tamen adversitatis laboribus fatigantur. Ammonendi namque sunt qui in hoc quod
temporalia appetunt prosperantur ne cum cuncta ad votum suppetunt datorem
querere negligant, sed in hiis que dantur animum figant, ne peregrinationem pro patria
diligant ne subsidia itineris in obstacula pervencionis vertant, ne
nocturno lune delectati claritatem solis videre refugiant. Ammonendi
itaque sunt ut quecumque hic in mundo consequuntur calamitatis solacia non autem
premia retributionis credant sed contra favores mundi mentem erigant
ne in eis ex toto mentis delectatione succumbat. Quisquis enim prosperitatem
qua utitur apud iudicium cordis melioris vite amore non reprimit
favorem intertransitus vite in mortem perpetuam occasionem vertit. Hinc est enim quod
sub ydumeorum specie qui antecedos se prosperitate sua reliquerunt in huius
mundi successibus letantes increpantur cum dicitur Dederunt terram meam in
hereditatem sibi cum gaudio et toto corde et ex animo. Quibus verbis predicitur
quod non solum quod gaudent districta reprehensione feriantur. Hinc salomon
ait aversio parvulorum interficiet eos et prosperitas stultorum perdet eos.
Hinc paulus ammonet dicens qui emunt quasi non possidentes et qui utuntur
hoc mundo tamquam non utantur ut videlicet sit nobis que suppetunt extrinsecus serviant
quatinus a superne delectationis studio animum non inflectant, ne luctum nobis
in hac peregrinatione temporalia exilium positis subsidium prebeant
beat et quod felices nobis in transitoriis gaudeamus qui ab eternis nos
interim miseros cernimus. Hinc namque est quod electorum voce dicitur eterna
levam eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Si-
nistram dei prosperitatem videlicet vite presentis quasi sub capite posuit quam intentione
summi amoris premit. Dextera vero dei iam amplectitur quod sub eterna
eius beatitudine tota devotione continetur. Hinc rursum per salomonem dicitur
longitudo dierum in dextera eius et in sinistra eius divicie et gloria. Divicie
itaque et gloria qualiter sint habende docuit quod posita in sinistra memoravit.
Hinc psalmista ait Salvum me fac dextera tua. Non enim ut manus sed dextera. Ut
videlicet cum dexteram diceret quod eterna salute quereret indicaret. Hinc rursum
scriptum est Dextera manus tua domine confregit inimicos. Hostes enim dei

prius

et si in sinistris eos prosternunt, dextra frangunt, quia plerumque quos vita presens elevat, sed ad aeterne beatitudinis dampnat. Ammonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, ut sollerter considerent quod prosperitas vite presentis aliquando ideo datur, ut ad meliorem vitam provocet, aliquando vero ut in eternum plenius dampnet. Hinc est enim quod plebi israelitice Chanaan terra promittitur, ut quandoque ad eterna speranda provocetur. Nec enim rudis ille populus promissionibus dei in longinquum crederet, si a promissore suo et e vicino aliquid perciperet. Ut ergo ad eternorum fidem certius roboretur, nequaquam solummodo spe ad res, sed rebus quoque ad spem trahitur. Quod liquido psalmista testatur dicens: Dedit eis regiones gentium, et labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius et legem eius requirant. Sed cum largiente deo humana mens bonis operibus non respondet, unde nutrita pie creditur, inde iustius dampnatur. Hinc enim per psalmistam rursum dicitur: Deiecisti eos dum allevarentur. Quia videlicet reprobi cum recta opera divinis muneribus non rependunt, cum totos se hic deserunt et affluentibus prosperitatibus dimittunt, unde exterius proficiunt, inde ab intimis cadunt. Hinc est quod in inferno cruciato diviti dicitur: Recepisti bona in vita tua. Ideo enim bona hic etiam malus recepit, ut mala illic plenius reciperet, quia hic nec per bona conversus est. At contra ammonendi sunt qui ea quidem que mundi sunt non concupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur, ut sollicita consideratione perpendant creator et dispensator omnium quanta super eos gratia vigilat, quos in sua desideria non relaxat. Egro quippe quem medicus desperat, cuncta que concupiscit accipere concedit. Nam qui sanari posse creditur, a multis que appetit prohibetur. Et pueris nummos subtrahimus, quibus tamen simul patrimonia heredibus reservamus. Hinc ergo de spe eterne hereditatis gaudium sumant, quos adversitas vite temporalis humiliat, quia nisi salvandos in perpetuum cerneret, sub discipline regimine divina dispensatio non frenaret. Ammonendi sunt itaque qui in hiis que temporalia concupiscunt adversitatis labore fatigantur, ut sollicite considerent quod plerumque et iustos cum temporalis potestas sustulit, in lapsu culpa deprehendit. Nam sicut in priori huius voluminis parte iam diximus, David deo amabilior fuit in servitute quam cum pervenit ad regnum. Servus namque amore iustitie deprehensum adversarium ferire timuit; rex autem persuasione luxurie devotum militem etiam studio fraudis extinxit. Quis ergo opes, quis potestatem, quis gloriam querat innoxie, si illi extiterunt noxia qui hec habuit non quesita? Quis inter hec sine magni discriminis labore salvabitur, si ille in hiis culpa intermiscente turbatus est, qui ad hec fuerat deo eligente preparatus? Ammonendi sunt ut considerent quod Salomon, qui post tantam sapientiam preparatus usque ad ydolatriam cecidisse describitur, nichil in hoc mundo prius quam caderet adversitatis habuisse memoratur, sed concessa sapientia funditus cor deseruit, quod nulla vel minima tribulationis disciplina custodivit.

Aliter coniugiis obligati aliter liberi

Aliter ammonendi sunt coniugiis obligati, atque aliter a coniugii nexibus liberi. Ammonendi namque sunt coniugii nexibus obligati

ut tamen vicissim quod est alterius cogitat. Sic coniugi quisque placere studeat
quatenus ut non displiceat conditori, sic ea que huius mundi sunt agant
ut tamen appetere que sunt dei non obmittant, sic de bonis presentibus gau
deant ut tamen intentione sollicita eterna mala pertimescant. Sic de
malis temporalibus lugeant ut tamen consolatione integra spem in bonis pe
rennibus figant, quatenus dum in transitu esse cognoscunt quod agunt in mansione
sciant quod appetunt. Nec mala mundi cor frangant quod spe bonorum ce
lestium roborat, nec bona presentis vite decipiant quod suspecta subse
quentis iudicii mala contristant. Itaque animus coniugum christianorum et
infirmus et fidelis qui et plene contempnere cuncta temporalia non valet et tamen
eternis se coniungere per desiderium valet quamvis in delectatione carnis interim
iaceat superne spei refectione convalescat et si habet que mundi sunt
in usu itineris speret que dei sunt in fructu pervencionis ac totum se ad hoc
quod agit conferat ne ab eo quod robuste sperare debuit funditus cadat.
Quod bene ac breviter paulus exprimit dicens qui habent uxores tamquam non
habentes sint, et qui flent tamquam non flentes et qui gaudent tamquam non
gaudentes. Uxorem quippe quasi non habendo habet qui sic per illam carnali
consolatione utitur ut tamen numquam ad prava opera a melioris intentionis
rectitudine eius amore flectatur. Uxorem quasi non habendo habet qui tran
sitoria esse cuncta considerans curam carnis ex necessitate tollerat sed
eterna gaudia spiritus ex desiderio expectat. Non flendo autem flere est
sic exteriora adversa plangere ut noverit eterne spei consolatione
gaudere. Et rursum non gaudendo gaudere est sic de infimis animum
attollere ut tamen numquam desinat summa formidare. Ubi apte pau
lo post subditur: preterit enim figura huius mundi. ac si aperte diceret: nolite
constanter mundum diligere quando et ipse non potest quem diligitis stare.
Incassum quasi cor manentes figitis dum fugit ipse quem amatis.
Admonendi sunt coniuges ut ea in quibus se alterutrum displicent et patienter
invicem tollerent et exhortationibus invicem salvent. Scriptum namque est
invicem onera vestra portate et adimplebitis legem christi. lex quippe christi
caritas est que ex illo nobis et largitur et sua bona tribuit et
equanimiter mala nostra portavit. Tunc ergo legem christi imitando com
plemus quando et nostra bona benigne tribuimus et nostrorum mala pie
sustinemus. Admonendi sunt quorum ut cogitet quisque non tam que ab altero
tollerat quam quod tolleratur attendat. Si enim sua que portantur considerat
tollerat levius que portat. Admonendi sunt coniuges ut
suscipiende prolis se meminerint causa coniunctos et tamen immoderate
admixtioni servientes propagationis articulum in usum transferunt voluptatis
perpendant quod licet extra non exeunt in ipso tamen coniugio coniugii iura
transcendunt. Unde necesse est ut crebris exhortationibus deleant quod
pulchram speciem copule admixtis voluptatibus fedant. Hinc enim est quod peritus
medicine celestis apostolus non tam sanos instituit quam infirmis medicamenta
monstrat dicens: De quibus scripsistis mihi bonum est homini mulierem non tangere,
propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat et unaquaeque virum suum habeat.

Qui enim fornicationis metum premisit profecto non stantibus preceptum contulit.
Sed ne fortasse in terra ruerent delictum cadentibus ostendit. Unde adhuc
infirmantibus subdidit. Uxori vir debitum reddat similiter autem et uxor
viro. Quibus dum magna honestate coniugii aliquid de voluptate largitus est
paulo post addidit. Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium. Culpa
quippe esse monstratur quod indulgere perhibetur, sed que tanto citius relaxatur
quanto non per hanc illicitum quod agitur sed hoc quod est licitum sub moderamine non tenetur.
Quod bene Loth in semetipso exprimit qui ardentem Sodomam fugit
sed tamen Segor inveniens nequaquam mox montana conscendit. Ardentem
quippe Sodomam fugere est illicita carnis incendia declinare.
Altitudo vero montium munditia est continentium. Vel certe quasi in monte sunt
qui etiam carnali copule inherent sed tamen extra suscipiende prolis amplexum
debitam vero carnis voluptatem non solvunt. In monte quippe stare est nisi
fructum propaginis in carne non querere. In monte stare est carni carnaliter
non adherere. Quia multi sunt qui scelera quidem carnis deserunt nec
tamen in coniugio positi usu solummodo debita iura conservant. Exiit quidem
Loth Sodomam sed tamen non statim ad montana pervenit quia iam dampna-
bilis vita relinquitur sed adhuc celsitudo coniugalis continentie subtiliter
non tenetur. Est vero in medio Segor que civitas fugientem salvat infirmum
quia videlicet cum sibi per incontinentiam miscentur coniuges et lapsum scelerum fugiunt
et tamen venia salvantur. Quasi parvam quippe civitatem inveniunt in qua ab
ignibus defendantur quia coniugalis hec vita non quidem in virtutibus mira est
sed tamen a suppliciis secura. Unde idem Loth ad angelum dicit. Est civitas
hec iuxta ad quam possum fugere parva et salvabor in ea. Numquid non
modica est et vivet in ea anima mea. Iuxta ergo dicitur et tamen ad salutem tuta perhibetur
quia coniugalis vita nec a mundo longe divisa est nec tamen a gaudio salutis
aliena. Sed tunc coniuges in hac actione hac vitam suam quasi in parva civitate tuto custodiunt
cum pro se assiduis deprecationibus intercedunt. Unde recte per angelum ad
eundem Loth dicitur. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas ut non subvertam
urbem pro qua locutus es. Quia videlicet dum deprecatio funditur nequaquam talis
coniugii vita dampnatur. De qua deprecatione Paulus admonet dicens. Nolite
fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi.
Aliter admonendi sunt qui ligati coniugiis non sunt ut preceptis celestibus
eo rectius obtemperent quo eos ad curas mundi nequaquam iugum copule
carnalis inclinat, ut quos onus licitum coniugii non gravat nequaquam
illicitum terrene sollicitudinis pondus premat, sed tanto eos paratiores
dies ultimus quanto expeditiores inveniat, ne quo meliora agere va-
cantes possunt sed tamen negligunt eo supplicia deteriora mereantur. Audiant
quod Paulus cum quosdam ad celibatus gratiam instrueret non coniugium sprevit
sed curas mundi nascentes ex coniugio repulit dicens. Hoc ad utilitatem vestram
dico non ut laqueum vobis iniciam sed ad id quod honestum est et quod fa-
cultatem prebeat sine impedimento Domino obsecrandi. Ex coniugiis quippe
terrene sollicitudines prodeunt et idcirco magister gentium auditores suos ad

meliora persuasit ne sollicitudine terrena ligarentur. Cum vero celibe curatu
secularium impedimentum prodit et quia se nequaquam subdit, et tamen
coniugii onus non evasit. Admonendi sunt celibes ne sine damnationis
iudicio misceri se feminis vacantibus putent. Cum enim Paulus fornicationis
vicium tot criminibus execrandis inseruit, quis sit reatus indicavit dicens:
Neque fornicatores neque ydolis servientes neque adulteri neque molles neque
masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque
rapaces regnum dei possidebunt. Et rursum: Fornicatores autem et adul-
teros iudicabit deus. Admonendi itaque sunt ut si temptationis procellas cum
discrimine salutis tollerant, coniugii portum petant. Scriptum quippe est:
Melius est nubere quam uri. Sine culpa quippe ad coniugium veniunt, si tamen
meliora non devoverunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit, bonum
minus quod licuit illicitum fecit. Scriptum quippe est: Nemo mittens manum suam
super aratrum et respiciens retro aptus est regno dei. Qui ergo forciori
studio intendat, retro convincitur respicere, si relictis bonis amplioribus
ad minima retorquetur. Aliter peccatorum conscii atque aliter ignari

Aliter admonendi sunt peccatorum carnis conscii atque aliter ignari. Ad-
monendi namque sunt experti peccata carnis ut mare saltem post naufragium
metuant et perditionis sue discrimina vel cognita perhorrescant, ne qui
pie post perpetrata mala servati sunt, hec impie repetendo moriantur. Unde
peccanti anime et numquam a peccatis desinenti dicitur: Frons meretricis facta est
tibi, noluisti erubescere. Admonendi ergo sunt ut studeant
quatenus si acceptum nature bonum integrum servare noluerunt, saltem scissum resarciant.
Quibus nimirum necesse est ut perpendant quanti in tanta fidelium multi-
tudine et se illibatos custodiant et alios ab errore convertunt. Quid ergo isti
dicturi sunt, si aliis in integritate stantibus ipsi nec post damna resipiscunt? Quid
dicturi sunt, si quam multi et alios secum ad regnum deferunt, hii expectante
deo nec semetipsos reducunt? Admonendi sunt ut preterita commissa considerent
et imminentia devitent. Unde sub Iudee specie per prophetam deflentur in hoc
mundo iniquitatibus inquinate, cum culpas ad memoriam revocat dicens: Forni-
cate sunt in Egipto, in adolescentia sua fornicate sunt; ibi subacta sunt ubera et fracte sunt mamme puber-
tatis earum. In Egipto namque ubera subiguntur cum turpi huius mundi desiderio
voluntas humane mentis substernitur. In Egipto pubertatis mamme franguntur,
quando naturales sensus adhuc in semetipsis integri pulsantis concupiscentie corruptione
viciantur. Admonendi sunt peccata carnis experti ut vigilanti cura conspi-
ciant, post delicta nobis ad se redeuntibus deus quanta benignitate sinum
sue pietatis expandat, cum per prophetam dicat: Si dimiserit vir uxorem
suam et recedens duxerit virum alterum, numquid revertetur ad eum ultra? Numquid
non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum
amatoribus multis, tamen revertere ad me, dicit dominus. Ecce de fornicante et
relicta muliere argumentum iusticie proponitur, et tamen nobis post lapsum redeuntibus
non iusticia sed pietas exhibetur. Ut hinc utique colligamus, si nobis delin-
quentibus tanta pietate parcitur, post delictum redeuntibus quanta improbi-
tate. Aut que ab eo erit super improbos venia, qui non cessat vocare post culpam.

Que nimirum verba per prophetam post delictum mira vocacionis exprimit cum
averso homini dicit Et erunt oculi tui videntes preceptorem tuum et aures tue
audient verbum post tergum monentis. Humanum quippe genus dominus in faciem
monuit quum in paradyso condito homini atque in libero arbitrio stanti quid facere
quidve non facere deberet indixit. Sed homo in dei faciem terga dedit
cum superbiens eius iussa contempsit. Nec tamen superbientem deus deseruit
qui ad revocandum hominem legem dedit exhortantes angelos misit.
in carne nostre mortalitatis apparuit. ergo post tergum stans nos ammonuit
qui ad recuperacionem nos gracie et contemptus vocavit. Quod ergo generaliter
dici potuit de cunctis hoc necesse est specialiter sentire de singulis quia et coram
deo positus quisque verba monicionis eius percipit cum prius quam peccata perpe-
deo positus quisque verba monicionis eius percipit cum prius quam peccata perpe-
tret voluntatis eius precepta agnoscat. Adhuc enim ante eius faciem stare est
nondum cum peccando contempnere. Cum vero delicto bono innocencie
iniquitatem eligens appetit in eius faciem terga dedit. Sed ecce adhuc et post
tergum deus subsequens monet qui et post culpam ad se redire persuadet
aversum revocat commissa non respicit et revertenti sinum pietatis expandit.
Post tergum ergo monentis audimus si ad invitacionem domini saltem
vocetur ergo post tergum monentis audimus si ad invitacionem domini saltem
post peccata revertimur. Denique pietatem vocantis erubescere si iusticiam nolumus
formidare quia tanto improbiore contempnimus quanto et contempti nos
adhuc vocare non dedignatur. Itaque ammonendi sunt peccata carnis igno-
rantes ut tanto sollicitius precipitem ruinam metuant quanto altius stant
Ammonendi sunt ut noverint quia quo magis loco prominenti consistunt
eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetuntur. Qui tanto ardentius
solet erigi quanto se robustius conspicit vinci tantoque intollerabilius
dedignatur vinci quanto contra se videt per integra infirme carnis castra
pugnari. Ammonendi sunt ut incessanter premia suscipiant et libenter procul
dubio temptacionum quas tolerant labores calcent. Si enim attendatur
felicitas que sine transitu attingitur levis fit quod transeundo laboratur.
Audiant quid per prophetam dicitur Hec dicit dominus eunuchis Qui custodie-
rint sabbata mea et elegerint que volui et tenuerint fedus meum
dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen melius a fi-
liis et filiabus. Eunuchi quippe sunt qui compressis motibus carnis
affectum in se pravi operis abscidunt. Quo autem apud patrem loco
habeantur ostenditur quia in domo patris videlicet eterna mansione et filiis preferun-
tur. Audiat quod per Iohannem dicitur Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati
virgines enim sunt et sequuntur agnum quocumque ierit. Et quod canticum cantat
quod nemo possit dicere nisi illa centum quadraginta quatuor milia. Singulariter
quippe canticum cantare est in eternum cum cunctis pre ceteris fidelibus
et de carnis incorrupcione gaudere quod tamen electi ceteri canticum audire
possunt licet dicere nequeunt quia per caritatem quidem in eorum celsitudine leti sunt
quamvis ad eorum premia non assurgunt. Audiant peccatorum carnis igna-
ri quid per semetipsam de hac integritate veritas dicat Non omnes capiunt
verbum hoc quia id innotuit summum quod denegatur omnibus et dum predicat quam

difficile capitis audientibus innotuit exceptum est quod cautela teneat. Admonendi
sunt itaque carnis ignorantes ut praeeminere virginitatem coniugiis sciant et tamen se
super coniuges non extollant quatenus dum virginitatem praeferunt et se postponunt et
id non deserant quod esse melius estimant et se custodiant quos inaniter non
extollant. Admonendi sunt ut considerent quod plerumque actionem secularium
vita continentium confundit cum et illi ultra habitum assumunt opera et isti iuxta
ordinem proprium non excitant corda. Unde per prophetam dicitur: Erubesce Sydon
ait mare. Quasi enim per vocem maris ad verecundiam Sydon adducitur cum per com-
parationem vite secularium atque in hoc mundo fluctuantium eorum qui muniti
atque stabiles videbantur vita reprobatur. Sepe enim nonnulli ad dominum post carnis
peccata redeuntes tanto se ardentius in bonis operibus exhibent quanto dampnabiliores se de malis videt. Et sepe quidam in carnis integritate perdu-
rantes cum minus conspiciunt habere quod defleant plene sibi sufficere vite sue
innocentiam putant atque ad fervorem spiritus nullis se ardoris stimulis inflammant.
Et fit plerumque deo gratior amore ardens vita post culpam quam securitate
torpens innocentia. Unde et voce iudicis dicitur: Remittuntur ei peccata multa
quoniam dilexit multum. Et gaudium erit in celo plus super uno peccatore penitentiam agente quam super
nonaginta novem iustis qui non indigent penitentia. Quod citius ex ipso usu
colligimus si mentis nostre iudicia pensemus. Plus namque terram diligimus que
post spinas exarata fructus uberes producit quam que nullas spinas habuit
sed tamen exculta segetem sterilem gignit. Admonendi sunt peccata carnis ignorantes
ne superioris ordinis celsitudine se preferant ceteris cum ab inferioribus
quanta se melius agant ignorant. In examine enim veri iudicis immutat
merita ordinum qualitas actionum. Quis enim considerata ipsa rerum specie
quis nesciat quod in natura gemmarum carbunculus prefertur iacincto sed tamen
cerulei coloris iacinctus prefertur pallenti carbunculo quia et illi quod ordo
nature subtrahit species decoris adiungit et hunc quem naturalis ordo prelatat
coloris qualitas fedat. Sic ergo in humano genere et quidam in meliori ordine
deteriores sunt et quidam in deteriori meliores quia et isti sortem extremi
habitus bene vivendo transcendunt et illi superioris loci meritum moribus non
exequendo diminuunt. Aliter peccata deplorantes cogitationum

Aliter admonendi sunt qui peccata deplorant operum atque aliter qui cogi-
tationum. Admonendi quippe sunt qui peccata deplorant operum ut
consummata mala perfecta diluant lamenta ne obstringantur amplius de-
bito perfecti operis et minus solvant in fletibus satisfactionis. Scriptum quippe est:
Potum dedit nobis in lacrimis in mensura videlicet ut uniuscuiusque mens tantum penitendo
compunctionis sue bibat lacrimas quantum se a deo meminit aruisse per
culpas. Admonendi sunt ut incessanter admissa ante oculos reducant
atque hec bene vivendo agant ut a districto iudice videri non debeant. Unde
David cum peteret dicens: Averte faciem tuam a peccatis meis paulo
superius intulit: Delictum meum contra me est semper. Ac si diceret: Peccatum meum non
respicias postulo quia hoc ipse non respicere cesso. Unde per prophetam dominus dicit:
Et peccatorum tuorum memor non ero tu autem memor esto. Admonendi sunt ut
singula quaeque admissa considerent et dum per unumquodque erroris sui inquinationem

deflent, sunt se totos lacrimis mundet, vnde bene per Jeremiam dicitur: Cum vniuerse
singula delicta pensarentur, diuisiones aquarum deduxit oculus meus.
Diuisas quippe ex oculis aquas deducimus, cum peccatis singulis dispertitas
lacrimas damus. Neque enim vno eodem quoque tempore mens de omnibus dolet,
sed dum nunc huius nunc illius culpe memoria acrius tangitur, simul de omnibus
in singulis commota purgatur. Ammonendi sunt ut de misericordia quam postu-
lant presumant, ne vi immoderate afflictionis intereant. Neque enim pie
dominus ante delinquentium oculos flenda peccata opponeret, si per semetipsum
ea districte ferire voluisset. Constat enim quod a suo iudicio abscondere
voluit quos miserendo preueniens accusatores sui fecit. Hinc
enim scriptum est: Preueniamus faciem eius in confessione. Hinc per Paulum dicitur:
Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Rursumque ammonendi
sunt ut sic de spe fiduciam habeant, ne tamen incauta securitate torpescant.
Plerumque enim hostis callidus mentem quam per culpam supplantat, cum de
ruina sua afflictam respicit, securitatis pestifere blandimentis seducit.
Quod figuraliter exprimitur, cum factum Dine memoratur. Scriptum quippe est: Egres-
sa est Dina ut videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem
filius Emor Euei princeps terre illius, adamauit eam et rapuit et
dormiuit cum illa, vi opprimens virginem, et conglutinata est anima eius
cum ea, tristemque blanditiis deliniuit. Dina quippe ut mulieres videat
extranee regionis egreditur, quando vnaqueque mens sua studia negligens,
actiones alienas curans extra habitum atque extra ordinem proprium vagatur. Quam
Sichem princeps terre opprimit, quia videlicet inuentam in curis exterioribus
dyabolus corrumpit. Et adglutinata est anima eius cum ea, quia vnitam esse
per iniquitatem respicit. Et quia cum mens a culpa resipiscit, afficitur atque
admissa flere conatur, corruptor autem spes securitatesque vacuas ante
oculos reuocat, quibus vtilitatem tristicie subtrahat, recte illic adiungitur:
Tristemque blanditiis deliniuit. Modo enim aliorum facta grauiora,
modo nichil esse quod perpetratum est, modo misericordem deum loquitur, modo adhuc
tempus subsequens ad penitentiam pollicetur, ut dum per hec decepta mens
seducitur, ab intentione penitentie suspendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat,
quam nunc mala nulla contristant. Et tunc plenius obruatur suppliciis,
que nunc etiam gaudet in delictis. Atque ammonendi sunt qui peccata cogi-
tationum deflent, ut sollicite considerent in cogitationis archana
utrum delectatione tantummodo an etiam consensu deliquerint. Plerumque enim tempta-
tur cor et ex carnis nequitia delectatur, et tamen eidem nequitie ex ratione
renititur, ut in secreto cogitationis et contristet quod libet et libeat quod con-
tristat. Nonnunquam vero ita mens barathro temptationis absorbetur, ut
nullatenus renitatur, sed ex deliberatione sequitur hoc unde ex delectatione
pulsatur. Et si facultas exterior suppetat, rem mox effectibus
interiora vota consummat. Ex qua si iam animaduersio districti iudicis
respicit, non est iam cogitationis culpa sed operis, quia et si tarditas in
foris peccatum distulit, intus hoc consensionis opere voluntas impleuit.
In primo ad parente didicimus quod tribus modis omnis culpe nequitiam perpetramus

Suggestione scilicet delectatione et consensu. Primum itaque per hostem, secundum non per carnem,
tertium per spiritum perpetratur. Insidiator enim prava suggerit. Caro se delectationi subicit,
atque ad extremum spiritus devictus delectatione consentit. Unde et ille serpens prava suggessit,
Eva autem quasi caro se delectationi subdidit, Adam vero quasi spiritus suggestione atque
delectatione superatus assensit. Suggestione itaque peccatum agnoscimus, delectatione
vincimur, consensu et ligamur. Ammonendi sunt igitur qui nequitias cogitationis de-
flent ut sollicite considerent in qua peccati mensura ceciderunt quatenus iuxta mo-
dum quo in semetipsis inquinatos sentiunt et mensura lamentationis erigantur,
ne si cogitata mala minus cruciant usque ad perpetranda opera perducant.
Sed inter hec ita terrendi sunt ut tamen minime frangantur. Sepe enim misericors deus
eo citius peccata cordis abluit quo hec exire ad opera non permittit, et
cogitata nequitia citius solvitur quia astrictu operis districtius non ligatur. Unde
recte per psalmistam dicitur: Dixi pronunciabo adversum me iniusticiam meam domino et tu
remisisti impietatem cordis mei. Qui enim impietatem cordis subdidit
quia cogitationum iniusticias pronunciare vellet indicat dum ait: Dixi
pronunciabo, atque illico adiunxit: et tu remisisti. Cum super hoc sit facilis
venia ostenditur qui dum se ad hoc permittit petere hoc quod se petere promittebat
obtinuit, quatenus quia usque ad opus non venerat culpa usque ad cruciatum non
perveniret penitentia. Sed cogitata afflicta mente tergeret quam nimirum tantum
cogitata iniquitas inquinasset.

Aliter admissa plangentes et qui deserunt nec tamen plangunt. c. liiij°

plangunt nec tamen deserunt, atque aliter qui

Hic ammonendi sunt qui admissa deflent deserunt nec tamen plangunt.
Admonendi sunt namque qui admissa plangunt nec tamen deserunt ut con-
siderare sciant sollicite quia flendo inaniter mundat qui vivendo se nequiter
inquinat. Unde ideo se lacrimis lavant ut mundi ad sordes redeant.
Hinc enim scriptum est: Canis reversus ad suum vomitum et sus lota in voluta-
bro luti. Canis quippe cum vomit profecto cibum qui pectus deprimebat
proicit, sed cum ad vomitum revertitur unde levigatus fuerat rursus oneratur. Et
qui admissa plangunt profecto nequicia de qua male saciati fuerant
et que mentis intima deprimebat confitendo proiciunt quam post confessionem
dum repetunt resumunt. Sus vero in volutabro luti cum lavatur sordidior
redditur. Et qui admissa plangit nec tamen deserit pene gravioris culpe
se subicit quia et ipsam quam flendo impetrare potuit veniam contempnit,
et quasi in lutosa aqua semetipsum volvit quia dum fletibus suis vite mundi-
ciam subtrahit ante dei oculos sordidas ipsas et lacrimas facit. Hinc
rursus scriptum est: Ne iteres verbum in oratione tua. Verbum namque in oratione iterare est
post fletum committere quod rursum necesse sit flere. Hinc per ysaiam dicitur: Lavamini et
mundi estote. Post lavacrum enim mundus esse negligit quisquis post lacrimas
vite innocenciam non custodit. Et lavantur ergo et nequaquam mundi sunt qui
commissa flere non desinunt sed rursus flenda committunt. Hinc per quendam
sapientem dicitur: Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit illum, quid proficit
lavatio eius? Baptizatur quippe a mortuo qui mundatur fletibus a peccato,
sed post baptisma mortuum tangit qui culpam post lacrimas repetit. Ad-
monendi sunt qui admissa plangunt nec tamen deserunt ut ante districti iudicis oculos

Admiss[a] plangunt nec dese[runt]

eis esse se similes agnoscant qui viventes ante faciem quorundam hominum
magna eis summissione blandiuntur, recedentes autem inimicitias ac damna
quae valent adtollere non desinunt. Quid enim culpam flere, nisi humilitatem devotionis suae
Deo ostendere? Et quid est post fletum prava agere, nisi superbas contra eum quem roga-
verat inimicitias exercere? Iacobo attestante qui ait: Quicumque voluerit
amicus esse huius saeculi, inimicus Dei constituitur. Admonendi sunt qui admissa
plangunt nec tamen deserunt, ut sollicite considerent quia ita plerumque mali
inutiliter compunguntur ad iustitiam, sicut plerumque boni innoxie temptantur
ad culpam. Fit quippe mira exigentibus intus dispensationis interne
mensura, ut mali dum de bono aliquid agunt quod non tamen perficiunt, superbe in ipsa
qua plenissime perpetrant mala confidant; et isti dum de malo temptantur
cui nequaquam consentiunt, quo per infirmitatem titubant, gressus cordis
ad iustitiam per humilitatem verius figant. Balaam quippe iustorum tabernacula
respiciens ait: Moriatur anima mea morte iustorum et fiant novissima
mea horum similia. Sed cum tempus compunctionis abscessit, contra eorum vitam quorum
similis fieri et moriendo poposcerat consilium praebuit, et cum occasionem de
avaritia repperit, illico oblitus est quidquid sibi de innocentia optavit. Paulus
vero ait: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis
meae et captivum me ducentem in lege peccati quae est in membris meis. Qui
profecto ideo temptatur ut in bono robustius ex ipsa infirmitatis suae
cognitione solidetur. Quid ergo quod ille compungitur et tamen iustitiae non appropinquat,
iste temptatur et tamen cum culpa non inquinatur, nisi hoc quod aperte ostenditur, quia nec malos
bona imperfecta adiuvant, nec bonos mala inconsummata condemnant.
Atque admonendi sunt qui admissa deserunt nec tamen plangunt, ne iam re-
laxatas aestiment culpas quas etsi agendo non multiplicant, nullis tamen
eos fletibus mundant. Neque enim scriptor si a scriptione cessaverit, quia alia non
addidit, etiam quae scripserat delevit; nec qui contumelias irrogat, si
solummodo tacuerit satisfecit, cum profecto necesse sit ut verba praemissae superbiae
verbis submissae humilitatis mitiget. Nec debitor absolutus est quia alia non
multiplicat, nisi et illa quae ligaverat absolvat. Ita et cum Deo delinquimus,
nequaquam satisfacimus si ab iniquitate cessamus, nisi voluptates quas di-
leximus e contrario appositis lamentis insequamur. Si enim nihil nos in hac
vita operum culpa maculasset, nequaquam nobis hic adhuc degentibus ipsa
ad securitatem innocentia nostra sufficeret, quia illicita animum multa pulsavit.
Qua in re mente securus est qui perpetratis iniquitatibus ipse sibi testis est quia
innocens non est. Neque enim Deus nostris cruciatibus pascitur, sed delictorum
morbos medicamentis contrariis medetur, ut qui voluptatibus delectati
discessimus, fletibus amaricati redeamus. Et qui per illicita de-
fluendo cecidimus, etiam a licitis nosmetipsos restringendo surgamus,
et cor quod insana laetitia infuderat salubris tristitia exurat, et quod vulne-
raverat elatio superbiae curet abiectio humilis vitae. Hinc enim scriptum est:
Dixi iniquis nolite inique agere, et delinquentibus nolite exaltare
cornu. Cornu quippe delinquentes exaltant si nequaquam se ad paenitentiam
ex cognitione suae iniquitatis humiliant. Hinc rursum dicitur: Cor contritum

humiliatum deus non spernit. Quisquis enim peccata plangit nec tamen deserit cor quidem
conterit sed humiliare contempnit. Quisquis vero peccata iam deserit nec tamen
plangit iam quidem humiliat sed tamen conterere cor recusat. Hinc paulus ait
Et hec quidem aliquando fuistis sed abluti estis et sanctificati estis. Quia nimirum cor-
rectior vita sanctificat quos per penitentiam ablutos afflictio
fletuum mundat. Hinc petrus cum quosdam territos malorum suorum consideratione
conspiceret admonuit dicens penitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum.
Daturus enim baptisma premisit penitencie lamenta ut prius se aqua sue afflic-
tionis infunderent et postmodum sacramento baptismatis lavarent. Qua igitur mente
qui transactas culpas flere negligunt vivunt securi de venia quippe
summus pastor ecclesie huic et sacramento addendam penitentiam credidit quod peccata
principaliter extinguit. Aliter mala facientes et laudantes LV

Aliter admonendi sunt qui illicita et faciunt et laudant atque aliter qui
accusant prava nec tamen devitant. Admonendi enim sunt qui illicita faciunt
et laudant ut considerent quod plerumque plus ore quam opere delinquant. Opere
namque per semetipsos solos et nequiores perpetrant. Ore autem per tot personas
iniquitatem exhibent quot audientium mentes iniqua laudantes docent.
Admonendi ergo sunt ut si eradicare mala dissimulant saltem seminare
pertimescant. Admonendi sunt ut eis proditio privata sufficiat. Rursumque admo-
nendi sunt ut si mali esse non metuunt erubescant saltem videri quod sunt. Plerumque
enim culpa dum absconditur expugnatur ut quandoque quia dum mens erubescat
videri quod tamen esse non metuit erubescit quandoque esse quod fugit videri. Dum vero
pravus quisque impudenter innotescit quo liberius omne facinus perpetrat
eo et licitum putat et quod licitum suspicatur in hoc procul dubio multiplicius mergitur.
Unde scriptum est peccatum suum sicut sodoma predicaverunt nec absconderunt. Peccatum
enim suum si sodoma absconderet adhuc sub timore peccaret sed funditus
frena timoris amiserat que ad culpam nec tenebras requirebat. Unde et
rursum scriptum est Clamor sodomorum et gomorre multiplicatus est. Peccatum
quippe cum voce est culpa in actione. Peccatum vero et cum clamore est culpa cum
libertate. At contra admonendi sunt qui accusant prava nec tamen devitant ut prudenter
perpendant quid in districto dei iudicio pro sua excusatione dicturi sunt qui de
reatu suorum criminum et semetipsis iudicibus excusantur. Hii itaque quid aliud
quam precones sui sunt. Voces contra culpas proferunt et semetipsos reos operibus
trahunt. Admonendi sunt ut videant quia de occulta iam retributione
iudicii est quod eorum mens mala quod perpetrat illuminatur ut videat sed non conatur
ut vincat ut quo melius videt eo deterius pereat quia et intelligencie lucem
percipit et actionis prave tenebras non relinquit. Nam cum acceptam ad adiutorium
scientiam negligunt hanc contra se in testimonium vertunt et de lumine intelligencie augent
supplicia quod profecto acceperant ut possent delere peccata. Quorum nimirum
nequicia cum malum agit quod iudicat venturum iam iudicium hic degustat
ut cum eternis suppliciis servatur obnoxia hic interim examine non sit
absoluta tantoque illic graviora tormenta percipiat quanto hic malum non deseruit
et quod ipsa condempnat. Hinc enim veritas dicit Servus qui cognovit voluntatem domini sui
et non preparavit et non fecit secundum voluntatem eius plagis vapulabit multis. Hinc psalmista ait Descendant in

Illicita faciunt et lauda[nt]

Prava accusant nec tamen devitant

infernum viventes. Vivi quippe et illi quod agunt sciunt et senciunt, mortui autem sentire nil possunt. Mortui autem in infernum descendunt si mala nesciendo perpetrent. Cum vero sciant mala et tamen faciunt, ad iniquitatis infernum viventes miseri sencientesque descendunt.

Aliter qui concupiscencia superantur et qui culpis ligantur

Aliter admonendi sunt qui repentina concupiscencia superantur atque aliter qui in culpa ex consilio ligantur. Admonendi quippe sunt quos repentina concupiscencia superat, ut in bello presentis vite cottidie se positos attendant, et cor quod previdere vulnera non potest scuto sollicitudinis timoris tegant, ut occulta insidiantis hostis iacula perhorrescant et in tam caliginoso certamine intente continue mentis castra se muniant. Nam si a circumspectionibus sollicitudinis cor destituitur, vulneribus aperitur, quia hostis callidus tanto liberius percutit quanto nudum a providencie lorica deprehendit. Admonendi sunt qui repentina concupiscencia superantur, ut curare terrena nimis desuescant, quia intencionem suam dum rebus transitoriis immoderancius implicant, quibus culparum iaculis transfigantur ignorant. Unde et per Salomonem vox percussi et dormientis exprimitur, qui ait: Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me, et ego non sensi; quando evigilabo, et rursum vina reperiam? Mens quippe a cura sue sollicitudinis dormiens verberatur et non dolet, quia sicut imminencia mala non prospicit, sic nec que perpetravit agnoscit. Trahitur et nequaquam sentit, quia per illecebras viciorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Que quidem evigilare optat ut rursum vina reperiat, quia quamvis sompno torporis a sui custodia premitur, vigilare tamen ad curas seculi nititur, ut semper voluptatibus debriatur; et cum ad id dormiat in quod sollerter vigilare debuerat, ad id vigilare appetit ad quod laudabiliter dormire potuisset. Hinc superius scriptum est: Et eris sicut dormiens in medio maris, et quasi sopitus gubernator amisso clavo. In medio enim mari dormit qui in huius mundi temptacionibus positus providere motus irruencium viciorum quasi imminentes undarum cumulos negligit. Et quasi gubernator clavum amittit, quando mens ad regendam corporis navim studium sollicitudinis perdidit. Clavum quippe in mari amittere est intencionem providam inter procellas huius seculi non tenere. Si enim gubernator clavum sollicite stringit, nunc in fluctibus ex adverso navim dirigit, nunc ventorum impetus per obliquum findit. Ita cum mens vigilanter animam regit, nunc alia superans calcat, nunc alia providens declinat, ut et presencia laborando subiciat et contra futura certamina prospiciendo convalescat. Hinc rursum de fortibus superne patrie bellatoribus dicitur: Uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ensis enim super femur ponitur, quando acumine sancte predicacionis prava suggestio carnis edomatur. Per noctem vero cecitas nostre infirmitatis exprimitur, quia quidquid adversitatis in nocte imminet non videtur. Uniuscuiusque ergo ensis super femur suum propter timores nocturnos est, quia videlicet sancti viri dum ea que non vident metuunt, ad intencionem certaminis semper parati assistunt. Hinc rursum sponse dicitur: Nasus tuus sicut turris que est in Libano. Rem namque quam visu oculi non cernimus, plerumque odore previdemus. Per nasum quoque odores et fetores discernimus. Quid ergo per nasum ecclesie nisi sanctorum provida discrecio figuratur? Qui etiam turri similis esse in Libano dicitur, quia discreta eorum providencia ita in alto sita est, ut temptacionum certamina prius quam

ueniat audiat et quod ea diu uenerunt unita subsistat. Que cum futura
prouidentur tanto peiora fiunt mors ut uitus sunt, quia dum subito ictu quis patitur
redditur hostibus qui se inopinatum credidit eo ipso quo prius est euerna-
At contra admonendi sunt qui in culpa ex consilio ligantur, quatenus a praua consi-
deratione perpendant quia dum mala ex industria faciunt districtius contra se iudicium
accendunt, ut tanto eos durior sententia feriat quanto illos in culpa arctius
uincula deliberationis ligant. Qui fortasse delicta penitendo ab-
luerent citius si hec sola precipitatione cecidissent. Nam tardius peccatum soluitur
quod per consilium solidatur. Nisi enim mens omnimodo etiam despiceret in culpa
ex industria non perueniret. Ex hac ergo precipitatione lapsi per consilium peccantes
differunt, quia cum a statu iustitie peccando concidunt plerumque sunt et in laqueum
desperationis cadunt. Hinc est quod per prophetam dominus non tam precipitationum
prauitatem quam delectorum studia reprehendit dicens: Ne forte egrediatur ut ignis
indignatio mea et succendatur et non sit qui extinguat propter malitiam stu-
diorum uestrorum. Hinc iterum iratus dicit: Visitabo super uos malum secundum fructum studiorum
uestrorum. Quia ergo peccatis aliis differt peccata que per consilium perpetrantur, non tam praue
facta dominus quam studia reprehendit, quia in factis sepe infirmitate, sepe ne-
gligentia, in studiis uero maliciosa semper intentione peccatur. Quod recte beati uiri
expressione per prophetam dicitur: Et in cathedra pestilentie non sedit. Cathedra
quippe iudicis esse uel presidentis solet. In cathedra pestilentie sedere est
et ex ratione mala discernere et ex deliberatione peruersa; in cathedra pes-
tilentie sedere est ex industria peccata committere et ex deliberatione peruersa.
Qui in prauis consilii cathedra sedet qui tanta iniquitate rationis extollitur
ut implere malum et per consilia conetur et sic assistentibus turbis prelatus est
qui cathedre honore fulcitur. Ita delicta eorum qui precipitatione corruunt
exquisita per studium peccata transcendunt. Admonendi ergo sunt et hi qui se con-
ligant qui in culpa et se per consilia ligant quia quanto ulterius feriendi sunt
qui nunc prauorum consilii sunt principes fiunt. Aliter qui quamuis minimis

Aliter admonendi sunt qui licet minima crebro tamen frequenter excedunt. xlvij

Aliter admonendi sunt qui licet minima crebro
tamen illicita faciunt, atque aliter qui se a paruis custodiunt sed aliquando in
grauioribus demerguntur. Admonendi sunt qui quamuis in minimis excedunt
sed tamen frequenter excedunt ut nequaquam considerent qualia sed quanta committunt.
Perpetrata enim sua si despiciunt timere cum pensant, debent formidare cum
numerant. Altos quippe gurgites fluminum parue sed innumere replent
gutte pluuiarum, et hoc agit sentina latenter crescens quod patens procella.
Scientes et minuta sunt que erumpunt in membris per scabiem uulnera, sicut
multitudo corpus innumerabiliter occupat, sic uitam corporibus sicut unum graue
inflictum pectori uulnus negat. Hinc nimirum scriptum est: Qui modica spernit
paulatim decidit. Qui enim peccata minima flere ac deuitare neglexit
a statu iustitie non repente sed partibus totus cadit. Admonendi sunt qui
in minimis frequenter excedunt ut sollicite considerent quod nonnunquam deterius
in parua quam in maiore culpa peccatur. Maior enim quo citius quia esse culpa agno-
scitur eo et celerius emendatur; minor uero quia quasi nulla creditur eo peius quo
securius in usu retinetur. Unde fit plerumque ut mens assueta malis leuibus
nec grauia perhorrescat atque ad quandam auctoritatem nequitie per culpas nutrita perue[niat]

Et tanto in maioribus contemptum pertimescere quanto in minoribus didicit non timendo peccare. Atque admonendi sunt qui se a parvis custodiunt sed aliquando in grandioribus demerguntur ut sollicite se ipsi deprehendant quia dum cor eorum de custoditis minimis extollitur ad perpetranda grandiora ipso elationis sue baratro devoratur. et dum foris parva subigunt sed per inanem gloriam intus intumescunt. languore superbie intus victi iuncta morte et foris per mala maiora prosternuntur. Admonendi sunt ergo qui se a parvis custodiunt sed aliquando in grandibus merguntur. Ne ubi se stare extrinsecus estimant ibi intrinsecus cadant. Et ne hoc ipso districti iudicis retributione elatio minoris iusticie via fiat ad foveam grandioris culpe. Qui enim vane elati minimi boni custodiam suis viribus tribuunt iuste derelicti culpis maioribus obruuntur. et cadendo discunt non fuisse proprium quo steterunt ut mala immensa cor reprimat quod bona minime exaltat. Admonendi sunt ut considerent quod in culpis grandioribus reatui alto se obligant et tamen plerumque in parvis que custodiunt deterius peccant. quia et in illis iniqua faciunt et per ista se hominibus quasi iniqui tegunt. Unde fit ut cum maiora mala perpetrant coram deo aperte iniqui sunt et cum parva bona custodiunt coram hominibus simulate sancti sunt. Hinc est enim quod phariseis dicitur. liquantes culicem camelum autem glutientes. Ac si aperte diceretur. minima mala discernitis maiora devoratis. Hinc rursum veritatis ore increpantur. cum audiunt. Decimatis mentam et anetum et ciminum et relinquitis que graviora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem. Neque enim negligenter audiendum est quod cum decimare minima diceret extrema quidem de oleribus maluit sed tamen bene olentia memorare ut profecto ostenderet quia simulatores cum parva custodiunt odorem de se extendere sancte opinionis querunt. et quamvis implere maxima negligant. ea tamen minima observant. que humano iudicio longe lateque redoleant.

Qui bona non inchoant nec inchoata consumant. Lviii

Aliter admonendi sunt qui bona nec inchoant atque aliter qui inchoata minime consumant. Qui enim bona nec inchoant non sunt eis edificanda que salubriter diligant sed destruenda ea in quibus semetipsos nequiter servant. Neque enim vel sequuntur que inexperta audiunt nisi prius quam perniciosa sunt ea que experta sunt deprehendunt. quia nec levari appetit qui et hoc ipsum quod cecidit nescit. et qui dolorem vulneris non sentit salutis remedia non requirit. Prius ergo ostendenda est quam vana sint que diliguntur et tunc demum vigilanter intimanda quam sint utilia que pretermittuntur. Prius videat fugienda que amat et sine difficultate postmodum cognoscat amanda esse que fugit. Melius enim inexperta recipiunt si de expertis quicquid disputationibus audiunt vera recognoscunt ut ea bona que ex toto nondum noverunt. tunc in pleno voto discunt. cum deprehendunt falsa se vana tenuisse. Audiant ergo quod bona presentia ad delectationem transitoria sunt et tamen eorum causa ad ultionem sine transitu permansura quia et nunc quod libet invitis subtrahitur et tunc quod dolet invitis in supplicium reservatur. Itaque eisdem rebus terreantur salubriter quibus

nocere declarant ut dum pressa mentis alta ruine sue dampna conspicit
sese in precipitium pervenisse deprehendit, gressum post terga revocet et
pertimescens que amaverat conatur diligere que contempnebat. Hinc enim est
quod Ieremie misso ad predicationem dicitur: Ecce constitui te hodie super gentes
et super regna ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et
edifices et plantes. Quia nisi prius perversa destrueret, edificare utiliter
recta non posset. Nisi enim ab auditorum suorum cordibus spinas vani amoris
evelleret, nimirum frustra in eis sancte predicationis verba plantaret. Hinc est
quod Petrus evertit ut post modum construat. Cum nequaquam iudeos monebat
quid iam facerent, sed de hiis que fecerant increpabat dicens: Ihesum nazarenum
virum approbatum a deo in vobis virtutibus et prodigiis et signis que fecit per illum deus
in medio vestri, sicut vos scitis, hunc definito consilio et prescientia dei traditum
per manus iniquorum affigentes interemistis, quem deus suscitavit solutis
doloribus inferni, videlicet ut crudelitatis sue cognitione destructi edificationem
sancte predicationis quanto anxie quesierant tanto utilius audirent. Unde et illico
videlicet: Quid ergo faciemus viri fratres? Quibus mox dicitur: Agite penitentiam
et baptizetur unusquisque vestrum. Quam edificationis verba procul dubio contemp-
nerent, nisi prius salubriter ruinam sue destructionis invenissent. Hinc est quod
Saulus cum super eum celitus lux emissa resplenduit, non iam quod recte de-
beret facere, sed quid prave fecisset audivit. Nam cum prostratus requireret dicens:
Quis es domine? protinus dicitur: Ego sum Ihesus nazarenus quem tu persequeris.
Et cum repente subiunxit: Domine quid me iubes facere? illico adiungitur:
Surge et ingredere civitatem et dicetur tibi quid te oporteat facere. Ecce de
celo dominus loquens persecutoris sui facta redarguit, nec tamen quod illico
eius [?] facienda indicavit. Ecce elationis eius fabrica iam tota corruerat
et post ruinam suam humilis edificari requirebat, et cum superbia destruitur
edificationis tamen verba retinentur, ut videlicet persecutor immanis diu
destructus iaceret et tanto post in bonis solidior surgeret quanto prius
funditus eversus a pristino errore cecidisset. Qui ergo necdum ad huc agere bona
ceperunt a rigiditatis antea sue pravitatis conversionis manu evertendi sunt
ut ad statum post modum recte operationis erigantur. Quia et ideo altum ligna
silvarum succidimus ut hec in edificio regiminis sublevemus. Sed tamen non
repente constructa ponitur, ut nimirum prius vitiosa eius viriditas exsiccetur.
Quanto quippe plus in infimis humorum excoquitur, eo ad summa solidius levatur.
At vero ammonendi sunt qui inchoata bona minime consummant ut caute
circumspectione considerent quia dum proposita non perficiunt, et que fuerant cepta con-
vellunt. Si enim quod invigilandum sollicita intentione non crescit, et quod
fuerat bene gestum decrescit. In hoc quippe mundo humana anima quasi
more navis contra ictum fluminis conscendere; uno in loco nequaquam stare
permittitur, quia ad yma relabitur nisi ad summa conetur. Si ergo inchoata
bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat, ipsa operandi
remissio contra hoc quod operatum est pugnat. Hinc est quod Salomon dicit: Qui mollis
et dissolutus in opere suo est, frater est opera sua dissipantis. Quia videlicet qui cepta bona
strenue non exequitur, dissolutione negligentie manum destruentis imitatur.

Hinc sardis ecclesie ab angelo dicitur Esto vigilans et confirma cetera que
moritura erant Non enim invenio opera tua plena coram deo meo. Quia igitur
plena coram deo eius opera inventa non fuerant moritura reliqua et que erant
vita predicebat. Si enim quod mortuum in nobis est ad vitam non accenditur
hoc et extinguitur quod quasi adhuc vivum tenetur. Admonendi sunt ut perpendant
hoc et extinguitur quod quasi adhuc vivum tenetur... quod eis fortasse tolerabilius esse potuisset viam rectitudinis non arripere quam arreptam post tergum
redire Nisi enim retro respicerent erga arreptum studium nullo torpore
languescerent. Audiant quod scriptum est Melius erat eis non cognoscere viam iustitie
quam post agnitionem retrorsum converti. Audiant quod scriptum est Utinam frigidus
esses aut calidus sed quia tepidus es incipiam te evomere de ore meo.
Calidus quippe est qui bona studia et arripit et consummat. Frigidus vero
est qui consummanda nec inchoat. Et sicut a frigore per teporem transitur
ad calorem ita a calore per teporem reditur ad frigus. Quisquis ergo amisso
infidelitatis frigore vivit sed nequaquam tepore superato excrescit ut ferveat
procul dubio calore desperato dum noxio tepore demoratur agit ut
frigescat. Sed sicut ante teporem frigidus sub spe est ita post frigus tepor
in desperatione est. Qui enim adhuc in peccatis est conversionis fiduciam non amittit.
qui vero post conversionem tepuit et spem que esse potuit de peccatore subtraxit.
Aut calidus ergo quisque esse aut frigidus queritur ne tepidus evomatur ut
videlicet aut necdum conversus adhuc de se conversionis spem prebeat. aut iam
conversus in virtutibus inardescat ne evomatur tepidus qui a calore
quem proposuit torpore ad noxium frigus redit. Aliter admonendi sunt

qui mala occulte agunt et bona publice. xxxv

Aliter admonendi sunt qui mala occulte agunt et bona publice. aliter
qui bona que faciunt abscondunt et tamen quibusdam factis publice
mala de se opinari permittunt. Admonendi enim sunt qui mala oc-
culte agunt et bona publice ut pensent humana iudicia quanta velocitate
evolant. Divina autem quanta immobilitate perdurant. Admonendi sunt ut
in fine rerum mentis oculos figant. quia humane laudis attestatio pertransit
et superna sententia que et abscondita penetrat ad retributionem perpetuam con-
valescit. Dum igitur occulta mala sua divinis iudiciis. recta autem sua
humanis oculis anteponunt et sine teste est bonum quod publice faciunt
et non sine eterno teste est quod latenter delinquunt. Culpas itaque suas
occultando hominibus virtutes vero pandendo et unde puniri debeant abscondentes
detegunt et unde remunerari poterant detegentes abscondunt.
Quos recte sepulchra dealbata speciosa exterius sed mortuorum ossibus
plena intus veritas vocat. Quia vitiorum mala intus contegunt. humanis
vero oculis quorundam demonstratione operum de solo foris iustitie colore
blandiuntur. Admonendi itaque sunt ne que agunt recta despiciant sed ea
meritis melioribus credant. Valde enim bona sua diiudicat qui ad eorum
mercedem sufficere favores humanos putat. Cum enim pro recto opere laus tran-
sitoria queritur eterna retributione res digna vili pretio venundatur. De quo
videlicet precepto pretio veritas dicit. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.

Ammonendi sunt ut considerent quod dum pravos se in occultis exhibent sed tamen exempla de se publice in bonis operibus praebent, ostendunt se quidem quae fugiunt, clamant amanda quae odiunt, vivunt pro ceteris aliis et sibi moriuntur. At contra ammonendi sunt qui bona occulte faciunt et tamen quaedam factis publice de se mala opinari permittunt ne cum semetipsos actionis virtute vivificant in se alios per exemplum pravae aestimationis occidant, ne minus se quam proximos diligant et cum ipsi salubre potum vini sorbeant mentibus intentis considerationis motibus pestiferum venenum poculum fundant. Hii nimirum in uno proximorum vitam minus adiuvant in altero multum gravant, dum student et recta occulta agere et quaedam factis ad exemplum de se prava seminare. Quisquis enim laudis concupiscentiam calcare iam sufficit edificationis fraude peccat, si bona quae agit occultat, et quasi iactato semine germinandi radices subtrahit quia opus quod imitandum est non ostendit. Hinc namque in evangelio veritas dicit: Videat opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Ubi et illa sententia reperitur quae longe aliud praecepisse videtur. Dicit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis. Quid est ergo quod opus nostrum et ita faciendum est ne videatur et tamen ut debeat videri praecipitur, nisi quod ea quae agimus et occultanda sunt ne ipsi laudemur et tamen ostendenda sunt ut laudem caelestis patris augeamus. Nam cum nos iustitiam nostram facere coram hominibus dominus prohiberet illico adiunxit: ut videamini ab eis. Et cum rursum videnda ab hominibus bona opera nostra praeciperet protinus subdidit: ut glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Qualiter ergo videnda essent vel qualiter non videnda ex sententiarum fine monstravit quatenus operantis mens opus suum et propter se videri non quaereret et tamen hoc propter caelestis patris gloriam non celaret. Unde fit plerumque ut bonum opus et in occulto sit cum fiat publice, et rursum in publico cum agitur occulte. Quia enim in publico bono opere non suam sed superni patris gloriam quaerit, quasi sit absconditum quia illum solum testem habet cui curavit placere. Et qui in secreto suo bono opere deprehendi ac laudari concupiscit, et nemo fortasse vidit quod exhibuit et tamen hoc coram hominibus fecit quia tot testes in bono opere secum duxit quot humanas laudes in corde requisivit. Cum vero prava aestimatio in quantum sine peccato valet ab videntium mentibus non tergitur credentibus mala per exemplum culpa propinatur. Unde et plerumque contingit ut qui negligenter de se mala opinari permittunt, per semetipsos quidem nequaquam faciunt, sed tamen per eos qui se imitati fuerint multiplicius delinquunt. Hinc est quod Paulus quaedam munda sine pollutione comedentibus sed imperfectis temptationis scandalum suggerat commessationem monens dicit: Videte ne forte haec licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Et perhibet: Et peribit infirmus in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres et percutientes conscientiam eorum infirmam in Christum peccatis. Hinc est quod Moyses cum diceret: Non maledices surdo, protinus adiunxit: Nec coram caeco pones offendiculum. Surdo quippe maledicere est absenti ac non audienti derogare. Coram caeco vero offendiculum ponere est discrete quidem rem agere

Sed tn ei qui lumine discretois no ht scandali occasionem pbet

De exhortacione multis adhibenda

HEc st que psul animaru i pdicacois diusitate custodiat ut solli
citus cogrua singulorum vulnerib medicamina apponat. Sz cu
magni sit studii ut exhortandis singulis suiat ad singula cu valde
laboriosu sit vnuqueqz de ppis sub dispesacoe debita cosidacois
instruere longe tn e laboriosius auditores innumeros ac diusis passioib
laborantes vno eodz tpe voce vnius z cois exhortacois amonere
Ibi quippe tanta arte vox temperanda ut cu diusa sint auditorum
vicia z singulis iueniat cogrua z tn sibimetipsi no sint diusa
ut int passiones medias vno quidz ductu trseat. sz moe bicipitis
gladii tumores cogitatuum carnaliu ex diuso late incidat
qtus sic supbis pdicet humilitas ut tn timidis no augeat metus
Sic timidis infundat auctas ut tn supbis no crescat effrenacio
Sic ociosis ac torpentib pdicet sollicitudo boni opis ut tn inquietis
immoderate licencia no augeat accois. Sic inquietis imponat modus
ut tn ociosis no fiat torpor securus. Sic impacientib extinguat
ira ut tn remissis ac lenib no crescat neglia. sic lenes accendat
ad zelu ut tn iracundis no addat incendiu. sic tenacib infundat
tribuendi largitas ut tn pdigis effusiois frena nimie laxent
Sic pdigis pdicet parcitas ut tn tenacib pitura rei custodia no
augeat. sic incontinentib laude coniugiu ut tn ia continentes no re
uocent ad luxum. Sic continentib laude virginitas corpis z mentis
ut tn i coniugiis despecta no fiat fecunditas carnis. sic pdicanda st
bona ne exaltacone iuuent z mala. sic laudanda st boa summa
ne despiciant mala. sic intendenda st ultima ne du credunt suf
ficere nequaqz tendat ad summa.

De exhortacione q vni adhibenda

At grauis quidz pdicatori labor e i cominib pdicacoib voce est
ad occultos singulorum motus cauere qz vigilare z palestrium
more i diusis lateribus artes cauere. multo tn grauiore labore fatigat
qui vni econtrariis viciis suienti pdicare copellitur. plerumqz eni quis
lete nimis coplexiois existit sz tn repente cu aborta tristicia
inaniter pmitur. Curandu itaqz pdicatori e quatus sic tergat tristicia q venit
ex tpe ut no augeat leticia que supponit ex coplexione. Et
sic frenet leticia que ex coplexioe e ut no crescat tristicia q venit
ex tpe ~~ut no augeat leticia~~ Iste grauat usu immoderate pcipitacois
z aliqn tn ab eo qd festine agendu e cu nimis ppedit subito nata
formidinis. ille grauat usu immoderate formidinis aborta formidine
z aliqn tn i eo qd appetit temeritate impellit pcipitacois. Sic itaqz i
isto repmat subito aborta formido ut tn no crescat enutrita
diu pcipitacio. sic i illo refrenet immoderata pcipitacio ut tn no qualescat
impssa ex coplexioe formido. Quid at mirum si mentium me
dici ista custodiat du medicina corpm tanta discretois arte sese pat

qui no corda s3 cor medent, plerumq3 enim debile corp9 opp'mit languor
immanis cum languori s obuiare adiutorijs fortibus d3 s3 tn̄
corp9 debile adiutoriū forte no sustinet. Studet i' qui mede'
q'tus sit sup' existente morbū subtrahat ut nequaq' supposita corp's
debilitas crescat ne fortasse languor cū uita deficiat. Tanta
i' te corp' adiutoriū discretione cōpoit ut uno eod' q3 tpe et
languori obuiet et debilit'. Si i' medicina corp's indiuise adhibita
sui'e diuisibiliter pt tunc enim uere medicina ē qu sit p' ea' uno supereminenti
fructuro, ut et supposite complexioni suat. Cur medicina ment'
una eadq3 p'dicatione opponi mor' morb's diuso ordine obuiare
no ualeat. que tanto subtilior agit' quanto de inuisibilib' tractat.

Q3 aliqn̄ leniora uicia relinquenda sunt.

Sed q3 plerumq3 dum duor' uicior' languor irruit hic leuius
id fortasse grauius premit. ei nimirum uito rius sub celerit'
subuenit'. p' q' festine ad uitam tendi' et si hoc a uicina morte
restringi no pt nisi id est q' existit commiū crescat. tollandus itaq3
pri ē ut p' exhortaciones sua artificiose modamine unum pacia'
crescere quatus possit aliud a uicina morte restringe. q' cū agit
no morbū exaggerat s3 uulnati sui cui medicamentū adhibet
uitā suat ut qui exquirende salutis congruū tpc inueniat. sepe
enim quib' a ciborum ingluuie minime temperant iamq3 pene superati
luxurie stimul' premunt. qui hoc pugne metu territus dū se p'
abstinenciā restringere nititur inanis glorie temptatione fatiga'. i quo
nimirum unum uitium nullatenus extinguit' nisi ad uitria' q' i'
pestis ardencius insequenda ē u' que periculosius premit. Tollandus
namq3 ē ut p' uirtute abstinencie uitium arrogancia q' uincere
crescat ne eum p' ingluuie a uita funditus luxuria extinguat.
Hinc ē q' paulus cū infirmū auditorem sum' p'pendeat aut praua
adhuc uelle agere aut de accepta humane laudibus retributione
gaudere ait. Vis no timere ptatem. Bonum fac et habebis laudem ex i'a.
Neq3 enim io bona agenda sunt ut p'tas hoc mundi n'a timea'. ad p'ta
gla transitorie laudibus sumat. s3 cū infirma mente ad tm robur
ascendere no posse pensaret ut et pruite uitaret sit et laude p'tor
egregius ei ad more ad obtulit et aliud tulit. Concedendo ei
leuia subtrax't atroci. ut consedando leuia subtrax't grauia.
ut qui ad descenda cuncta sit n' adsurgeret. dū i quoda' animo
suus familiarit' relinquit'. a quoda' sus sine dolore tolleret.


Q3 infirmis mentib' oīo no dūt alta p'dicari.

Sciendum no p'dicatori ē ut auditorum animū ult' uires no trahat.
Neue ita dicta dū plus quam ualet tendi' ment' corda rumpa'.
Alta etenim eque dūt multis audientib' contegi et uix paucis aperi'.
Hinc enim p'semetipm̄ ueritas d't. Quis putas ē fidel' dispensator
et prudens quem constituet dns sup' fa' suam ut det illis in tpe tritici mensurā.

per mensuram quippe tritici exprimitur modius, ubi ne cum angusto corde incapabile
aliquid tribuitur ex quo incassum fundatur. Hinc Paulus ait: Non potui vobis
loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus; tanquam parvulis in Christo lac vobis
potum dedi, non escam. Hinc Moyses a secreto Dei exiens coruscantem
coram populo faciem suam velat, quia nimirum turbis claritatis intimae archana
non indicat. Hinc per eum divina voce praecipitur ut is qui cisternam fodit
si operire negligat, corruente in ea bove vel asino pretium reddat.
Quia ad alta scientiae fluenta perveniens cum haec apud bruta audientium
corda non contegit poenae reus addicitur, si per verba eius in scandalum sive
munda mens seu immunda capiatur. Hinc ad beatum Job dicitur: Quis dedit
gallo intelligentiam? aut quis posuit sapientiam in visceribus hominis? Praedicator
etenim sanctus dum caliginoso hoc clamat in tempore quasi gallus cantat in nocte,
cum dicit: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum: Evigilate iusti
et nolite peccare. Gallus autem profundioribus horis nocturnos altos edere cantus solet,
cum vero matutinum iam tempus in proximo est, minutas atque tenues voces format,
quia nimirum qui recte praedicat, obscuris adhuc cordibus aperte clamat,
nihil obscuris misteriis indicat, ut tunc salubriter subtiliora quaeque
de caelestibus audiant cum luci veritatis appropinquant. De opere praedicationis et voce
Sed inter haec ad ea quae iam superius diximus
cautius studio retorqueamur, ut praedicator quisque plus actibus quam
vocibus insonet, et bene vivendo plus vestigia sequacibus imprimat
quam loquendo quo gradiantur ostendat. Quia et gallus iste quem per exprimenda
boni praedicatoris specie in locutione sua Dominus assumpsit, cum iam edere cantus parat,
prius alas excutit et semetipsum feriens vigilantiorem reddit. Quia
nimirum necesse est ut qui verba sanctae praedicationis movet prius studio bonae
actionis evigilet, ne in semetipsis torpentes opere alios excitet voce, sed
se per sublimia facta excutiat et tunc ad bene vivendum alios sollicitos red-
dat; prius cogitationum alis semetipsos feriat et quicquid in se inutiliter
torpet sollicita investigatione deprehendat, districta animadversione se
corrigat, et tunc demum aliorum vitam loquendo componat; prius punire
propria fletibus curet, et tunc quae aliorum sunt punienda denuntiet; et antequam
verba exhortationis insonet omne quod locuturus est operibus clamet.
X. Pars. pactis vite operibus qualiter predicator ad seipsum redeat. lxv
Evigile. Sed quia dum saepe praedicatorem moribus congruentibus ubertim funditur,
S. [illegible] apud semetipsos de conversione sua occulta laetitia loquentis animus
sublevatur, magna cura necesse est ut timoris laceratione se mordeat,
ne qui aliorum vulnera medendo ad salutem revocat, ipse per negligentiam
suae salutis intumescat, ne proximos iuvando se deserat, ne alios erigens
cadat. Nam quibusdam saepe magnitudo virtutum occasio perditionis fuit, ut cum
de confidentia virium inordinate securi sunt, per negligentiam inopinate morerentur.
Virtus namque cum vitiis renititur, quadam delectatione eius semetipsum animus blanditur,
fitque ut bene agentis mens metum suae circumspectionis abiciat atque in sua con-
fidentia secura quiescat, cui iam torpenti seductor callidus omne quod bene gessit

ermat/ eaque quae perfectis pollentes in tumidis cogitationibus exaltat. Unde agitur
ut ante ipsius internos oculos fovea mentis fit memoria virtutis/ quae reminiscendo
quae gessit dum se apud se erigit apud humilitatis auctorem cadit. Hinc namque
superbienti animae dicitur: Quo pulchrior es descende et dormi cum incircumcisis.
Ac si aperte diceretur/ quia ex immensitate decoris elevaris ipsa tua pulchritudine re-
pelleris ut cadas. Hinc sub Iudaeae specie superbienti animae reprehendendo dicitur:
Perfecta eras in decore meo quem posueram super te dicit Dominus/ et habens fiduciam
in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo/ Fiducia quippe suae pulchritudinis
animam attollit dum de meritis virtutum laeta apud se secura gloriatur/ sed per hanc
eandem fiduciam ad fornicationem ducitur, quia cum mentem captam cogitationibus
suis deceperit hanc maligni spiritus per innumera vitia seducendo corrumpunt/
Notandum vero quod dicitur: Fornicata es in nomine tuo. Quia cum respectum mens
superni rectoris deserit laudem propriam privatam quaerit et arrogare sibi incipit
omne bonum quod largitoris praeconiis servire accepit opinionis suae gloriam
dilatare desiderat. delibeat cogitat satagit ut mirabilis cunctis
innotescat. In suo ergo nomine fornicatur quae legalis thori connubium
deserens corruptori spiritui laudis appetitu substernitur. Hinc David
ait: Tradidit in captivitatem virtutem eorum et pulchritudinem eorum in manus
inimici/ In captivitatem etenim virtus et pulchritudo in manus inimici traditur
cum deceptae menti antiquus hostis ex boni operis elatione dominatur.
Quo et multorum electorum quamvis plene non superat ut cunctis tamen et electorum saepe
animum temptat/ sed cum sublevatus destituitur destitutus ad formidinem
revocatur. Hinc etenim David dicit: Ego dixi in mea habundantia non movebor
in aeternum. Sed quia de confidentia virtutis intumuit/ paulo post protulit
quid invenit/ Avertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus. Ac si aperte dicat: Fortem me
inter virtutes credidi sed quantum infirmus sim derelictus agnovi/ Hinc
rursum dicit: Iuravi et statui custodire iudicia iustitiae tuae. Sed quia eius
virium non erat manere in custodia quam iurabat debilitatem suam protinus tur-
batus invenit. Unde et ad precis opem repente se contulit dicens: Humiliatus sum
usquequaque domine vivifica me secundum verbum tuum. Nonnumquam vero superna moderatio
prius quam per munera provehat infirmitatis memoriam ad mentem revocat.
ne de acceptis virtutibus intumescat. Unde et Ezechiel propheta quotiens
ad contemplanda caelestia ducitur prius filius hominis vocatur. Ac si hunc aperte
Dominus admoneat dicens: Ne de his quae vides elatione cordis subleveris. Caute
perpende quod es ut cum summa penetras esse te hominem recognoscas/ quatenus
dum ultra te rapiris ad temetipsum sollicitus infirmitatis tuae freno re-
voceris/. Unde necesse est ut cum nos virtutum copia blanditur ad infirma
sua mens oculos revocet seseque salubriter deorsum premat/ ne recta
quae agit sed quae agere neglexit aspiciat. Ut dum cor ex memoria infirmitatis
atteritur apud humilitatis auctorem robustius in virtute solidetur. Curat et plerumque
omnipotens Deus idcirco electorum mentes quamvis ex magna parte perficiat, imper-
fectas tamen ex parva aliqua parte derelinquit ut cum rutilant miris virtutibus
imperfectionis suae taedio tabescant, et nequaquam se de magnis erigant, cum
adhuc contra minima innitentes laborant/ Sed quia extrema non valent vincere

de propriis actibus non audeat superbire. Ecce bone vir Joh[annes] reprehensionis
mee veritate compulsus dum monstrare qualis esse debeat pastor invigilo pulchrum
depinxi hominem pictor foedus alios quia ad perfectionis litus dirigo qui
adhuc in delictorum fluctibus versor. Sed in huius vite quaeso naufragio
orationis tue me tabula sustineat, ut quia pondus proprium deprimit
tui meriti me manus levet. Amen. Sit laus deo etc.







Alex audiens sc magist est virtutibus sci contra ome X pte I J

Amor de bibituro scilicet qualiter Amor dei ome 2 pte 2 ff

Aricha scilicet sit Ecclius ome X pte 2 g

Auster spm scilicet et Aquilo dyabolum de sept ome pa pte 2 · d

Beatitudo sc[undu]m q[uod] co[m]petit ho[mi]ni i[n] p[rese]n[ti] dist[inctio] 1 p[ar]te 1

Bona nob[is] a deo gratis debem[us] [illegible] ome 1 . h
Bona c[ar]na et dei s[unt] et n[ost]ra dist[inctio] 9 . a
Bona c[ar]na p[er] [illegible] ome 9 ff
Bona fiunt ex p[ro]p[ri]o [illegible] ome 10 . h
Bona pl[ur]a acquisita [illegible] ome 11 p[ar]te 2 . c

Bonu[m] q[uo]d p[ro]cedit ex bo[no] [illegible] dist[inctio] 1 p[ar]te 2 . 7

Caro absque mulieris est adulterio in bono ex parte Aliquis productio vide 1 parte 2 f
Carnis sunt plus tribus hostes inimicis sunt mis ... ne ... ibidem

Cadunt electi in faciem reprobi retrorsum vide 9 b

Caritas est nostra bellum que vincit et hostes vide 8 c
Caritatis amplitudo vide 7 parte 2 ff

Celestem regnum ... tria cum in ... dedignatur vide 10 m

Cum videro ... similiter scripsit in prologo

Comotio duplex una ex timore alia ex amore vide 10 h
Compunctionis duo genera scilicet timoris et amoris vide 10 parte 2

Concordia est ubi magis absque qua ceteri virtus non sunt vide 8 c

Corrupcio est scilicet ... de impudentes ... vide 11 c

Culpe merentes sunt ubi ... vide 7 d

Delictum et peccatum differunt ome 9 pte 2 b

Deus predestinavit quos sunt per misericordiam ome 1 ff
Deus languoris infirmum fit dextus ome 2 b

Deus celeste desiderium implet mentis et ipse exaudit impletus ome 8 a
Deus potest et mitis sanctis largitur ome 8 a
Deus de duo nuncupatur et verus ome 8 b et pte 2 ome
Deus est magister noster ome 2 pte 2 c 3 c

Delectat dei requirit silentium et recte meditari ome 9 pte 2
Delectat premium requirit parum et bene et bene

Docenda sunt que moribus vitam et audientium conveniunt ome 1 pte 2 a
Doctorum sermo non competit nisi mente perfectis ome 4 a
Doctores sermo quales esse debent ome 11 e ff
Doctrinis sancti dicuntur cimiterium ome 1 pte 2 f
Doctorum officium est bonos promovere malos non ome 1 pte 2 ff
Doctor est qui docuit sermone opere implet ome 9 pte 2 ff

Dona dei non omnia dantur uni sed unum uni aliud alii

Eculi vero est Clericorum predicancium et sequencium Omnia 3 pte 2 g

Electionis signum est soliditas veritatis Omnia 1 pte 2 I
Electi sunt christum domini omnia n. F
Electi proficiunt usque ad gaudia eterna per ducend' omnia n d.

Eloquia dei melius intelliguntur cum sentiri legunt omnia 1 pte 2 a
Erubescere malum proprium est - Erubescere bonum fatuus omnia x .c

Etas perfecta requiritur ad effectum doctrine - omnia n A.
Etiam si diligimus talem non in vsu sed in affectu habemus omnia 1 pte 2 I

Exempla sanctorum prius Edificacione sumuntur aliorum omnia 3 pte 2 h. 7.
Exempla plus docent quam verba omnia 1 pte 2 b.

Fidelis cum puerum et p[ro]ficere patris Sermone 3 parte 2 h

Fides prouenit ad operacionem secundum opera Sermone 7 parte 2 d

Fides solidatur Sermone 1 parte 2 c

Filius hominis quem Ezechiel sepius dicitur Sermone 12 h

Flagellacio malorum fit eis ad correctionem et solacium bonorum preludio ff

Fons pietatis et misericordie Christus in quo lavari debemus Sermone 8 parte 2 f

Ctra dei ad bona opera conari possim' et ea pficere sz ea non possum' Quere q.

C

Utru' agens debet q de q2 de temporibus varii mo' ad lucem fidei Quere 6, h. pte 2.

Utru' debet de agens n' d m' pperis vi' t m' actus Quere A pte 2 7

Holocausti dei ascensio serm. 12 J et 8 pte 2 G
Holocaustum scelera et purgatione scelerum serm. 8 pte 2 G

Humiliari homo debet coram deo alterius fructificantibus serm. 8 ff
Humilitas summa est in rebus dubiis serm. 12 ff
Humilitas dei domina spiritualia prata serm. 1 pte 2 E

Jerusalem dux corporalis et spiritualis Omnis 1 parte 2 d

Impetus animus ad vicia Impetus spiritus ad virtutes Omnis 7 A

Iucunditas est melior ad meliora spiritualia Omnis 3 G

Iumentis dei est quem cum potentes placet Omnis 9 C

Incipiunt petrum peterunt et alios velut demonstrant ad petrum Omnis 2 B

Intencio fertilis in alium dum opus bonum agitur Omnis 8 B
Intencio bona est habenda in opere Omnis A B

Job utilis valde quod ipso in presentia cum excellentia ut in aduersis dicitur Omnis A parte 2 K

Iudicium valde formidabile erit Omnis 4 E
In Iudicio valde omne petrum ancilla crudeliter
Iudicium dei districta sit Omnis 11 5

Justi ipsius superbus inuenit alios in equalibus Omnis 4 ff

Libertas vera est ad omnes filiorum dei ptinens ome. 3. d

Linguam detrahentium aliquis sic tollendum de aliorum ... vide 9 ff

Meminus sit filius dei p quod cum sentu sit omne; 4. B.

Miracula ad quelibet operamus non sit therda. omne 2. b.

Maior dicam dum intelligit qui sue mysterio menior est / omne 6 pte.
h

Bonus corpus minus sit medicinam dei thom xl dem omne 1. pte.
2. C.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Pastor qui timet terrere reos peccantes Omelie .11. g

Pastor qui predicant iniusto ne pereant. Aug[ustinus] sicut palma ibidem Omelie 11. g

Pauperes animo et augustiat Omelie A. parte 2. 7

Peccatum quale est Omelie 2. b.

Peccata male indicamus et affirmare peccata. Omelie .x. d.

Peccatum est causa et pena peccati Omelie .11. g

Peccatores sicut insciores qui sunt feliciores et sunt flagella Omelie 12 g

Perfecti in dilectione ad xpm. Omelie .4. ff

Perfecti pro quorum ambulant ... despicere Omelie .x. A. b.

Perfecti qualiter proponunt ... sicut audiunt Omelie A. 7.

Predicare iuvenili etate non convenit Omelie 2. A.

Predicatores sancti xpisti ... attingere ... Omelie .4. ff g.

Predicatores debent esse Maturi. fortes. et discreti. Omelie 3. A.

Predicatores vitam ... debent et sonare Omelie 3. d.

Predicatores ... cum sciunt ... quia ... Omelie x. c

Predicatori ... nec habet quem ... Omelie x c

Prophetia triplex de preterito presenti et futuro prologo. a.

Prophetia dicitur non quia predicat futura sed quia ... prologo ... ibidem a.

Prophete ... sibi ad probationes ibidem a.

Prophetie modi octo ibidem. a.

Prophete spiritu prophetie ... implent. ... prologo d

Prophete ex usu prophetandi aliquando ex suo spiritu ... protulerunt prologo. e. c

Prophete veri ... falsa ... prologo e

Prophetis ... prologo. ff

Prophete aliquando loquuntur de se aliquando de se ... Omelie 4. A.

Prophetiam ... Omelie 4. e

Prophetiam ... Omelie 2. c

Proficientibus temptationes ... ne extollantur. Omelie 1. parte 2. b

Recedit a deo dum fidem et opera Vide 9. C.

Retro respicere est per quem conversum bonis operibus ad mala convertit Vide 3. D.

Sacra scriptura aliquando incipienda est litteram aliquis spiritualis Ome 3. B.
Scripture sacre obscuritas utilis est Ome 6 A
Sacra scriptura habet in se terram, stratum, altitudinem & aperturam horribilis
quam terra est amena, alta pertinet de & horrendis
Ome 6. F. G. H.
Sacra eloquia generaliter nostra munimina Ome 3 parte 2. H. I.
Sacra scriptura habet in se aperta, obscura & occulta Ome 7 parte 2. b.
Salvari impedit unumquemque est non extollit in prosperis nec deicit in adversis Ome A. parte 2. H.

Scandalis est vitandum aliquando pro multis hominibus Ome A. b.
Sermo qui dicitur conformari debet qualitati auditorum Ome 11. G. uel magisterio
Sermo dei est tempore medio ab hac scola Ome 3. C.

Sermo pastoris aliquando doctoribus datur aliquando subtrahitur Ome 12. C.
Sermo discipline non sit minus plenus ne nimius rigidus Ome 9 parte 2. H.

Septem dona Ome A parte 2. D.

Solus Christo reputatur qui vitam eius imitatur. Ome 9. F.
Sanctitatis virtutem tantam habemus quantum ad similitudinem Christi tendimus ibidem
Similitudinem vere sequitur spiritus de patre ibidem
Solus cuius hoc est de corpore in cuius ibidem

Sacra scriptura patres erant per similitudinem hominem Ome X parte 2. C.

Sanctus bona in amore virtutis accendit Ome 7. A

Spiritus sanctus electos non deserit in mutabilibus interdum in aliquibus aliis ad salutem
non deserit Ome 7. C.

Temptacionibus quomodo dyabolus insultat cum homo de se presumit Omelia 12 h

Temptacio plus tangitur quam exemplarium ad deum erigitur om 2 parte b

Anime delectat magis visa flagellacio xpi Omelia 8 h

Verba sacre scripture intelligenda sunt ad honorem et utilitatem possunt et aliis Omne 10. A

V

Ve in sacra scriptura eternum luctum designat Omne 9. P
Veritatis defensor quod recte preterit loqui non metuit Omne X c
Verendum in malo laudibus in bono vituperabilis Omne X. c
Victa quando sit sibi per quandam aegrorum penam Omne 12. T
Vicia sub virtutis specie sepe se abscondunt ibidem Omne 12 T.

Virtus omnis tribuitur a deo Omne 2. ff
Virtus inconvenientibus opposita conservat pluralitatem semper ibidem
Virtutes debent habere moderamina Omne 3. C
Virtutes quam quibus homo levatur sursum Omne X z
Virtutibus sancti se ad provectum exercent Omne 10 h.
Virtutes interdum augentur et per incrementa viciorum ad summa perducuntur Omne 3 parte 2. b.
Virtutum concordia prosperitas et perfectio ibidem
Virtutes tres necessarie ad salutem Omne X parte 2. B.
et Omne 7. parte 2. g
Viri virtuosi perfecti sunt et imperfecti Omne 9 parte 2. d.

Vita duplex Activa et Contemplativa. Omne 3 C
Vita Activa est in necessitate contemplativa in voluntate Omne 3. C
Vita celestis cui placet vita terrena amara est Omne 11. M
Vita meliorum consideranda est ad provectum bonorum Omne 1 parte 2. e
Vita duplex activa et contemplativa Omne 2 parte 2. d.
Vita duplex temporalis et eterna Omne 10 parte 2. b.


Voluptas mentem ad deum reynescat Omne 2 parte 2 c

V

Xpus d[ominus] meus dei ... .2. b.

Zelus autem pro sacrificio est de amplexissimus omnium sa R[illegible]

Et Hec est finis huius opere
sit laus deo Et sancto Bartolomeo etc



Tria sunt. que hominem expellunt
de domo: scilicet primum, fumus, stillicidium
et mala vxor et hoc vobis [illegible]
Melius est habitare in terra deserta
quam cum muliere rixosa et iracundia

II

Wortley [illegible]

[illegible]

[illegible]

Tanowskij
Iwan

